S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIONES TRES, ...

Gregorius : Nazianzenus santo (santo), Giulio Gabrielli

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
9 C
13
FONDO EBORENSE

Digitized by Google

Digitized by Google

S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI

ORATIONES TRES,

Apologeticus, De amore erga Pauperes, & In Natalem diem Saluatoris noſtri:

A Iulio Gabrielio Eugubino Latine redditæ.

Eiuſdem in eaſdem Scholia.

Emendationes in omnia, quæ Græcè extant, ipſius Theologi ſcripta, ex multis vetuſtiſſimis, ac probatiſſimis exemplaribus erutæ.

Reliqua ſequens pagina indicabit.

Ex Bibliotheca Monastrij S.ti Bernardi de Vrbe



ANTVERPIÆ
Excudebat Chriſtophorus Plantinus, Prototypographus Regius.
M. D. LXXIII.

Loca ſacræ Scripturæ, in his tribus Orationibus à Naz. paſſim inſerta, quæ quidem libuit ad communẽ ſtudioſorum vtilitatem in vnum conferre; & in ordinem redigere; quòd, ſi quis, ad quem finem, & quibus adiunctis à Naz. afferantur, accuratè perpenderit, facilius poterit ad interiores illorum ſententias penetrare.

Loci nonnulli diuerſorum ſcriptorum, quos fortè in Scholiis vel emendaſſe, vel explicaſſe contigit.

Index verborum, rerúmue notabilium, quæ toto hoc libello continentur, locupletiſſimus, & recto ordine diſpoſitus.

Digitized by Google

ANTONIO CARAFÆ CARDINALI AMPLISSIMO

Julius Gabrielius S. P. D.

VETVS inſtitutum, quod ad hanc diem tenui, quoties volui aliquid à me elaboratum emittere, vt ſcilicet illud principi cuipiam viro dicarem, id ipſum mihi in hoc paulò maiorum vigiliarum munere edendo eò minus prætermittendum duxi, quò magis verebar, non defuturos, qui conſilium meum reprehenderent, vel quòd in ſacris litteris non ita diu verſatus, auſus fuerim, Theologum adeò grauem, atque difficilem omnino attingere, vel quòd ea è Græco in Latinum verterim, quæ

à pluribus iam eſſent conuerſa. quibus tamen ego, vt non ſolùm auctoritate obſiſtam tua, Cardinalis ampliſſime, ſed etiam rationibus quaſi præteriens ſatisfaciam, ita reſponſum volo, hanc me prouinciam ſuſcepiſſe, non tam meis viribus confiſum, quàm aliorum fretum auxiliis, tum illis, quæ in epiſtola ad Lectorem commodius explicabo, tum eo, quòd, cùm audiuiſſem, eſſe apud Ioannem Baptiſtam Carum magnum ac nobilem in Apologeticum & alias nonnullas Nazianzeni orationes Interpretem, Heliam ſcilicet Cretenſem, eius mihi, prætereunti tamen quaſi per tranſennam (eſt enim domino meritò cariſſimus) aliquoties aſpiciendi poteſtas facta eſt, bonorum omnium amantiſſimi ac beneficentiſſimi Gulielmi Sirleti Cardinalis auctoritate & gratia.

Digitized by Google

nam in Græcorum diuinæ ſapien-
tiæ doctorum libris, obſcurioribus
præſertim,& vtilioribus, vertendis
non abſurdum eſſe, aut ſuperuaca-
neum multorũ elaboraſſe ingeniũ,
vt, quod ſinguli non potuerunt,
ſaltem cuncti aſſequantur, id verò
qui neget, ſi rem rectius expendat,
puto fore neminem. quanquã an-
te quidem me has Theologi ora-
tiones vertiſſe,& Scholia in eas cõ-
feciſſe, quàm ea exirent, quæ re-
centiores in eaſdem ſunt elucu-
brati, teſtes habeo complures ami-
cos meos, viuos, vt aiunt, & vi-
dentes. poſſim etiam Mucium Ca-
linum Archiepiſcopum, nuper hic
quidem non ſine magno Interam-
natis, cui præerat in ſolicitudine,
atque adeò totius, in qua quaſi lu-
men aliquod elucebat, Eccleſiæ de-
trimento extinctum, locupletiſſi-
mum eiuſdem rei teſtem quodam-

modo deuocare de cælo, vbi credendum eſt, qua erat erga Deum pietate, & caritate in omnes, beatiſſimam eius animam conquieſcere, ſi quidem ille meum hoc opuſculum habuit quattuor menſes in manibus: vtebar enim eo ob præclaram hominis eruditionem, ſincerúmque ac ſubtile iudicium omnium ferè ſcriptorum meorum quaſi canone. nemo igitur putet, laborem meum aliorum eſſe reprehenſionem. in tabernaculo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt, alij aurum, argentum, & purpuram, alij æs, ligna, & pelles. quòd ſi ceterorum ego volumina & lego libenter, & ſine inuidia laudo, facilè ipſi patiantur, perire me meam hanc, quantulacunque eſt, lucubrationem noluiſſe, &, quod maximè optandum videtur, priorem ſe occupaſſe locum, ſatis habeant:

πάντα

Digitized by Google

πάντα γὰρ στέργομεν τὰ πρῶτα μᾶλλον, ait Ariſtoteles. & quidem vbi cœperit huiuſmodi aliquod litteris conſignatum opus vigere,& in manibus hominũ eſſe, poſteriora aſpernãtur plerique ac reſpuunt. & nemo bibens vetus, ſtatim vult nouũ: dicit enim, vetus melius eſt. ego tamen non deſpero, hanc varietatem, vt moleſta ſit negligẽtioribus, ſtudioſioribus certè fore pergratam. quod ſi ita cõtigerit, gaudebo; ſin minus, non nimis tamen propterea huius me mei facti pænituerit; quippe cui liceat tales illius auctores proferre, quos libẽter ego quidem habuerim, nõ ſolùm laudationis, verumetiam, ſi res ita tulerit, vituperationis ſocios, téque in primis Cardinalis optime & præſtantiſſime: te enim potiſſimũ approbante ac ſuadente factum eſt, vt hunc libellum diuulgarem. vt non ſit ve-

 rendum

rendum, quin illum tu auctoritate, ac dignitate tua præclare ſis ab hominũ calumniis defenſurus. quod vt facias, te vehementer oro atque obſecro, nõ tam mea quidẽ cauſa, quàm ipſius Gregorii, vnius omnium ſanctiſſimi, ac doctiſſimi, nomine, cuius in ſcriptis non ſolùm perlegendis, ſed etiam conuertẽdis ſolitus es & ipſe magna cum laude verſari: id enim ego non ignorans, ſimul & ſummã tuam erga me benignitatem mecũ ipſe cogitans, neminem habui potiorẽ, cui primos hoſce in hoc genere fructus exigui ingenii mei deferrem. quos ſi tu, vt videtur eximia humanitas tua, itẽq. ſingulare meũ erga te ſtudium poſtulare, benignè complexus fueris, animi fortaſſe intelliges mihi quidem te ad maiora Deo duce conãda non parum addidiſſe. Vale. Romæ XII. Cal. Iun. M. D. LXXI.

L E-

LECTORI IVLIVS GABRIELIVS S. D.

POSTQVAM Deo, quæ ipſius eſt benignitas, meæ menti lumina præferente, ſenſi tandem, me pulchram illam quidem, ſed captiuam mulierem, humanam inquam ſapientiam, adamaſſe, nihil mihi fuit potius, quàm vt eius caput abraderem, vngues circunciderem, ſeruilibúſque totam exuerem veſtibus, ex ancilla denique dominam, quantum in me eſſet, ex Moabitide Iſraelitem efficerem. Itaque animum meum ad memoriam illius Dauidis dicti, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua, identidem reuocans, decreui profanorum ſtudiorũ vanitate poſthabita ad ſacrarum litterarum grauitatem confugere, & ijs

 relictis

relictis ſcriptoribus, ex quibus linguæ nitorem compararem, eos in poſterum ſequi, vnde poſſem animæ ſplendorē percipere. In his cùm præcipuum ex Græcis eſſe Gregorium Nazianzenum, ſanctiſſimum virum, audirem cùm ex aliis, tum ex Hieronymo Bentiuolo, ciue eodem & amico meo, illius, atque omnium bonarum artium doctorum ſtudioſiſſimo, hunc mihi in primis legendum, & cognoſcendum propoſui, præſertim cùm multa mihi ab eodem, vt eſt vir probus, & ad benemerendum mirificè propenſus, adiumenta ad id conſequendum & benignè promiſſa, & abunde præſtita fuerint: nec enim ſatis habuit, Nazianzeni mihi codicem, ſumma ipſius diligentia, ac ſumptu, cui quidem ille nunquam in his rebus pepercit, emēdatum, ſimúlque Nicetæ in ſexdecim eius orationes commentarium commodare, ſed aditum mihi ad Antonij Agelli clerici regularis, religioſiſſimi viri, & bona-

rum

rum diſciplinarum peritiſſimi, amicitiam aperuit quã facillimum. His igitur fultus auxilijs, &, quod caput eſt, Dei ope, atque auxilio fretus, non dubitaui, ſummi huius & dicendi, & viuendi præceptoris monumenta attingere, atque adeo, quo interius ſapientiſſimæ illius ſententiæ in memoria inſiderent mea, in latinum conuertere. Accidit poſtea, vt, cùm non nullas ex eius orationibus, latine à me redditas, quibusdam amicis meis, eruditiſſimis viris, legendas dediſſem, magnopere illi me ad eas quàmprimum edendas hortarentur, affirmãtes fore, vt gratæ omnibus acciderent. Ego vero, qui conſiderarem, non potuiſſe me, interpretis leges ſeruare cupientem, ita illas vertere, vt facile præterquàm à paucis intelligerentur, alium præterea ſuſcepi laborem, mihi ipſi minus neceſſarium, ſtudioſis, vt ſpero, non inutilem: confeci enim ſcholia in eas, quæ commentarioli inſtar eſſe poſſint, &, niſi

&, niſi me fallit animus, multum lucis afferre non tantum ad has ipſas, ſed ad ceteras quoque eiuſdem orationes recte intelligendas. quod ſi qua ex parte fuero conſequutus, non parum mihi videbor eorum commoditati proſpexiſſe, qui cupiant ad interiores ſcriptoris adeo ſubtilis atque elegantis ſenſus penetrare. vt certe conſequerer, eius libros peruolutare non deſtiti, quo facilius poſſem, Nazianzena Nazianzenis comparans, germanas ſingulorum verborum ſententias, abditas plerunque & penitus abſtruſas, inueſtigare. & quamquam, non nihil me profeciſſe, ex animo videntur certi homines, & doctrina, & fide præſtantes, confirmaſſe, tamen ſatius ego quidem ac tutius omnino putaui, præſtantiſſimi illius pictoris exemplo, partem ſolum in præſentia huiuſce mei operis in apertum proferre, quo melius poſſim, quid quiſque de hac ſentiat, ac iudicet, attendens, reliquum abſoluere,

atque

atque expolire: tolerabilis enim profecto & laudabilis eſt dilatio, vbi certius ex dilatione lucrum exiſtit. quam tamen vt æquiore animo ferrent, quicunque ſunt huius præſtantiſſimi doctoris cupidiores, correctiones, quas quidem ex pluribus ſcriptis exemplaribus collectas habebam non modo in eas, quas nunc latinis litteris, quantum per me fieri potuit, illuſtratas emitto orationes, verum etiam in omnia plane, quæ græce extant impreſſa, ipſius ſcripta vnà excudendas curaui: difficultas enim in hoc ſcriptore cognoſcendo non minima ex parte videtur ex mendis oriri, quæ plurima reperiuntur in impreſſis codicibus. nam quæ maior ex eo fortaſſe naſcitur, quòd frequens ſacrorum librorum verba, modo plura, modo pauciora, interdum integra, plerunque immutata occulte admodum admiſcet, quippe qui illos contriuerat legendo, & ad eos verba faciebat, qui erant in ijs itidem exercitati,

hanc

hanc equidem difficultatem quemadmodum ſtudui nunc ex his tribus orationibus tollere, tum peruulgatæ latinæ editionis verbis, quoad recte fieri potuit, vtendo, tum etiam ipſa loca partim in margine, cum ſcilicet ea manifeſte citat Theologus, adnotando, partim in Scholijs, quoties ex pluribus ſummo artificio connexa, quaſi ſua interponit, indicando, atque explicando, item ex reliquis conabor, iuuante Deo, pari ratione, cum tempus fuerit, remouere. Tu interim, benigne Lector, meam hanc lucubrationẽ puro, atq. integro animo excipias velim, nec prius damnes, aut deſpicias, quàm legas, & conferas. quod cum feceris, tum demum quæcunque improbaueris, ea, te etiam atque etiam rogo, & obteſtor, ne diſſimules, néue ita enunties apud alios, vt me cæles: ego enim in lucris ponam, & gratiam habebo maximam, ſi fuero à te ſiue leuiter, ſiue grauiter emendatus.

Vale,

Vale, &, ſi cupis animum iucunda ſimul & ſalutari exornare doctrina, Nazianzeno vtique delectare, nec te ab eo repellat obſcuritas: quò enim maiore quidque labore acquirimus, eò et amplectimur libentius, & cuſtodimus ſtudioſius. Romæ. X I. *Calend. Iun.* M. D. L X X I.

S. GRE-

S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIO, QVA

rationem reddit, cur in Pontum aufugerit,
1 *atq; inde rurſus redierit,* [1] *poſtquam Preſbyter creatus eſt, ſimúlque declarat, quæ, quantáque ſit Sacerdotij profeſſio, & qualem oporteat eſſe Epiſcopum.*

VICTVS ſum, & victum me eſſe, fateor, ſubditus fui Domino & oraui eum: volo enim beatiſſimus Dauid dicēdi mihi ſuppeditet exordium, vel potius is, qui in Dauide locutus eſt, atque etiam nunc per eum loquitur, quandoquidem is eſt optimus ordo in omni tum ſer-
2 mone, tum opere inſtituendo, vt [2] à Deo incipias, & in Deum pariter deſinas. Cauſam au-
3 tem vel ſuperioris meæ [3] ſeceſſionis, & imbecillitatis animi, qua adductus elongaui fugiens, & manſi procul à vobis tempore non paruo fortaſſe, his quidem, quos noſtri deſiderium tenet, vel præſentis manſuetudinis & mutationis conſilij, qua impulſus iterum me vobis tradidi, alius aliam ſuſpicetur licet, ac proferat, pro ſuo quiſque in nos amore, aut odio, his quidem culpa me minimè liberantibus, illis verò benignè etiam recipientibus: nihil enim æquè iucúdum accidit hominibus, atque de alienis rebus teme-

Pſal. 36.

rè loqui, & maximè ſi [4] quo forte amore aut 4
odio rapiantur, à quibus ſupprimi plerunque ſolet veritas. Ego verò nihil erubeſcens, verum in medium proferam, & æquum mè vtrique parti arbitrum præbebo, tum his, qui nos inſimulant, tum his, qui ſtudioſè defendunt, partim me ipſum accuſans, partim excuſans. Vt autem rectum in dicendo ordinem ſeruemus, de timiditate, quæ prior fuit, prius etiam verba faciam: neque enim facilè patior, quenquam in me offendi eorum, qui res noſtras, rectè ſe habeant, an ſecus, diligenter obſeruant, [5] quando 5
aliquid nos eſſe apud Chriſtianos, placuit Deo, & iis, qui iam fuerint offenſi, ſi qui ſunt, apologia medebor: pulchrum eſt enim, nec peccando, nec peccati ſuſpicionem afferēdo, [6] quo- 6
ad fieri poſſit, & ratio poſtulet, vllum ponere offendiculum multitudini aut ſcandalum. nempe ſcimus his, qui vnum ex puſillis ſcandalizauerint, certiſſimum, grauiſſimúmq; ſupplicium conſtitutum eſſe ab eo, qui non mentitur. Ego quidem, viri præſtantiſſimi, non vt imperitus, & imprudens, quin etiam (vt paululum glorier) neque vt diuinarum legum & conſtitutionum obſeruandarum parum cupidus, id paſſus ſum. Nam ſicut in corpore aliqua quidem membra imperant quodammodo & regunt, aliqua verò obediunt, ac reguntur, item in Eccleſiis diſpoſuit Deus æquitatis, [7] quæ vniuſcuiuſque digni- 7
tatis rationem habet, aut etiam prouidentiæ, qua cuncta colligauit, lege, alios, quibus ſcilicet hoc erat vtilius, paſci & doceri, dum ad id, quod oporteat,

oporteat, tum verbis, tum factis dirigantur,
8 [8] alios paſtores eſſe & doctores ad conſumma-
tionem Eccleſiæ, quicunque nimirum ſint vir-
tute ac Dei familiaritate vulgo longè præſtan-
tes, rationem animæ ad corpus, vel mentis ad
animam obtinentes, vt vtræque partes ſimul
vinctæ inter ſe atque temperatæ, tam ea cui dee-
9 rat, quàm ea, cui ſupererat, [9] vt in membris, ac
10 [10] ſpiritus harmonia connexæ & cōpactæ vnum
efficiant corpus integrum, atque ipſo Chriſto,
qui noſtrum eſt caput, verè dignum. nec igitur
aliis, principe atque ordine carere, ſcio eſſe vti-
lius, quàm principem, ordinémque habere, nec
ipſis hominibus, quin tanto his quidem perni-
cioſius fuerit, quanto maioribus de rebus in pe-
riculum veniunt. quibus magnum eſt profectò,
ſi minus id, quod primum eſt, rationis ſeruaue-
rint, vt ſcilicet nullum in errorem delabantur,
at certè ab eo, quod proximè accedit, non de-
ſtitui, vt delapſi erigantur. Quod cùm pulchrũ
11 eſſe conſtet & iuſtum, [11] æquè mihi quidem in-
commodum, ſimilitérque inordinatũ videtur,
12 [12] omnes imperare velle, atque neminem impe-
rium ſuſcipere, quoniam ſi omnes hoc, ſiue mi-
niſterium dicendum ſit, ſiue imperium, ſub ter-
fugerent, claudicaret maxima ex parte, nec
ſuam iam obtineret pulchritudinem pulcherri-
ma Eccleſiæ plenitudo. Et quidem vbi nam a m-
plius, & à quibus celebrarentur nobis diui na
myſteria, & ea, quæ mentem ſurſum erigunt,
quod certè omnium, quæ apud nos ſunt, maxi-
13 mum eſt ac præſtantiſſimum, [13] ſi nullus eſſet

 rex,

rex, nullus princeps, nullum ſacerdotium, nul-
lum ſacrificium, nihil denique illorum, quibus
tanquam maximis pro maximis ipſorum deli-
ctis mulctati ſunt antiqui illi Dei obedientiam
abijcientes? At nec alienum quicquam eſt, &
abſurdum, multos eorum, qui diuinarum re-
rum ſtudia colunt, ab inferiori illorum, qui pa-
rent gradu ad ſummam imperij amplitudinem
aſcendere. non eſt id præter conſtitutos philo-
ſophiæ terminos, nec vllam planè affert igno-
miniam; [14] quemadmodum neque nautam pro- 14
batum ac ſpectatum proræ regendæ præfici, &
ei, qui proram regat, ventorum ac tempeſtatum
bene perito, totius nauigij gubernacula com-
mitti: adde etiam, ſi vis, ſtrenuum militem, ac
fortem centuriæ præponi, & centurionem præ-
clarum atque eximium, ducem eligi, vniuerſi-
que belli adminiſtrationem ſuſcipere. Neque
vero ([15] quod ſuſpicetur fortè quiſpiam eorum, 15
qui ſunt planè abſurdi atque improbi, aliena
propriis affectionibus iudicantes) puduit me,
huiuſce dignitatis gradum aſcendere, quod al-
tiorem cõcupiſcerem. non ita ſum ego quidem
vel diuinæ maieſtatis, vel humanæ humilitatis
ignarus, vt non putem magnum eſſe & amplum
cuicunque genitæ naturæ, poſſe vel quouis mo-
do Deo appropinquare, [16] qui vnus clariſſimus 16
eſt ac ſplendidiſſimus, quique puritate ſua om-
nem tum materiæ admiſtam, tum à materia ſe-
gregatam naturam longè ſuperat. Quidnam
igitur id eſt, quod paſſus ſum? & qua ratione
inductus, obedientiam abieci? neque enim vi-
ſus ſum

ſus ſum pleriſque tunc mihi ipſe conſtitiſſe, neque is eſſe, qui habebar, ſed ex altero in alterum me conuertiſſe, & pluſquàm par eſſet, reſtitiſſe, nimiúmque fuiſſe pertinax. Huius igitur rei cauſas iam audite, qui iampridem cupitis. Primum re inopinata perculſus, quemadmodum ſolent hi, quos repentinus aliquis ſtrepitus perculerit, non dedi locum rationi, & conſilio, & idcirco pudorem dimiſi, quem omni tempore ſolitus eram adhibere. deinde quidam me ceperat amor boni, quod in quiete poſitum eſt atque in ſolitudine, cuius quidem cum ab initio tam cupidus fuiſſem, quàm neſcio an alius quiſ-
17 quam eorum, [17] qui litterarum ſtudia coluerint, quamque in maximis ac difficillimis periculis Deo cum vouiſſem, & vero etiã attigiſſem primo tantùm aditu, ita, vt guſtata maius mihi ſui deſiderium inieciſſet, non ſum paſſus, me in ſeruitutem adduci, atque in medios tumultus impelli, & quaſi à ſacro quodam huius vitæ aſylo
18 per vim abſtrahi. [18] nihil enim mihi quidem videbatur optatius, quàm clauſis ſenſibus, domita carne, ſpreto mundo, mente ad ſe reuocata, omnibus rebus humanis, quantum patitur neceſſitas, planè poſthabitis, ſe ipſo ac Deo in conſilium adhibito, ſupra ea, quæ videntur, viuere, ac diuinas ſpecies ſemper puràs in ſe ipſo ferre, cum his inferioribus formis atque errantibus minimè miſtas, verè immaculatum Dei, diuinarumque rerum ſpeculum & exiſtens, & continenter fieri pergens, lumine lumen accipientem, obſcuriore clarius, iamque ſummo illo futuri

ſeculi bono ſpe fruentem,&,dum adhuc in terra ſis,terram relinquentem,& à ſpiritu ad ſuperiora elatum,cum angelis vitam degere. Si quis veſtrum hoc tenetur amore, nouit quod dico, & meæ,quam tunc paſſus ſum, perturbationi veniam dabit. nam pleriſque ne longa quidem oratione perſuaderem fortaſſe,quibuſcunque res etiam ipſa ludibrio eſſe videtur, male affectis ſiue propria inſania, ſiue quorundam, ea, quam profitentur,vita indignorum,culpa, qui rei ſanè bonæ nomen malũ impoſuerunt,Philoſophiam κενοδοξίαν, id eſt inanem gloriam appellantes,adiutricem nacti inuidentiam, ac multitudinis improbitatem, quæ ad peiorem partem ſemper eſt procliuior. ita vt alterutrum vtique peccent, vel quòd mala ipſi committunt, vel quòd bona de aliis non credunt. Præterea rem paſſus ſum(nihil vos cælabo, quamuis occultum) ruſticíne an liberalis viri neſcio, certè paſſus ſum. puduit me aliorum,quicunque, cùm nihilo ſint ipſo vulgo meliores, ſatis habeas, ſi non multo etiam deteriores,illotis manibus, vt dicitur, & mente profana in ſanctiſſimas res ſe ipſi inferunt, atque intrudunt, & antequàm digni ſint, qui ad ſacra aſpirent,capeſſunt altare, certatimq́ue ſeſe circa ſacram menſam premunt atq; vrgent, quaſi putent, ordinem hunc non virtutis exemplar eſſe, ſed facultatum acquirendarum occaſionem, nec miniſterium, cuius oporteat rationem reddere, ſed imperium, in quod nemini liceat inquirere, & quidem numero iam ferè plures ſunt, quàm hi,quibus præſunt, miſeri ob talem pietatem,&

infelices

infelices propter huiuſcemodi ſplendorē, vt vi-
deantur mihi profectò, tempore, ſimul & malo
procedente , ne habituri quidem in poſterum,
quibus imperent, cùm omnes doceant, pro eo,
19 vt ſint [19] docti à Deo (quemadmodum diuina *Eſa.54.*
ait promiſſio) & omnes prophetam agant, vſq; *Ioan.6.*
eo vt & Saul inter prophetas , vt eſt in veteri hi- *1.Reg.19.*
ſtoria, atque in prouerbio : nihil enim tam fre-
quens eſt, nec nullo vnquam tempore fuit, aliâs
aliis rebus vigentibus ac ſeneſcentibus , quàm
ſunt hodie apud Chriſtianos huiuſcemodi pro-
bra, & peccata. quorum etſi copiam, affluētiam-
que reprimere , non eſt noſtrarū virium: at certè
odiſſe, atque erubeſcere, pars eſt pietatis non mi-
nima. Quod autem poſtremum eſt & maius his,
20 quæ dicta ſunt ([20] perueni enim ad ipſum iam
colophonem orationis, nec mentiar: neque enim
fas eſt , tantis de rebus verba facientibus) non
eiuſdem rationis eſſe putaui , neque etiam nunc
21 puto, [21] gregem regere vel armentum, atque ho-
minum animas curare : illic enim ſatis videtur,
armentum , vel gregem quàm poſſit maxime o-
pimum præſtare , & nimirum hoc ſpectans ar-
mentarius & paſtor , loca inquiret aquoſa &
paſcua, ſuoſque greges ad paſtum inducet, ab eo-
demque deducet , quieti tradet, rurſuſque exci-
tabit ac mouebit, tum reuocabit, interdum qui-
dem bacillo, ſæpe verò fiſtula. negotium autem
habere paſtor vel armentarius nullum aliud vi-
detur, præterquam admodum paruum, vt lupos
arceat, &, ſi quod forte pecus in morbum incide
rit, inſpiciat, plerunque verò ei curæ erit quercus,
 vmbra,

vmbra, tibiæ, vtque pulchriore in herba recumbat propter frigidam aquam, & ſub auris lectulum ſibi ex gramine ſternat, nonnunquam etiam amatorium aliquod carmen cantet cum Ciſſybio, boues aut oues cõpellat, & ex his ipſis pinguiſſimas quaſque vel edat, vel vendat; virtuti autem tradendæ nullus vnquam paſtor, aut armentarius ſtuduit. [22] nam & quę tandem ſit iſta- 22
rum animantium virtus, quiſue illarum bonum propriæ præferat voluptati? Homini autem cũ difficile eſt, vt parendum ſit, ſcire, tum verò multò difficilius videtur, rectam hominibus imperandi rationem tenere, noſtro hoc præſertim imperij genere, quod diuina lege continetur, & ad ipſum Deum perducit, cuius quanto maior eſt amplitudo ac dignitas, tanto maius periculum, bene quidem ſano. quem certè primum quidem oportebit [23] tanquam argentum vel aurum, vn- 23
dique verſatum, & in quibuſcunque temporibus, & rebus probatum, nulla ex parte adulterinum quidquam ſonare, aut ære admiſtum, nihilque vilioris materię, & dignæ ardentiore igne in ſe ipſo ferre. Sin minus, tanto maius erit malum, quanto pluribus pręfuerit, ſiquidem maior eſt quæ ad plures manat, quam quæ in vno vertitur improbitas: non enim tam facile vel pannus indelebilem tincturam, vel tetrum, ſuauémue odorem res propius admotæ recipiunt, neque tam cito perniciosus aliquis vapor in aërem diffunditur, diffuſuſque adhæreſcit animantibus (quod ſanè peſtilentia & eſt, & dicitur) quàm [24] ſolet 24
principum vitiis infici tota ciuitas, & quidẽ mul-

to fa-

to facilius, quàm virtutibus: hoc enim maximè
ſuperior eſt probitate improbitas, & hoc ego in
primis moleſtè fero, quod video, vitium quidē
multos habere imitatores & ſectatores, nec quic
quam eſſe tam facile, quàm improbum fieri, vel
nullo impellente; virtutis verò acquirendæ ſtu-
dioſos eſſe perpaucos, ac difficulter admodum
poſſe quēquam ad eam peruenire, etiam ſi mul-
ta ſint, quæ trahant, atque inuitent. & hoc nimi-
rum eſt, quod animaduertens, vt mihi videtur,
& conſiderans beatiſſimus Aggæus in admira-
bilem illam, ac veriſſimam venit ſimilitudinem,
25 cū diceret, [25] Interrogate ſacerdotes legē, ſi caro Aggæi 2.
ſancta in veſtimento cibum aliquem, vel potum,
vel vas tetigerit, num ſtatim ſanctificet id, quod
fuerit admotum? illis autem negantibus, rurſus,
inquit, interrogate, ſi quid iſtorum ad rem ali-
quam impuram ſeſe applicuerit, nónne confe-
ſtim contaminatur? tanquam reſponſuri illi qui-
dem eſſent, prorſus contaminari, nec purum am-
plius permanere huiuſmodi communicatione.
Quorſum hæc illius ſpectat oratio? nempe eo-
dem, quò mea. humanæ ſcilicet naturæ difficil-
limum eſſe, virtutem aſſequi, non ſecus ac mate-
riæ humidiori, ignem concipere: pleroſque verò
ad apprehendenda vitia natos, aptoſque eſſe,
26 [26] quaſi quandam, opinor, ſtipulam, quæ ſcintil-
la, ac vento facile propter ſiccitatem incenditur
& conſumitur: citius enim exigui vitij magnam
quis hauſerit copiam, quàm paululum immen-
ſæ virtutis, ſi quidem & melli vel medicum ab-
ſinthium ſuam illico impertit amaritudinē: mel

autem, ne ſi duplo quidem amplius fuerit, ſuam abſinthio impartiatur dulcedinem: & paruus lapillus auulſus flumen vniuerſum decliuia in loca traxerit; reprimere verò aut retrahere vix poſſit, vel firmiſſima munitio ac moles. [27] Primum igi- 27
tur, eorum quæ dixerimus, id operæpretium eſt cauere, ne virtutis, quæ ſumma eſt admiratione digna, mali videamur eſſe pictores, [28] vel potius 28
pictorum non malorum fortaſſe, multorum certè quidem, malum exemplar; néue illud in nos cadat prouerbium, qui alios curare profitentur, ipſi ſcatent vlceribus. ſecundo autem loco, etiam ſiquis integrũ ſe prorſus ab omni peccato, [29] vel 29
certè quàm maximè fieri poſſit, conſeruet, tamen neſcio an id ſatisfuerit ei, qui alios inſtituturus ſit ad virtutem: non ſolum enim non malum eſſe oportet eum, cui res tanta fuerit commiſſa, quandoquidem multis etiam ex his, qui in alterius ſunt poteſtate, hoc ipſum turpiſſimum eſt, ſed probitate ceteris excellere, illius mandati nõ
Pſal. 36. immemorem quod iubet declinare à malo, & facere bonum; nec prauos duntaxat ex animo typos delere, verum etiam meliores imprimere, ita, vt virtute plus, quàm dignitate, reliquis præſtet omnibus. [30] neq; verò debemus vllum no- 30
bis boni atque aſcenſus terminum conſtituere, nec magis in lucro ponere id, quod iam teneamus, quàm in iactura id, quod effugerit, ſed in dies magis, magiſque progredi, nec magnum putare, ſi excellamus multitudini, ſed detrimentum ducere, ſi minus dignè nos geramus. &, ſi quid boni egerimus, diuino id mandato metiri,

non

non propinquorum factis, ſiue mali illi ſint, ſiue aliquam ad virtutem fecerint progreſſioně, nec
31 paruis ſtateris virtutem, maximo illi, à [31] quo omnia, & in quem omnia, debitam expendere; neque opinari eadem omnibus conuenire, quémadmodum nec ætates omnibus eædem, nec perſonarũ formæ, nec animantium naturę, nec terræ qualitates, nec pulchritudines, magnitudinéſq; ſtellarum: ſed exiſtimare, priuati quidem viri prauitátem eſſe, flagitia admittere, & quæcunque ſupplicio ſunt digna, quorum etiam lex grauis eſt domina: principis verò, vel Antiſtitis, non eſſe quàm optimum, nec ſemper in virtute procedere, ſiquidem ſit virtutis ſuæ præſtantia multitudinem tracturus ad mediocritatem, nec vi imperaturus, ſed perſuadendo allecturus: vis enim, ac violentia, præterquam quòd tyrannica eſt, & minimè laudanda, ne diuturna quidem eſſe poteſt. nam quicquid violentum eſt, id ſolet
32 profectò, [32] velut planta vi manibus attracta, ad ſeſe rurſus, ſi dimittatur, recurrere, voluntarium verò maximè legitimum, ſimul & tutiſſimum eſt, quippe quod amoris vinculis cuſtoditur. Quapropter ſpontaneè in primis, & non coactè gregem paſcere, noſtra iubet lex ac legiſlator. Verum eſto, ſit aliquis non malus atque adeo ad ſummam peruenerit virtutem, tamẽ non video, quamnam adeptus ſcientiam, aut qua fretus facultate, audeat tantum munus ſuſcipere: verè enim hæc mihi videtur ars quædam artium eſſe, & ſcientia ſcientiarum, hominem regere ac moderari, animantium omnium verſutiſſimum, &

maximè

maximè varium. id autem facile quis cognorit, ſi
corporum curationem cum animarum curanda-
rum ratione contulerit, & poſtquam illius diffi-
cultatem perceperit, tum verò exquiſierit, quan-
to ſit hæc noſtra difficilior, & tum ratione mate-
riæ, tum facultate ſcientiæ, tum fine operationis
præſtantior. nam illa quidem in corporibus ela-
borat, materiáq; fragili ac deorſum fluente, quæ
prorſus diſſoluatur neceſſe eſt, & id, [33] quod ip- 33
ſius proprium eſt, patiatur, quamuis in præſen-
tia artis adiumento, quod in ipſa eſt, diſſidium
ſuperet: vel enim morbo, vel tempore diſſolui-
tur, cedens naturæ, & proprios terminos mini-
mè tranſiens. hæc autem in anima ſuum collocat
ſtudium, [34] quæ ſanè diuina diuinitus ad nos de- 34
lata eſt, ſupernæ nobilitatis particeps, & ad ean-
dem redire properans, deteriore licet ſit colliga-
ta, fortaſſe etiam [35] ob alias cauſas, quas ſolus no- 35
uit is, qui colligauit, Deus, & ſi quis à Deo hu-
iuſmodi edoctus eſt myſteria; at certè quantum
ego percipere poſſum, meíque ſimiles, ob duas,
vnam quidem, vt cum inferis hiſce rebus certā-
do atque luctando, ſupernæ gloriæ hereditatem
conſequatur, his, quæ hîc ſunt, tanquam aurum
igne probata, nec Dei donum ſolum, verum etiā
virtutis præmium ea, quæ ſperamus, accipiat. &
hoc erat profectò ſummæ bonitatis, vt bonum
noſtrum quoque faceret, non tantum naturæ in-
ſitum, ſed etiam eligendi poteſtate cultum ac li-
beræ voluntatis motibus in vtramque partem.
alteram verò ob cauſam, vt deteriorem quoque
partem ad ſe trahat, ac ſurſum collocet ab omni

concre-

concretione mortali paulatim liberata, vt quod
Deus animæ,id anima corpori præſtet,tanquam
Pædagogus per ſe ipſam materiam miniſtram
36 moderans & conſeruam Deo concilians. [36] Lo-
ca quidem Medicus,momenta,ętates,anni tem-
pora, & alia huius generis conſiderabit , dabit
medicamenta, victus rationem inſtituet,ea,quæ
nocitura videantur, obſeruabit, ne peruerſæ æ-
grotantium cupiditates ſuæ obſtent arti;nonnũ-
quam etiam in quibuſdam exuſtionibus , inci-
ſionibus, & acrioribus vtetur remediis, quæ ta-
metſi laborioſa admodum ac difficilia videãtur,
nullum tamen eorum prorſus tanti eſt negocij,
quanti mores, affectiones animi, vitæ rationes,
ſtudia, cæteráque quæ in nobis ſunt, his ſimilia
diſpicere & curare,&,quicquid ferum eſt,atque
agreſte, ex coniugatione noſtra eximentes, ea,
quæ ſint manſueta, & Deo grata inducere atque
firmare, ac iuſtos noſmetipſos tum animæ, tum
corporis arbitros præbere,non permittentes, vt
deteriori ſeruiat præſtantius, quo nihil poteſt eſ-
ſe iniuſtius, ſed ei, quod principem locum, au-
toritatémque tenet, id, quod natura poſterius
eſt atque inferius, ſubiicientes, quæ quidem lex
extat diuina, & pulcherrimè inſtituta cunctis in
rebus,quæ à Deo creata ſunt, ſiue ſub aſpectum
cadant, ſiue omnem planè ſenſum exuperent.
Equidem illud etiam animaduerto, quod eorũ
quæ diximus ſolere à medico obſeruari, vnum-
quodque quomodo ſe habet natura, ita perma-
net,nec vllum callidè quidquam à ſe ipſo contra
machinatur, neque captioſè repugnat his, quæ
ab ar-

ab arte afferuntur, quinetiam materiam ſubigit, quæ à medico adhibetur, curatio, niſi forte parua aliqua intercidat offenſio, ægroti culpa, quam ipſam & cauere, & corrigere, non ita difficile eſt. nobis autem noſtra calliditas, nimius erga nos ipſos amor, & pertinacia, ob quam nos ſuperari, non poſſumus æquo animo ferre, maximo eſt ad virtutem impedimento, & quaſi quædam acies contra eos, qui pro nobis pugnant, præſto eſt. denique quantum oportebat ſtudij ad id conferre, vt morbum his, qui curarent, denudaremus, tantum profectò conferimus, vt medicinam fugiamus, ſumúſque in noſmetipſos fortes, & ad propriam valetudinem perdendam peritiſſimi: aut enim ſeruili modo peccatum occultamus, tanquam putridum quendam morbum ac pernicioſum, imo in animo abdentes, quaſi verò, vt homines cælemus, cælare vllo pacto poſſimus
[37] magnum oculú Dei & iuſtitiæ præſidis: [38] aut 37
excuſamus excuſationes in peccatis, rationes, 38
quæ noſtris ſuffragentur vitiis, excogitantes, aut aures obſtruentes, aſpidis ſurdæ, & aures obturãtis inſtar, damus operam, ne audiamus vocem incantantium, néue ſapientiæ medicamenta, quibus curantur animæ morbi, nobis planè adhibeantur: aut poſtremo (quod faciunt hi, quicunque ex nobis ſunt magis audaces ac generoſi) apertè etiam impudentes ſumus in peccatis committendis, & in perſequendis his, qui eorum medicinam profitentur, nudo capite, vt dicitur, ruentes ad omne genus iniquitatis. ò incredibilis hominum ſtupiditas, vel, ſi quod eſt aliud nomen

men

men huic vitio magis proprium. quos oportuit
tanquam benemerentes diligere, hos quaſi ini-
39 micos vlciſcimur, [39] odio habentes in portis ar-
guentes, & verbum ſanctum abominãtes, ac pu-
tamus fore, vt vehementius eos, qui nobis ſunt
beneuoli, oppugnemus, ſi quàmplurimis noſ-
metipſos damnis afficiamus, quemadmodum
qui ſuas exedunt carnes, cùm tamen putent, ſe
quidem eas, quæ propinquorum ſint, deuorare.
hæc ſunt, quibus ego ſtatuo, hanc noſtram me-
dendi artem multò difficiliorem eſſe ea, quæ ver-
ſatur in corporibus, & propterea etiam præſtan-
tiorem. Accedit quòd illa quidem, cùm pauca
inſpiciat eorum, quæ in profundo latent, maiore
ex parte in his, quæ ſunt in promptu, occupata
40 eſt. nobis verò [40] in eo, qui abſconditus eſt, cor-
dis homine, omnis cura, omnéque ſtudium po-
41 nendum eſt, & cum eo certamen ineundũ, [41] qui
nos intus oppugnat atque inuadit, qui quidem
nobis ipſis, quibuſdam quaſi armis, contra noſ-
ipſos vtens (ò rem omnium grauiſſimam) mor-
ti, quam affert peccatum, planè tradit. Ad hæc
igitur ſuperanda magna profectò ac perfecta o-
pus eſt fide, maiore verò Dei ope & auxilio, nec
parua etiam, quantum mihi ipſe perſuadeo, in-
duſtria & contentione noſtra, quæ & verbo &
42 opere conſpiciatur, [42] ſiue etiam exhibeatur, ſi
noſtras volumus animas, quibus quidem nihil
habemus precioſius, rectè curari, expurgari, &
decoras quàmmaxime reddi. iamuerò, quod ad
finem vtriuſque curationis pertinet (hoc enim
reſtat ex his, quæ exquirenda propoſuimus) alte-
rius

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

rius quidem finis eſt, ſanitatem aut bonam habitudinem corporis, ſi adſit, conſeruare, ſin minus reuocare, quæ profutura ſint, necne his, qui fuerint adepti, non ſanè conſtat, quādo eorum contraria ſæpe conſueuerunt adiumenti plus afferre his, qui habeant, quemadmodum paupertas ac diuitiæ, claritas & obſcuritas nominis; ignobilitas ac nobilitas, & quæcunque ex ſua natura in medio poſita, nec magis in hanc, quàm in illam partem propendentia, perinde vt eis quiſque vti voluerit, ita ei in bonum, vel in malum conuertunt. alteri autem propoſitum eſt [43] animam ſub- 43
leuare, è mundo rapere, Deóque exhibere, imaginem, ſi maneat, ſeruare; ſi nutet, adminiculari; ſi diffluat, coërcere, [44] Chriſtū in cordibus per ſpi- 44
ritum ad habitandum inducere, &, quæ ſumma eſt, Deum facere, cæleſtíſque beatitudinis compotem eum, qui cæleſtis eſt conſtitutionis particeps. [45] id nobis pædagogus vult lex, id medij in- 45
ter Chriſtum & legem Prophetæ, id ſpiritalis [46] legis conſummator & finis Chriſtus, id exina- 46
nita diuinitas, id aſſumpta humanitas, id noua miſtio, Deus inquam & homo, [47] vnum ex vtriſ- 47
que, & per vnum vtraque; hanc ob cauſam Deus carni, per animam mediam, commiſtus eſt, [48] duóque inter ſe diſtantia, ea, quæ conciliatrici 48
cum vtroque intercedebat, neceſſitudine coniuncta ſunt & copulata, atque omnia pro omnibus conuenerunt in vnum, ac pro vno, primo parente, anima ob eam, quæ non obediuerat, caro ob eam, quæ ſubminiſtrauerat, quæque ſimul fuerat condemnata, illa inquam propter animam,

nimam, hæc verò propter carnem, Chriſtus denique ob Adam, ob eum qui peccato erat ſubiectus, is, qui peccato fortior planè eſt atque præſtantior. idcirco veteri nouum obiectum eſt, & per paſſionem is, qui paſſus fuerat, reuocatus, & pro vnoquoque eorum, quæ in nobis ſunt, vnúquodque eius, qui ſupra nos eſt, oblatum, & nouum extitit myſterium, ea inquã, quæ pro ſumma Dei erga homines benignitate circa eum, qui per inobedientiam ceciderat, facta eſt diſpenſatio. Idcirco generatio ſimul & virgo, idcirco
49 præſepe ac Bethleem, [49] generatio formationis
50 cauſa, virgo mulieris gratia. [50] Bethleem propter Edẽ, præſepe propter paradiſum. parua ſcilicet, & patentia pro magnis atque abſconditis. idcir-
51 co Angeli glorificantes [51] cæleſtem, deinde terreſtrem, & paſtores gloriam videntes in agno ac paſtore, & ſtella præcedens, & Magi procidentes, ac dona ferentes, vt deſtrueretur idolorum
52 cultus. Idcirco Ieſus baptizatus, ac [52] teſtimonio deſuper confirmatus, ieiunans, tentationem ſuſtinens, tentantem ſuperans. Idcirco Dæmones eiecti, ægroti ſanati, & ampliſſimum illud præconium infimis hominibus commiſſum, & per
53 eoſdem rectè adminiſtratum. Idcirco [53] gentes frementes, & populi meditantes inania. Idcirco lignum cõtra lignum, & manus contra manum, contra eã videlicet, quæ intemperanter ſeſe extendit, illæ, quæ fortiter ſunt tenſæ, contra diſſolutam clauis vinctæ, contra eam, quæ Adam eiecit, illæ, quæ orbis terrarum fines conciliarunt. Idcirco altitudo aduerſus lapſum, fel aduerſus

 guſtum,

guſtum, ſpinea corona [54] aduerſus maligni impe- 54
rium, mors aduerſus mortem, tenebræ lucis gratia, ſepultura contra auerſionem ad terram, reſurrectio reſurrectionis cauſa. Hæc ſanè omnia inſtitutio quędam ac diſciplina fuit à Deo nobis adhibita, & imbecillitatis noſtræ medicina, quæ veterem Adam eò, vnde excidit, reduceret, &
[55] ad lignum vitæ adduceret, à quo quidem nos 55
lignum ſcientiæ, [56] alieno tempore atque incom- 56
modo guſtatum, abalienauit. huius nos curationis miniſtri eſſe debemus & adiutores, quicunque aliis præſumus. quibus certè cum magnum eſt, proprias animi labes ac morbos & noſſe, & curare (quanquam non ita id quidem magnum ſit, niſi, vt hoc diceremus, multorum faceret improbitas, qui hunc tenent dignitatis gradũ) tum verò multo maius, poſſe aliorum vitiis ſcienter mederi, atque ea afferre remedia, quæ vtriſque ſint ſalutaria, tum his, qui egeant medicina, tum his, quibus eorum curandorum onus commiſ-
ſum fuerit. [57] Deinde iſti quidẽ, qui corpora cu- 57
rant, labores, vigilias, & curas, quas ſcimus, ſuſcipient, & ob aliena incommoda proprias percipient moleſtias (vt ait quidam ex his, qui apud eos ſapientes habentur) & alia quidem per ſe ipſos elaborantes, atque excogitantes, alia verò ab aliis colligentes, ac congerentes ægris adhibent, nec quicquam adeo paruum ab ipſis vel repertum eſt, vel prætermiſſum, ne minimis quidem ex rebus, quin magnum putent habere momentum ad valetudinis ſiue commodum, ſiue incommodum, atque id quam tandem ob
cau-

cauſam? nempe vt homo pluſculum temporis maneat in hac miſera vita, iſque fortaſſe minimè probus, aut etiam nequiſſimus, cui forſitan melius erat iampridem periſſe, vt grauiſſimo omnium, quo laborat, morbo, animi ſcilicet prauitate, liberaretur. Quòd ſi etiam è numero bonorum eum eſſe, poſuerimus, quantum demum eſt victurus? num omne tempus? quidúe lucrifacturus ex huiuſmodi vita? ex qua quidem expediri ſtudere, omnium bonorum maximum eſt, ac tutiſſimum, vt mihi videtur, & viro bene

58 ſano ſanè quàm dignum. [58] nobis autem, qui periclitamur ſalutem animæ, diuinæ ſanè & immortalis, immortalíq; vel ſupplicio ob vitium, vel præmio ob virtutem afficiendæ, quantum demum certamen inſtare exiſtimandú eſt, quantáue opus eſſe ſcientia, vt rectè aut curemus, aut

59 curemur, vtque vitam commutemus, & [59] puluerem ſpiritui dedamus? neque enim eædem ſunt rationes, nec eædem appetitiones maris, & feminæ, iuuenis, ac ſenis; diuitis, & pauperis; hilari, & triſtis; valentis, & ægrotantis; principis, ac priuati; periti, & imperiti; timidi, & audacis; iracundi, & mitis; felicis, & infelicis. quod ſi etiã diligentius inquiras, quantum ſit diſcrimen inter coniugatos ac cœlibes, rurſúſque ex his inter eos, qui ſolitudine, quíque frequentia & ſocietate hominum delectantur; inter illos, qui in vſu rerum, & in contemplatione ſunt verſati, & eos, qui ſimpliciter vitam dirigunt; inter vrbanos, & ruſticos; ſinceriores, atque aſtutiores; operoſos, & ocioſos; fortunæ commutatione iactatos, &

ſecundiſſimo vento curſum tenentes ſine vlla offenſione, his profecto , cum magis interdum animorum affectibus atque appetitionibus,quã corporum formis , ac figuris, vel, ſi mauis, elementorum, ex quibus conſtamus, miſtionibus, ac tẽperationibus alteri ab alteris differant, "diſpenſatorem ſe præbere , res eſt minimè facilis. nam quemadmodum corporibus non eadẽ medicina omnibus, nec idem cibus adhibetur , ſed alius alij pro ratione valentium,aut ægrotantiũ, ita etiam animæ diuerſa ratione atque inſtitutione curantur . Id quod ita eſſe faciendum, teſtantur hi ipſi , quorum animi affectiones ſunt curandæ. alij nimirum oratione ducuntur,alij diriguntur exemplo, alij calcaribus egent,alij frenis (alteri enim tardi ſunt & pigri ad bonum, quos oportet ſermone, quaſi flagello, excitare ; alteri plus,quàm ſatis eſt,feruidi ſpiritu , & cupiditatibus effrenati , quaſi generoſi quidã equi exultantes & vltra metam excurrentes , quos poſſis, oratione,quaſi quibuſdam habenis, coërcens ac reprimens,meliores facere)alios iuuat laus,alios vituperatio , ſiquidem ratione ac tempore vtraque earum vtaris, ſin minus, nocent potius. alij cohortatione emendantur,alij obiurgatione,atque ea his quidem in aperto acriter, illis verò in occulto leniter adhibita . ſolent enim alij priuatas admonitiones contemnere,quos tamen poſſit publica accuſatio ac reprehenſio moderari; alij autem ad liberiores obiurgationes impudentes ſe præbere , qui tamen remiſſioribus, occultíſque admonitionibus facilius ducãtur,& commiſe-

miſerationi obedientiã retribuant. In aliis oportet omnia vel minima diligẽter obſeruare, quoſcunque opinio, quam habeat, fore, vt ſua facta lateant (hoc enim moliuntur) quaſi ſapientiores inflauit. in aliis præſtat aliquando conniuere, ita; vt (quod prouerbij loco dici ſolet) videntes non videamus, & audientes non audiamus, ne illos
61 nimio increpandi ſtudio demergentes, [61] impellamus ad contumaciam, ac demum extincto pudore, optimo ad perſuadendum remedio, audaciores ad omnia facinora reddamus. debemus etiam quibuſdam non iraſcentes iraſci, non deſpicientes deſpicere, non deſperantes deſperare, pro vt cuiuſque tulerit ingenium. alios oportet manſuetudine, atque humilitate, & vnà cum eis ad meliorem ſpem incumbendo curare. Iam alios vincere, ab aliis ſe vinci permittere, ſatius eſt; & horum quidem diuitias, atque opes; illorum verò paupertatem, & res incommodas vel laudare, vel deteſtari: neque enim quemadmodum in virtute & in vitio res ſe habet, vt illa quidem ſemper, omnibúſque optima ſit & vtiliſſima, hoc autem peſſimum ac deterrimum, ita etiam in noſtra vſu venit medicina, vt vnum & idem remedium ſemper atque eiſdem ſaluberrimum ſit aut perniciosiſſimum, verbi gratia, ſeueritas, vel mãſuetudo, vel aliud quoduis eorum, quæ enumerauimus: Sed aliud aliis accommodatum eſt atque vtile, perinde, opinor, vt tempora réſque inciderint, & eorum, qui curantur, ingenium ac mores tulerint. Quæ ſanè omnia adeò accuratè exquiſitéque verbis diſtinguere, & perſequi, vt

in vnum redigas hanc curandi rationem nullo modo poſſis, quantumuis licet excellas induſtria & prudentia. ſingula autem in ipſo vſu, atque in ipſis rebus ei, qui recta ratione curet, perſpicua fiunt. generatim verò illud nobis eſt manifeſtú, quòd ſicut his, qui ſupra ſuſpenſum funem atque ſublatum incedunt, periculoſum eſt, huc vel illuc inclinare, nec in paruum fert diſcrimen quoduis vel minimum momentum, tutiſſimos autem pręſtat motus æquabilitas; item hîc alterutram in partem quis propenderit ſiue propter malitiam, ſiue propter inſcitiam, non mediocre tum ipſi, tum his, quibus ducendis præeſt, periculum impendet, ne cadant in peccatum. Sed
[62] via regia vtique gradiendum eſt, & cauendum, 62
Prou. 4. ne (quemadmodum dicunt Prouerbia) ad dexteram, néue ad ſiniſtram declinemus. Sic igitur ſe habent ea, quæ ad noſtras attinent affectiones, tantúmq; hîc negocij habet paſtor bonus, [63] qui 63
ſcitè ſciturus ſit animas gregis, & præfuturus pro ratione paſtoralis ſcientiæ, eius inquam, quæ recta eſt, & vero Paſtore noſtro dignam. Iamuerò ipſius verbi diſtribuendi munus (vt vltimo loco ponam id, quod omnium rerum noſtrarú primum eſt) diuini dico verbi atque excelſi, & cuius ſtudium omnes nunc profitentur, ſi quis eſt, qui confidat, poſſe ſe dignè obire, ídq; putet cuiuſuis eſſe ingenij, huius ego ſapientiá, ne dicam inſipientiam, admiror. mihi quidem certè opus eſſe videtur hominú minimè vulgarium, nec parui ſpiritus, [64] ſuo cuique tempore verbi, 64
quaſi tritici, menſuram dare, ac diſpenſare in iu-

dicio

65 dicio veritatem noſtrorum dogmatum, [65] quæcunque de mundis,aut de mundo litteris prodita ſunt, de materia, de anima, de intellectu, intellectualibúſque naturis, tum præſtantioribus, tum deterioribus, de ea, quæ cuncta colligat, temperat, ac regit prouidentia, tum quæ ſecundum rationem videtur occurrere, tum quæ præ-
66 ter rationem, [66] inferiorem inquam & humanã, quæcunque de prima noſtra conſtitutione, déque poſtrema noſtra renouatione, de figuris, de
67 veritate, de teſtamentis, de Chriſti aduẽtu [67] tum primo, tum ſecundo, de incarnatione, de paſſio-
68 nibus, de [68] reuerſione, quęcunq; de reſurrectione, de fine, de iudicio, de retributione tum pænæ, tum gloriæ, &, quod caput eſt, quæcunque de ea, quæ ſummum principatum atque imperiũ obtinet, beatiſſima trinitate ſentienda ſunt. in quo quidem periculum vel maximum imminet his, quibus alios illuminandi munus creditum
69 eſt, ne [69] ſermone vel in vnam, dum veremur Deorum multitudinem introducere, hypoſtaſim contracto, nuda nobis nomina relinquantur, ſi eundem patrem, & filium, & ſpiritumſanctum eſſe credamus, vel in tres, aut diuerſas atque alienas, aut inordinatas & principio carentes hypoſtaſes, & quaſi dicas in tres viciſſim ſibi aduerſantes Deos diſtracto, in æquale vitium ex contrariis delabamur, inſtar plantæ alterutram in partem contortæ, & multum deflexæ: Nam cum tres hodie extent de Theologia vitioſæ & corruptæ opiniones, atheïa, & iudaiſmus, & polytheïa, quarum quidem primæ auctor fuit Sa-

bellius Libycus, ſecundæ Arius Alexandrinus, tertiæ quidam, qui nimis apud nos ſunt orthodoxi, quænam mea eſt ſententia? vt ſcilicet id, quod in iſtis tribus ineſt vitij, declinantes, in terminis verę pietatis conſiſtamus, &, neque ad Sabellij atheïam [70] ex noua iſta reſolutione, vel cō- 70
poſitione inducamur, non magis vnum omnia, quàm nihil vnumquodque eſſe definientes (deſinunt enim eſſe id, quod ſunt, dum viciſſim in ſe commeant ac tranſeunt) aut compoſitum quendam & abſurdū nobis Deum, quemadmodum commenticia animalia, adumbrantes & confingentes; neq; naturas [71] ex Arij, quæ rectè dicitur 71
inſania, ſecantes, in Iudaicam concludamur inopiam, atque inuidiam diuinæ naturę affingamus, ſolo eo, quod eſt ingenitum eſſe, deitatem circumſcribentes, quaſi verò timeamus, ne pereat nobis ac deſtruatur Deus, Dei pater ſi ſit, veri, & natura eodem, quo ipſe eſt, honore præditi:
[72] neque tria principia inter ſe oppoſita educen- 72
tes, aut coordinātes, multorū, quem effugimus, principatum Gentilium more introducamus, cū par ſit, neque patris adeo ſtudioſum eſſe quenquam, vt ab ipſo id etiam, quòd pater ſit, auferat (cuius enim pater fuerit, ſi filius vel ab eo natura diſiunctus, abalienatúſque ſit vnà cum ipſis creaturis, nec enim filius eſſe poteſt id, quod eſt alienum, vel cum eo conglutinatus & confuſus, quod idem eſt ac ſi dicas confundēs?) neque itidem Chriſti vſque eo cupidum, vt nec ipſi id, quòd filius ſit, relinquat (cuius enim fuerit filius, niſi ad patrem tanquam ad principium

refera-

referatur?) nec patri principij dignitatem ſeruet, eius inquam principij, quod ipſi tanquam patri ac genitori conuenit: anguſtarum enim profectò rerum atque indignarum, vel potius anguſtè, indignéque principium eſſet, niſi eius ſit principiũ diuinitatis ac bonitatis, quæ in filio & in ſpiritu ſancto ſpectatur, in illo quidem, vt in filio ac verbo, in hoc verò, vt in eo, qui indiſſolubiliter procedit, ſpiritu, quandoquidem neceſſe eſt, & Dei vnitatem conſeruare, & tres hypoſtaſes confiteri, cum ſua quamque proprietate. hæc igitur, vt ſatis commodè ac dignè explicentur atq; exponantur, longiore, quàm præſentis ſit temporis, opinor, etiam vitæ, indigent oratione, vel potius & nunc, & ſemper ſpiritu, quo ſolo Deus intelligitur, explanatur & auditur: puro enim duntaxat eſt attingendum id, quod purum eſt, ac ſemper eodem modo ſe habet. nunc autem ideo breuiter ea perſtrinximus, vt declararemus, difficile eſſe ei, qui tantis de rebus diſſerat, maximè apud multitudinem, quæ quidem ex omni conſtat hominum genere, tum quo ad ætatem, tum quo ad habitum, quaſi organũ quoddam, quod cum multis chordis ſit conſtitutum, multis itidem ac variis eget pulſationibus, ſermonem aliquem inuenire, qui poſſit omnes componere, & cognitionis lumine illuſtrare, non ſolum quod, cum in his tribus periculum vertatur, in intelligentia ſcilicet, in oratione, & in auditu, vt non offendas in vno iſtorum, ſi non in omnibus, fieri nullo modo poteſt (aut enim intellectus minus fuerit illuminatus, aut oratio defecerit, aut

 non re-

non rectè perceperit auditus, haud ſatis expurgatus, & [73] ſimiliter ex vno iſtorum atq; ex omni- 73
bus neceſſe eſt claudicare veritatem) ſed etiam quoniam quod orationem aliorũ, aliam quampiam doctrinam profitentium, acceptam ac probabilem reddit, auditorum videlicet religio, id profecto hîc detrimentum affert atque incommodũ: cum enim intelligant, de Deo & de re omnium maxima, & de ſalute ipſa, & [74] de prima 74
omnibus ſpe agi atque certari, quò ſunt feruidiores fide, eò magis docentis ſermoni obſiſtentes, ac veritatis proditionem, non religionẽ obediendi ſtudium exiſtimantes, omnia citius proiecerint, quàm opiniones domo delatas, & dogmatum, in quibus ſunt educati, conſuetudinem remittant. & hoc, quod adhuc dico, moderatiorum eſt hominum vitiũ, nec prorſus malorum, qui tametſi aberrant à veritate, quia tamen religione adducti, id faciunt, & [75] æmulationẽ qui- 75
dem habent, ſed non ſecundum ſcientiam, erunt forte è numero eorum, qui minus grauiter damnabuntur, nec multis vapulabunt plagis, vt certè vapulabunt illi, qui propter malitiam atque improbitatem à Domini voluntate recedunt. & illi quidem fortaſſe poſſint aliquando de ſententia deduci, & commutari ea ipſa commoti religione, ob quam reſiſtebant, ſi quis eos tetigerit ſermo vel interior, vel exterior, certo [76] ictu percu- 76
tiens, tanquam ferrum pyritem lapidem, prægnantem & dignam luce mentem, in qua illicò ex parua ſcintilla magna veritatis flamma eluceat. Quid autem de his dixerit quiſpiam, qui

inanis

inanis gloriæ ſtudio vel principatus cupiditate
77 [77] iniquitatem in excelſum loquuntur, quaſi Iannis cuiuſpiam aut Iambris iactantias, non contra Moyſem, ſed contra ipſam veritatem ſeſe armantes, & in ſanam doctrinam inſurgẽtes? quid-
78 úe de tertia illorum claſſe dicemus, qui [78] ob inſcitiam, &, quæ hanc conſequitur, confidentiam ad quemcunque ſermonem cominus feruntur
79 porcorum ritu, [79] & pulchras conculcant veritatis margaritas? quidúe denique de his, qui nullam quidem domo opinionem afferunt, nec vllã planè diuinarum rationum formam ſiue malam ſiue bonam, ſed quibuſlibet ſe ipſos obiiciunt ſermonibus atque doctoribus, tanquam ex cunctis meliora ac tutiora ſelecturi, & ſibi ipſis, non bonis veritatis iudicibus, credunt; mox vi & fa-
80 cultate dicendi aliâs alia [80] circumlati & contorti, & quacunque oratione obruti atque peſſundati, multis permutatis magiſtris, multíſque litteris, quaſi puluere ventis, facilè proiectis, demũ tum auribus, tum mente defatigati omnem ſapientiæ doctrinam, proh inſipientiam, æquè ſtomachãtur, & moleſtè ferunt, ac prauum ſibi ipſis inſcribunt characterem, vt ſcilicet ipſam fidem noſtram, tanquam inconſtantem, & minimè ſanam, irrideant, atque contemnant, inſcitè admo-
81 dum [81] ab his, qui docent, ad doctrinam ipſam ſeſe transferentes, vt ſi quis oculis malè affectus, vel aures habens hebetiores, ſolem, aut voces accuſet, illum quaſi obſcurum, & minus fulgentem, has tanquam abſonas, & nimium remiſſas. & hanc ob cauſam facilius eſt rudi in animo atque in-

atque integro veritatẽ à primo imprimere, tanquam in cera nondum formata, quàm poſt inciſas litteras, prauas dico doctrinas & dogmata, pium ſermonem inſcribere, ita vt cum prioribus poſteriora commiſceantur, & confundantur: ex viis enim profectò ea melius eſt iter facere, quæ plana ſit, ac trita, quàm quæ inuſitata & aſpera, itémque ex agris eum arare, quem ſæpius aratrú perſtrinxerit ac mollierit; [82] ex animis autem in 82
eo vtique facilius inſcribitur, quem non dum praua formarit oratio, nec in profundo vitioſæ litterarum notæ impreſſerint: duplex enim iſto quidem modo negocium contrahatur pio ſcriptori concinno, alterum ſcilicet, vt iam antea impreſſos deleat characteres, alterum, vt alios reponat probatiores, ac digniores, qui permaneant. tot ſanè extant tum ſecundum reliquas affectiones, tum ſecundum orationem ipſam mali &
[83] maligni typi atque characteres, tantúmq; ne- 83
gocij habent hi, quibus iſthæc animarum inſtituendarum cura commiſſa eſt. neque tamen non multa à me prætermiſſa ſunt, ne præter modum creſceret oratio. Quemadmodum igitur, ſi quis aggrediatur, multiplicem aliquam ac multiformem belluam ex multis conflatam belluis tum maioribus, tum minoribus, mitioribúſq; & immanioribus educare, & manſuefacere, arduum ſanè opus, multúmque negocij habeat, animante tam diſpari, támque diſſimili regendo, cuius non eiſdem vnaquæque pars vocibus, neque cibis, [84] neque blandimentis, neque ſibilis, neque 84
ceteris huiuſmodi ad educationem pertinentibus

bus modis delectatur, ſed alia aliis pro ſua quæque natura & conſuetudine. & quid oporteat facere huiuſcemodi beſtiæ præfectum? quid aliud profecto, quàm curare, vt multiplex ſit ac varius ſcientia, & congruentem cuique adhibeat curationem, quò rectius poſſit talem belluam regere
85 & conſeruare? [85] ita cum ex multis ac differentibus tum moribus, tum rationibus, quaſi quoddam compoſitum ac diſſimile animal, conſtitutum ſit commune hoc eccleſiæ corpus, prorſus neceſſe eſt, eum etiam, qui illi ꝓpoſitus ſit, ſimplicem eundem eſſe ad eam, quæ in omnibus requiritur, rectitudinem ſeruandam, & quammaximè multiplicem ac varium ad conciliandum ſibi vniuſcuiuſque animos, aptéque & appoſitè
85 cum omnibus congrediẽdum. nam [85] alios quidem conuenit lacte, hoc eſt ſimplicioribus, ac rudioribus eruditionibus, alere, quicunque habitu paruuli, & nuper compacti, quomodo dixerit quiſpiam, virilem doctrinæ cibum minimè ferunt, quem ſi quis eis ſupra ipſorum vires ſuppeditet, oppreſſi fortaſſe & grauati, quòd nequeat mens, ſicut in corpore accidit, id quod illatum fuerit, attrahere, & ad ſe conuertere, pri-
86 ſtinas etiam vires amiſerint. [86] alij autem, cum eam, quam loquimur inter perfectos, ſapiẽtiam, altiorémque ac ſolidiorem cibum deſiderent, quippe qui ſint iam ſenſibus ſatis exercitati ad diſcretionem veri ac falſi, ſi lacte imbuantur, & oleribus, imbecilliorum cibo, alantur, ægreſcant, & quidem iure, cum non confirmentur ſecundum Chriſtum, nec laudabili augeantur au-

gmen-

gmento,quod affert ſermo perficiés in virum & in menſuram ſpiritualis ætatis perducens eum,
qui rectè nutriatur. [87] & ad hæc quis idoneus? 87
non enim ſumus, ſicut plurimi adulterãtes verbum veritatis,& miſcentes vinum aquę,cum videlicet,qui lætificat cor hominis, ſermonem ei, qui vulgaris eſt & vilis, & ex humo tractus, & leuis, & temere effluens, vt aliquid ipſi iniquè lucrentur ex tali nundinatione, aliàs alio modo cum his,qui ipſos ſectantur, loquentes, & cum
omnibus ad voluntatem, quaſi quidam [88] ven- 88
triloqui & vaniloqui, propriis voluptatibus in-
ſeruientes [89] ſermonibus ex terra editis,& in ter- 89
ram demerſis, vt quàm optimam apud multitudinẽ famam adipiſcantur, quammaxima ſe ipſos pæna afficientes, aut etiam perdentes, & ſanguinem innocentem ſimpliciorum animarum ef-
fundentes, [90] qui de manibus noſtris requiretur. 90
Sed cum intelligeremus, ſatius eſſe, ceteris ſeſe peritioribus regendi ſui habenas tradere, quàm aliorum imperitum eſſe aurigam, & aures potius æquas,benignáſq; præbere, quàm linguam iactare ineruditam, nobis ipſis conſiliariis, fortaſſe non malis,beneuolis quidem certè vſi,magis probauimus,ea,quæ dicenda,quæque agenda ſint, diſcere neſcientes, quàm docere, eorum
ipſi cum ſimus ignari: [91] præclarè enim cum eo 91
agatur, cui vel ad ſummam ſenectutem ſermo acceſſerit canus & aptus ad iuuandam animam, in religione iuuenilem: quare ad alios inſtituendos aggredi ante,quàm ſatis ipſe inſtitutus ſis,& in dolio(quod dicitur)figulinam addiſcere, hoc

eſt in

eſt in aliorum animabus religionis ſtudium exercere, hominis mihi eſſe videtur planè inſani, vel temerarij; inſani quidem, ſi nec propriam ſentiat inſcitiam; temerarij verò, ſi, quamuis ſe ipſe noſcat, tamen audeat prouinciam capeſſere.
92 Hebræorum quidẽ ſapientes perhibent, [72] fuiſſe quandam olim apud Hebræos legem, rectè imprimis conſtitutam & probatam, ne quælibet ætas ad quamlibet ſcripturam admitteretur (neq; enim id prorſus conducere, quippe cum nec omnis ſtatim ab omni percipi poſſit, plurimúmque ſoleat pleriſque obeſſe ea parte, qua appareat, profundior ſcriptura) ſed alia quidem ſcripta ab initio omnibus permitterentur, & communia eſſent, quorum videlicet pars etiam corporea non ignobilis ſit; alia verò iis tantum crederētur, qui annum iam quintum & vigeſimum compleuiſſent, quæcunque viliore quodam inuolucro myſticam obtegunt pulchritudinem, ſtudij, laboris, ac ſplendidæ vitæ præmium, his ſolis, qui mentė ſunt purgata, fulgentem atque elucentem, quippe quòd ſola hæc ætas poteſt vltra corpus progredi, & à littera ad ſpiritum rectè aſcendere. Nobis autem nullus poſitus eſt terminus docendi ac diſcendi, quemadmodum lapides illi olim his, quæ vltra Iordanem, & his, quæ intra Iordanem erant, tribubus; neque his quidem hoc, his verò illud committendum ducimus, nec vllam habemus regulam, qua habitus diſcernamus, ſed res adeo prolapſa & confuſa eſt, adeóque malè ſumus affecti, vt complures
93 noſtrum, ne dicam omnes, [73] prius fere, quàm-

primum

primum capillum depoſuerimus, ac deſiuerimus puerilia balbutire, prius, quàm ad diuina acceſſerimus atria, prius, quã ſacrorũ librorũ vel ipſa nomina perceperimus, prius, quã noui, ac veteris teſtaméti characteré nouerimus, [94] & patro- 94
nos: non dum enim dico priuſquam fœdiſſimũ cœnum, & animæ, quas vitium nobis inuſſit, labes eluerimus, ſi duo modò aut tria pia verba arripuerimus, eáque ex auditu, [95] non ex lectio- 95
ne, vel cum Dauid paululum verſati fuerimus, vel palliolo bellè nos circumdederimus, vel fuerimus vſq; ad zonam philoſophati, ſpeciem quandam aſſimulatæ pietatis nobis ipſis appingentes (proh dignitatis præſtantia atque animi elatio, [96] ſacer iam inde ab incunabulis Samüel) 96
ſtatim exiſtimus ſapientes, & magiſtri, & excelſi in rebus diuinis, atque inter ſcribas ac legum peritos primas appetimus, & noſmetipſos cæleſtes facimus, & [97] quærimus vocari ab hominibus 97
Rabbi. nec vſquam eſt littera, & omnia oportet intelligere ſpiritualiter, & meræ nugæ inſomnia, ac niſi maximis laudibus extollamur, iniquo planè animo ferimus; atque id quicunque noſtrum ſunt humaniores ac ſimpliciores. Quid verò hi, qui magis ſunt ſpirituales, & generoſiores? iſti certè multis in rebus nos damnantes, ſi ita lubuerit, & exagitantes, nec vllo loco numerantes, receſſerunt, ipſa etiam ſocietate noſtra & communicatione tãquam impiorum hominum repudiata. Quòd ſi quem ipſorum ſic placidè quodãmodo, & ratiocinando vrgentes interrogemus, dic mihi, [98] vir admirabilis, putáſne eſſe 98
aliquid

aliquid ſaltare ac tibiis canere? prorſus reſponderint. Quid verò ſapientiam & ſapientem eſſe, id quod diuinarum, humanarúmque rerum ſcientiam ponimus? hoc etiam concesſerint. vtrū autem cenſes, ſapientia iſthæc, an iſtis ſapientiam longè meliorem, præſtantiorémque eſſe? non dubito, quin omnibus rebus dicant præſtabiliorem eſſe ſapientiam. atque hactenus æquos ſe præbent. num igitur ſaltandi quidem & tibiis canendi ars eſt ac diſciplina, multúmque in eo temporis conſumendum eſt, crebri ſudores ac labores ſuſcipiendi, mercedes interdum pendē-

99 dæ, [99] rogandi perductores, longiora conficienda itinera, & alia denique omnia tum facienda, tum patienda, quibuſcunque comparatur experientia; ſapientiam verò, quæ omnibus præeſt, quæque omnia in ſe bona comprehenſa habet,

100 ita [100] vt ipſe etiam Deus ex multis, quibus appellari ſolet, hoc maximè nomine lætetur, rem eſſe adeo vilem, tritámque exiſtimabimus, vt ſola voluntas ſatis ſit ad id, vt ſis ſapiens? magnæ hoc eſt inſcitiæ. Hæc nos eis vel alius quiſpiam ex doctioribus & intelligentioribus ſi dicat, ac ſenſim conetur errorem expurgare, id ipſum eſt

101 [101] ſupra petras ſeminare, & loqui in aures non audientium. adeo ne in eo quidem ſunt ſapientes, vt ſuam agnoſcant inſipientiam. vt mihi videatur aptè in eos cadere illud Salomonis di- Eccl. 6.

102 ctum, [102] eſt malum, quod vidi ſub ſole, virum, Prou. 26.
qui ſe ſapientem eſſe putat, &, quod peius etiam eſt, aliorum inſtituēdorum munus commiſſum eſſe ei, qui nec propriam ſentit inſcitiam. quod

quidem incommodum tam lugẽdum ac deplo-
randum eſt, quàm quod maximè. quod & ego
ſæpe ſum miſeratus, nõ ignorans, [103] opinionem 103
propriæ ſapientiæ de ipſa ſapientia plurimum
detrahere, & inanem gloriam magnum afferre
hominibus impedimentum ad virtutem. huic
verò morbo mederi, atque eum comprimere,
Petri cuiuſpiam fuerit, aut Pauli, magnorum
Chriſti diſcipulorum, qui quidem vnà cum
adminiſtratione, tum in verbis, tum in operibus,
acceperunt donum gratiæ, atque [104] omnibus o- 104
mnia facti ſunt, vt omnes lucrifacerent. nobis
autem aliis magnũ fuerit, ſi rectè gubernemur,
& regamur ab his, quibus, iſthæc vt corrigant, ac
dirigant, negocium datum eſt. Sed quoniam
Pauli, & eius conſimilium mentionem fecimus,
dimiſſis, ſi ita videtur, ceteris, quicunque vel le-
gibus ferendis, vel exercitibus ducẽdis, vel Pro-
phetam agendo, vel aliquo alio huiuſcemodi
munere fungendo populo præfuerunt, vt Mo-
ſes, Aaron ille, Ieſus, Helias, Eliſſæus, Iudices,
Samuel, Dauid, Prophetarum multitudo, Ioan-
nes, duodecim Diſcipuli, & reliqui hos ſubſe-
quuti, qui quidem multis ſudoribus ac labori-
bus, ſuo quiſque tempore, commiſſum ſibi mu-
nus peregerunt. his inquam omnibus præter-
miſſis, Paulum ſolum noſtri ſermonis teſtẽ pro-
ducamus, & in eo conſideremus, quanta & qua-
lis ſit animarum curandarũ prouincia, num me-
diocre ſtudium, paruámque requirat intelligen-
tiam. vt autem facillimè id cognoſcere, penitúſ-
que perſpicere poſſimus, quid de Paulo Paulus
ipſe

105 ipſe dicat,audiamus. [105] Mitto labores,vigilias,ti-
mores, magnam famis, ſitis, frigoris, nuditatis
patientiam,exterius inſidiantium, atque interius
obſiſtentium pugnas. prætereo perſequutiones,
concilium, carceres, vincula, accuſatores, tri-
bunalia, mortes ſingulis diebus atque horis pa-
ratas, ſportam, lapidationes, verbera, itinerum
peragrationem, pericula, terra,marique ſubita,
profundum maris, naufragia, pericula fluminũ,
pericula latronum, pericula ex genere, pericula
in falſis fratribus, victum ſuis manibus acqui-
ſitum, gratuitum Euangelium. taceo quod ſpe-
ctaculum erat & angelis, & hominibus,medius
inter Deum & homines cõſtitutus, pro his qui-
dem decertans, illi verò populum adiungens &
106 concilians, [106] populum peculiarem. præter iſta,
quæ extrinſecus ſunt, quis nam dignè perſequa-
107 tur quotidianam [107] procurationem,ſingulorum
curam,ſolicitudinem omnium eccleſiarum, cõ-
miſerationem,& paternam erga omnes caritatẽ?
offendebat quis quidpiam,& Paulus infirmaba-
108 tur, [108] ſcandalizabatur alius, & Paulus vreba-
tur. Adde ſummam in docendo aſſiduitatem,
varias curandi rationes, humanitatem ac rurſus
ſeueritatem & miſtionem, temperationémque
ex vtriſque,ne eſſet aut lenitate mollior,aut acer-
bitate durior. præcipit ſeruis & dominis;princi- *Ephe. 5 et 6.*
pibus & ſubditis; viris, & mulieribus; parenti-
bus, & filiis; nuptis, & non nuptis;temperanti-
bus, atque intemperantibus; ſapientibus,& inſi-
pientibus;circumciſis, & non circumciſis; Chri-
ſto, & mundo;carni,& ſpiritui. pro his gratias a-

Philip.4. agit,illos perſtringit; hos gaudium & coronam
Gal.3. appellat,illos arguit inſipientiæ; his quidem,re-
ctam viam tenentibus,comitem ſe,atque impul-
ſorem præbet, illos verò peruersè ambulantes
reuocat ac reprimit; nunc [109] ſeparat, nunc cari- 109
tatem confirmat;nunc dolet, nunc lætatur; nunc
1.Cor.3. lac potum dat,nunc myſteria attingit; nunc cum
aliis vnà ſe demittit, nunc alios ſecum extollit;
nunc virgam minatur,nunc profert ſpiritũ man-
1.Cor.4. ſuetudinis; nunc cum elatis effertur, nunc cum
humilibus humiliatur; modò Apoſtolorum mi-
1.Cor.4. nimus eſt,modò experimentum pollicetur eius,
2.Tim.4. qui in ipſo loquitur Chriſtus; modò ex hac vita
migrare exoptat,& delibatur; modò permanere
in carne magis propter ipſos approbat eſſe neceſ-
ſarium: neque enim ſuum commodum quærit,
ſed rationibus cõſulit filiorum, quos in Chriſto
per Euangelium genuit. is nimirum eſt finis o-
mnis ſpiritualis adminiſtrationis, quibuſcunque
in rebus propriam vtilitatem præ ceterorum cõ-
modis deſpicere. in infirmitatibus ac tribulatio-
nibus gloriatur. Ieſu [110] mortificatione, tanquã 110
pulchro quodam ornamento, pulchrè oblecta-
tur. ſublimis eſt iis, quæ ad carnem pertinent,&
his,quæ ſunt ſpiritus, exultat; non eſt imperitus
ſcientia, & videre ſe dicit per ſpeculum & in æ-
nigmate; confidit ſpiritu,& caſtigat corpus,tan-
quam aduerſarium domans ac ſubigens. Quid
verò his gerendis nos docet atque inſtruit?nem-
pe vt inferioribus hiſce rebus ne efferamur, ne
inflemur ſcientia, ne carnem incitemus contra
ſpiritum, pro omnibus pugnat, pro omnibus
orat,

orat,æmulatur omnes,vritur pro omnibus, tum
qui extra legẽ tum qui ſub lege,prędicator gen-
tium, Iudæorum patronus. Iam verò etiam ma-
ius quoddam pro fratribus ſuis ſecundum car- Rom. 9.
nem auſus eſt, vt & ego aliquid audeam , hunc
in modum eius animi ſenſum explicans , optat
eos pro eximia ipſius caritate ſuũ in locum ſuf-
fectos Chriſto exhiberi. ò incredibilem animi
magnitudinem , ò vehementem ſpiritus feruo-
rem, Chriſtum imitatur,qui factus eſt pro nobis Gal. 3.
maledictum,qui languores noſtros tulit, & do-
lores noſtros portauit: vel (vt moderatius dicã)
111 pati aliquid pro illis vel vt impius [111] primus poſt
Chriſtum non grauatur, modò vt ipſi ſalui ſint.
Sed quid ſingula enumerem? cùm enim non ſi-
bi ipſi viuat,ſed Chriſto,& prædicationi,& mũ- Gal. 6.
dum ſibi crucifixerit, ſitque ipſe mundo, & his,
quæ videntur, crucifixus, omnia exiſtimat eſſe
112 parua,ſuóque deſiderio minora, quamuis [112] ab
Hieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricum re-
pleuerit Euangelium,quamuis vſque ad tertium
cælum raptus fuerit,quamuis Paradiſi ſpectator
ſit conſtitutus,& arcanorum verborum,quæ nõ
licet nobis loqui,auditor. Hæc quidem Paulus,
& ſiquis alius ſpiritu ei conſimilis extitit;nos au-
113 tem vereor ne ſimus præ iſtis [113] ſtulti quidam
Principes Ianeos, aut exactores expilantes, aut Eſa. 3.
populum falsò beatificantes,addo etiam beatifi- Eſa. 1.
cati, & viam greſſuum noſtrorum turbantes,aut
illuſores dominantes, aut adoleſcentuli antiſti- Eſa. 28.
tes,prudẽtiáque minimè perfecti, ne panis qui-
dem & veſtimenti tantum habentes, quantum Eſa. 3.

ſatis ſit ad aliquos ducendos, aut Prophetæ do-
centes ea, quæ ſunt legibus contraria, aut princi-
Eſa.8. pes infideles, & digni, qui propter famis duritiẽ
malè audiamus vnà cum patriis inſtitutis, aut ſa-
Eſa. 40. cerdotes procul ab eo remoti, vt loquamur ad
cor Hieruſalem. Hæc ſanè omnia Eſaias, Sera-
phim & carbone expurgatus, rectè exprobrat,
atque teſtatur. Cum igitur opus ſit tam arduum,
támque laborioſum [114] cordi intelligenti & an- 114
xio, & verè tinea oſſium ei, qui ſana mente ſit,
paruúmne erit periculum, aut caſus nullius mo-
menti? mihi certè magnum incutit metum hinc
Oſee 5. quidem beatus Ozee, ad nos iudicium pertine-
re dicens ſacerdotes atque principes, [115] quia la- 115
queus facti ſumus in ſpecula, & ſicut rete exten-
ſum ſuper Itabyrium, quod ſcilicet ab his defixũ
Oſee 6. eſt, qui humanas venantur animas, ac minitans
Oſee 7. fore, vt malos Prophetas ſuccidat, & iudices ip-
ſorum igne conſumat, deſinátque pauliſper Re-
Oſee 8. gem vngere & Principes, quòd [116] ſibi ipſis re- 116
gnauerunt, & non per eum; hinc verò diuinus
Mich.3. Micheas, non ferens ædificari Sion in ſanguini-
bus, [117] vtriſuis, & Hieruſalem in iniquitatibus, 117
cùm principes eius in muneribus iudicarent, &
ſacerdotes mercede reſponderent, & Prophetæ
in pecunia diuinarent. pro quibus quid futurũ
dicit? Sion quaſi agrum aratũ iri, & Hieruſalem,
[118] vt pomorum cuſtodiam futuram, & montem 118
domus in lucum ſaltus numeratum iri, itémque
lugens magnam eorum, qui recta faciant, penu-
Mich.7. riam, vt vix vſquam ſtipula ſuperſit, vel racemus,
quãdoquidem & princeps petit, & iudex loqui-
tur ad

tur ad voluntatem, atque eadem fere proferens, *Pſal.11.*
quæ magnus Dauid, dum dicit, Saluum me fac,
Domine, quoniam defecit Sanctus. quo factum *Mich.7.*
iri ſubiicit, vt bona itidem eos deficiant, tanquã
à tinea conſumpta. Iam verò Ioel ad lamẽtatio- *Ioel 1. & 2.*
nem quoque nos hortatur, ac deplorare iubet
miniſtros altaris, fame vrgente, tantum abeſt, vt
permittat delitiis eos indulgere in alienis malis,
119 nec ſolum ſanctificare ieiunium, & [119] prædicare
curationem, præcipit, verum etiam ſenes, paruu-
los, miſerabiles ætates, congregare, atque adeo
ipſos templũ ingreſſos in cinere & ſaccis, ac de-
miſsè admodum humi proſtratos, quoniam de-
ſolati erant campi frugum inopia, ablatáque erat
de domo Domini libatio & ſacrificium, humili-
tate miſericordiam captare. Quid Abacuc? iſte
verò acrioribus etiam vtitur verbis; & cum ipſo
Deo ſtomachatur quodammodo, ac propemo-
dũ inuehitur in benignum Dominum propter
iudicum iniquitatem. vſque quò, Domine, cla- *Abac.1.*
120 mabo, inquiens, & non exaudies? [120] vocifera-
bor ad te vim patiens, & non ſaluabis? quare
oſtendiſti mihi dolores & labores, videre miſe-
121 riam & impietatem. [121] coram me factum eſt iu-
dicium & iudex accipit. propterea lacerata eſt
lex, & non peruenit ad finem iudicium. Deinde
comminatio, & quæ ob iſthæc inferuntur. vide-
te contemptores, & reſpicite, & admiramini mi-
rabilia, & diſperdimini, quia opus ego operor.
& quid opus eſt omnia perſequi, quæ ſunt com-
122 minationis? [122] Sed paulò poſt (id enim videtur
mihi melius eſſe, his, quæ dicta ſunt, addere) cùm

multos reuocaſſet ac deploraſſet eorum, qui aliqua in re iniqui atque improbi eſſent, demum ipſos quoque nequitię duces & magiſtros reuo-
Abac.2. cat, ſubuerſionem quidem [123] turbidam vitium 123
appellans, & mentis ebrietatem atque errorem, propinari autem dicens ab eis iſthæc proximis, vt aſpiciant tenebras eorum, animæ videlicet, ac ſerpentium, beſtiarúmque ſpeluncas, prauarum ſcilicet cogitationum, domicilia. Iſti ſanè tales ſeſe præbent, ac talibus rationibus atque inſtitutionibus nobiſcum agũt. Malachiam verò quomodo non debemus diligenter attendere, nunc
Malach.1. quidem ſacerdotes aſperè increpantẽ atque obiurgantem, tanquam eos, qui nomen Domini deſpiciant, in eo ſcilicet (vt adiungit) quòd offe-
rant ad altare panes pollutos, [125] cibos non ex 125
primitiis, quæq́ue ne vlli quidem ex ſuis ducibus offerrent, vel certè ignominia afficerentur, ſi obtuliſſent, ea offerant omnium rerum Domino vota vouentes, clauda nimirum, languida, debilia, profana prorſus ac reſpuenda; nunc verò leuitas diuini pacti commonefacientem. hoc autem erat vitæ & pacis, ac timore timere dominũ, & à facie nominis eius formidare, lex, inquit, veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nõ eſt inuenta
in labiis eius, [126] in pace dirigens ambulauit me- 126
cum, & multos cõuertit ab iniquitate, quoniam labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. atque cauſam addit ſanè quàm honorificam, ſimul & formidabilẽ, quia Angelus Domini omnipotentis eſt. ac deuito quidem earum, quæ ob hæc inferuntur execra-

tionum

127 tionum maledictionem, [127] timeo autem veritatem. Sed quod moderatum ſimul & vtile eſt, apponam, num adhuc dignum, ait, reſpicere ſacrificium veſtrum, aut ſuſcipere acceptabile de manibus veſtris? tanquam maximè ſuccenſens, atque eorum ſacrificium propter iniquitaté reiiciens. Nam Zachariæ quoties mihi in mentem Zach. 5.
venit, perhorreſco falcem æquè atque ea, quæ ipſe contra ſacerdotes teſtatur, & quæ quidem Zach. 3.
128 de [128] Ieſu illo eximio, ſacerdote magno ſignificat, qué cùm induiſſet oratione ſua ſordida veſte
129 & indecora, ſacerdotali & ſplendida [129] veſtit, quæque angelum fecit ad Ieſum dicenté & conteſtanté, hæc ad maiora & altiora fortaſſe, quàm quæ pleriſque ſacerdotibus conueniant pertinétia, ſilentio veneremur, niſi quòd etiam ab ipſius dextris diabolus ſtabat, vt aduerſaretur ei, res mea quidem ſententia nõ mediocris, nec paruo timore & cautione digna: quæ verò reliquis ſacerdotibus obiicit ſtudioſè atq; exprobrat, quis adeò ſit audax & animo adamantinus, quin tremat audiés, & ipſe ſe ipſo fiat moderatior? Vox, Zach. 11.
inquit, lugentium Paſtorum, quoniam miſera facta eſt magnificentia eorum, vox rugientium leonum, quoniam hæc paſſi ſunt. lamentationes propemodum iam præſentes audit, & cum his, qui vexantur, vnà lamentatur. atque etiam paulo pòſt aſperius ac vehementius, paſcite, ait, oues occiſionis, quas qui poſſederunt, interficiebant, & non agebant pœnitentiam, & qui vendebant eas, dicebãt, benedictus Dominus, & diuites facti ſumus, & paſtores earum nihil patiebantur

D 5 ſuper

ſuper eis. Ideo non parcam vltrà ſuper habitato-
Zach. 13. res terrę, dicit Dominus omnipotens. Ac rurſus,
framea conſurge ſuper paſtores, & percutite pa-
ſtores, & diſpergite oues. & inducam manum
meam ſuper paſtores, atque excitatus eſt furor
meus aduerſus paſtores, & agnos inſpiciam, ad-
dens iam comminationi & populi præſides. ita
ſtudiosè incumbit ad inſtitutam orationem, itá-
que difficulter poteſt à minis iactandis auelli, vt
verear, ne & ipſe inuiſus, odioſúſque ſim, ſi ve-
lim omnia ordine enarrare. Sed ita quidem Za-
Daniel. 13. charias. Vt autem ſenes illos, de quibus in Da-
niele fit mentio, prætereamus, nam & illud ſi-
mul prætcrierimus, quod de eis à Domino rectè
dictum ac denunciatum eſt, quia egreſſa eſt ini-
quitas de Babylone à ſenibus iudicibus, qui vi-
debantur regere populum, quonam modo fere-
mus Ezechielem magnorum ſpectatorem atq;
interpretem myſteriorum & iuſſionum? quo-
modo, inquam, feremus tum ea, quæ ſpeculato-
Ezech. 33. ribus præcipit, ne taceant iniquitatem & ſuper
hanc venientem gladium, quòd ſcilicet neque
ipſis id conducat, neque delinquentibus; proſpi-
cere autem ac denunciare vtriſque vtile futurum
ſit, ſi iſti quidem dixerint, hi verò audierint, aut
certè denunciantibus omnino; tum aliam incur-
ſionem, quā facit in paſtores, nunc quidē his ver
Ezech. 7. bis, vę ſuper væ erit, & nūcius ſuper nuncium, &
requiretur viſio de Propheta, & lex peribit à ſa-
cerdote, & conſiliū à ſenioribus; nunc autē hiſce
Ezech. 22. rurſus, fili hominis, dic ei, tu es terra nō madefa-
cta, neq; imber cecidit ſuper te in die furoris, cui⁹
princi-

principes in medio ipſius , ſicut leones rugien-
130 tes, [130] rapientes rapinas , animas deuorantes in poteſtate; & paulo pòſt,ſacerdotes eius contemnebant legem meam , & polluebant ſanctuaria mea , polluta & ſancta(inquit)non diſcernebāt, ſed omnia erant eis vnum , & à ſabbatis meis auertebāt oculos ſuos,& coinquinabar in medio eorum,minitans,ſe & parietem conſumpturum, *Ezech.* 13. & illos , qui eum liniunt , hoc eſt, peccatores & palliatores,quod eſſe ait malorum principum ac ſacerdotum, & obliquantium domum Iſraël ſecundum corda ipſorum abalienata in concupiſcentiis ſuis . Mitto dicere quæcunque de his pronunciat , qui ſemetipſos paſcunt , lac comedunt, lanis operiuntur , pinguiſſima quæque *Ezech.* 34. occidunt,oues autem minimè paſcunt,non confirmant infirma,confracta non alligant , non reducunt errantia,non exquirunt perdita, nec fortia conſeruant , ſed nimio labore conficiunt , ac dedita opera deſtruunt; ita vt diſperſæ ſint oues per omnes campos & montes, paſtoribus deſtitutæ, & prædæ loco atq; eſcæ expoſitæ ſint cunctis volucribus ac beſtiis , cùm nemo ſit,qui requirat & reducat. Deinde, quid? Viuo ego,dicit Dominus, pro eo quòd hæc ita ſe habent, & factæ ſunt oues meæ in rapinam , ecce ego ſuper paſtores , & requiram oues meas de manibus eorum, & has quidem congregabo, & aſciſcam mihi,illi vero hæc atq; hæc patientur,quæ nimirum par eſt malos paſtores perpeti . Sed ne omnia omnium enumerans , atque omnes prophetas proferens , longius proueham orationem, ſi

vnius

vnius adhuc mentionem fecero, eius, qui ante, quàm formaretur, cognitus, & ex vtero ſanctificatus eſt, Hieremiam dico, reliquos prætermittā. poſtulat igitur iſte ſuper caput aquam, & oculis fontem lachrymarum, vt poſſit Hieruſalem pro dignitate deplorare. deplorat autem nihilominus præſidum quoque improbitatem. dicit ſanè ei, ſacerdotibus crimina intendens Dominus, ſacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus, & qui ſibi vendicant legem meam, neſcierunt me, & paſtores impiè egerunt in me. dicit rurſus ipſe, Paſtores ſtultè egerunt, & Dominum non quæſierunt, ac propterea grex vniuerſus non intellexit, & diſperſi ſunt. Itaque paſtores, inquit, multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, quam, cùm eſſet deſiderabilis, traditam eſſe ait in ſolitudinem inacceſſibilem. Deinde in ipſos rurſus inuehitur paſtores, ò paſtores, qui perditis & diſpergitis oues gregis mei. Ideo hæc dicit Dominus ad eos, qui paſcunt populum meū, vos diſperſiſtis oues meas, & eieciſtis eas, & non inſpexiſtis eas. Ecce ego animaduerto in vos pro malis ſtudiis veſtris. vúltque vlulare paſtores, & lugere arietes ouiū, propterea quòd completi ſunt dies eorum ad occiſionem. Sed quid vetera commemorem? Quis tandem eſt, qui, ſi Pauli regulis & definitionibus ſe ipſum metiatur, quas de Epiſcopis atque Presbyteris ſtatuit, vt ſcilicet ſobrij ſint, pudici, non vinolenti, non percuſſores, doctores, irreprehenſibiles omnibus in rebus, & [131] intacti à malis, non inueniat multum ſe abeſſe 131

ab iſto-

Hier.9. Hier.10. Hier.12. 1.Tim.3. Tit.1.

ab iſtorum canonum rectitudine? Quid verò ea, quæ Ieſus diſcipulis præcipit ſuis, dum eos ad prædicandum mittit? quorum quidem ſumma (ne ſingula enumerem) hæc eſt, vt tales ſint vir-
132 tute, [132] itaque expediti ac moderati, atque adeo, vt breui comprehendam, cæleſtes, vt non minus
133 per ipſorum vitã ac mores, quàm [133] per ſermonem currat Euangelium. Me verò terrent etiam Phariſæi conuitio iactati, & Scribæ criminibus conuicti, quibuſcum oporteat nos virtute longè
134 præſtare, [134] quemadmodum iuſſi ſumus, ſiquidem ad cælorum regnum aſpiramus, turpiſſimũ eſt, ob improbitatem vel deteriores videri. ita vt meritò illa audire poſſimus, Serpentes, genimina viperarum, duces cęci, culicem excolantes, & camelum glutientes, ſepulchra intus ſordida, decora extrinſecus, paropſides ea tãtum parte, qua apparent, puræ, atq; alia, quæcunque illi & ſunt, & audiunt. In his ego cogitationibus noctes ac dies defixus ſum, hæc medullam liquefaciunt meam, & carnes exedunt, nec ſinunt fidenti animo eſſe, neque erecta facie incedere. hæc animũ meum deprimunt, mentem contrahunt, & linguæ vinculum iniiciunt, faciúntque vt non de principatu, nec de corrigendis, dirigendíſque aliis cogitem, quod quidem eius eſt, cui abunde omnia ſuppetant, ſed quanam ipſe ratione poſſim veniẽtem iram effugere, méque ipſum à rubigine vitij paululum expolire; expurgari nimirum oportet primum, deinde expurgare, ſapientia erudiri, atque ita ſapientiam docere, lumen fieri, mox illuminare; Deo appropinquare, poſtea ad-

Mat. 23.

ſtea adducere alios;ſanctificari,tum demum ſan-
ctificare,deducere manibus , conſulere pruden-
tia. Quando igitur hæc erunt, inquiunt hi, qui
ſunt omnibus in rebus præproperi, & parũ cau-
ti,qui facile ædificant, ac deſtruunt ? & [135] quan- 135
do lucerna ſuper candelabrum ? & vbi talẽtum?
ſic enim appellant chariſma . hæc dictitant hi,
qui feruentiores ſunt amicitia, quàm religione.
quando iſta,& quod meum eſt conſilium, [136] vi- 136
ri generoſi?nullum longum eſt huic rei præfini-
tum tempus, ne ſenectus quidem extrema : me-
lior enim eſt canicies cum prudentia imperita iu-
uentute , & meditata tarditas celeritate inconſi-
derata , & breue regnum diuturna tyrannide,
quemadmodum pretioſæ cuiuſpiam rei pars,
quamuis exigua, multis opibus vilibus, atq; fal-
lacibus multò eſt præſtabilior , itémque modi-
cum auri multis plumbi talẽtis , & lux pertenuis
multis tenebris. Iſta verò feſtinatio fallax,& ſtu-
diosè nimis comparata, [138] timeo, ne ſimilis ſit 138
ſemini illi,quod, cùm cecidiſſet ſupra petras,ac,
propterea quòd non haberet altitudinem terræ,
ſtatim ſeſe extuliſſet, ne primum quidem pertu-
lit ſolis ardorem; vel fundamento ſuper arenam
Eccl.10. poſito , quod nec paulum potuit imbri atque
ventis obſiſtere. Væ tibi ciuitas,cuius rex iunior
eſt,inquit Salomon, &, [139] ne ſis velox in verbis, 139
eiuſdem Salomonis vox eſt , de celeritate in lo-
quendo prolata , quod minoris eſt prorſus mo-
menti , quàm ſit properatio in agendo . Et quis
tandem, his neglectis,celeritatem ſecuritati atq;
vtilitati præferat?quis nam formet,quemadmo-
dum

140 dum [140] luteas ſtatuas, vno & eodem die hominem,qui veritati tuendæ præſit, qui cum Angelis aſſiſtat,cum Archangelis glorificet, & ad ſupernum altare perferat hoſtias,vnà cum Chriſto ſacerdotem agat,figmentum refingat,imaginem exhibeat, ſuperiori mundo operam ſuam præſtet,&, vt maius quid dicam,Deus exiſtat,atque deificet? noui cuius ſimus miniſtri, & vbi collocati, & quò deducamus. noui Dei altitudinem,
141 atque [141] humanam infirmitatem, ac rurſus vir-
142 tutem. [142] cælum quidem altũ, terra autem profunda, & quis aſcendet eorum, qui peccato depreſſi ſunt atq; deiecti? quis inferiore adhuc caligine tectus, & carnis cõcretione obductus, tota mente ſua poterit mentem illam totam purè contemplari, & mutabilibus ac viſibilibus hiſce rebus inuolutus, immutabilibus inuiſibilibúſq; commiſceri?vix enim poſſit hîc quiſpiam vel eorum,qui admodum ſunt purgati, ſimulachrum modò ſummæ illius pulchritudinis intueri, quẽ-
143 admodum hi, qui ſolẽ in aquis intuẽtur. [143] quis menſus eſt manu aquam & cælum palmo, & omnem terram pugillo? quis ſtatuit montes pondere, & rupes ſtatera?quis locus requietionis eius? & cui ex omnibus aſſimilabitur? quis eſt, qui fecit omnia in verbo, & ſapientia ſua conſtituit hominem, & in vnum conduxit diſtantia,& puluerem ſpiritui miſcuit, animal compoſuit viſibile & inuiſibile, mortale & immortale, terreſtre & cæleſte, Deum attingens & non comprehendens, appropinquans & recedens. Dixi ſapiens efficiar,ait Solomon,& ipſa longius receſ- *Eccl.7.*
ſit à me

ſit à me multò magis, quàm erat, ſapientiam videlicet dicens. & verè qui addit ſcientiam, addit
Eccl. 1. dolorem, [144] cùm nihilo magis delectet id, quod 144
fuerimus aſſequuti, quàm cruciet id, quod nos effugerit. quod ſolet, opinor, iis accidere, qui adhuc ſitientes, auelluntur ab aqua, vel qui tenere aliquid non poſſunt, cùm habere ſe putent, vel quos fulgor, qui circumfulſerat, ſtatim deſerit. Hæc me deprimebant, & abiectum reddebant,
perſuadebantque, melius eſſe, [145] audire vocem 145
laudis, quàm eſſe interpretem eorum, quæ ſunt
ſupra vires, [146] maieſtas, altitudo, dignitas, & pu- 146
ræ illæ, ſinceræque naturæ, vix capientes Dei ſplendorem, quem velat abyſſus, cuius tenebræ latibulum, cùm lux ſit puriſſima & inacceſſibilis
pleriſque, [147] qui & in vniuerſo hoc eſt, & extra 147
vniuerſum, [148] qui bonum eſt vniuerſum, & ſu- 148
pra omne bonum, qui mentem illuminat, & ipſius mentis celeritatem, ſublimitatémq; effugit. tantum ſemper recedens, quantum percipitur, atque ſui amantes ad ſuperna attrahens fugien-
do, & [149] quaſi apprehenſus, ſeſe ſurripiẽdo. tan- 149
tum igitur ac tale eſt id, quod concupiſcimus, atque omni ſtudio quęrimus; talémque eſſe oportet eum, qui animarum quaſi ſponſæ conciliator futurus ſit ac pronubus. mihi verò timor iniicitur, ne etiam extra ſponſi thalamum proiiciar ligatus manibus ac pedibus, vtpote qui non ſim veſtitus veſte nuptiali, ſed temere me ipſe cum illìc diſcumbentibus intruſerim. quanquam aduocatus quidem ſum à iuuentute, vt aliquid eo-
rum dicam, quæ ignota ſunt multitudini, & [151] in 151
cum

eum proiectus ſum ex vtero, ac deditus, dedica-
túſque ſum ex materna promiſſione, & deinde
periculis confirmatus, ſimúlque deſiderium
creuit, & ratio concurrit, atque omnia tradi-
152 di, detulíque ei, [152] qui me ſortitus eſt, at-
que ſeruauit, rem, claritatem, bonam corporis
habitudinem, litteras ipſas, ex quibus id tantum
cepi fructus, quòd eas deſpexi, & habui, quibus
153 Chriſtum præferrem. & [153] dulcia facta ſunt mi-
hi Dei eloquia, quaſi fauus mellis, & prudentiã
aduocaui, & ſapientiæ dedi vocem meam; itémque
que alia, quæ ſunt huius generis, vt animos cõ-
154 primere, [154] linguam frenare, oculum tempera-
re, ventrem domare, gloriam conculcare cadu-
155 cam. vt [155] minus ſapiens dico, ſed tamen dice-
tur, his quidem in rebus pleriſque fortaſſe non
ſum factus deterior. iſtud autem ſtudij genus, a-
nimarum videlicet curationẽ, gubernationémq;
ſuſcipere, &, cum nec dum paſci rectè ipſi didi-
cerimus, neque ſatis dignè ſimus animo expur-
gati, gregi tamen paſcendo præfici, præſtantius
156 eſt, quàm vt nos illud conſequi poſſimus, [156] id-
que temporibus hiſce, quibus ſatis habeas, ſi vi-
dens alios ſurſum deorſum agitari atque turba-
ri, poſſis fuga fugiendo è medio, ſub tegmen te
recipiens, maligni tempeſtatem ac tenebricoſam
procellam vitare, cum pugnant inter ſe membra,
& charitatis ſi quid erat reſiduum, euaneſcit. no-
157 men porrò caſſum & inane ſacerdos, effuſa, [157] vt
dictum eſt, ſuper principes contemptione. atque
158 vtinam inane eſſet. nunc verò [158] vertatur in
impiorum capita blaſphemia. timor ſanè omnis

exterminatus eſt ex animis , pro eo introducta
impudentia , [159] volentis autem eſt ſcientia & 159
profunda ſpiritus . omnes planè ſumus pij hoc
vno,quòd alter alterius damnamus impietatem.
vtimur verò iudicibus erga Deũ impiis , & pro-
iicimus ſancta canibus , & mittimus margaritas
ante porcos , [160] profanis auribus ac mentibus 160
diuina promulgantes . atque inimicorum vota
accuratè explemus miſeri , [162] & fornicantes in 162
adinuentionibus noſtris , non erubeſcimus .
[163] Moabitæ verò & Ammonitæ , quibus ne ac- 163
cedere quidem ad Eccleſiam Dei licebat,in ſan-
ctiſſima quæque noſtra ſeſe immittunt . & verò
[164] aperuimus omnibus non portas iuſtitiæ , ſed 164
fores contumeliæ , ac mutuæ inter nos audaciæ.
atque is optimus à nobis habetur , non qui ne
verbum quidem ocioſum proferat Dei timore,
ſed qui proximum quàmplurimis vexet maledi-
ctis ſiue apertè , ſiue in ænigmatibus , & [165] ſub 165
lingua eius laborem verſans & dolorem,aut ve-
nenum aſpidum,vt magis propriè dicam. obſer-
uamus autem alter alterius peccata , non vt de-
ploremus, ſed vt exprobremus , neque vt ſane-
mus,ſed vt exulceremus,& excuſationem habe-
mus noſtrorum malorum proximorum vulne-
ra. improbos verò & probos non mores ac vitæ
ratio , ſed diſſenſio & conſenſio opinionum di-
ſtinguit ac format, & quæ hodie laudamus, cras
vituperamus,quæque apud alios infamia notan-
tur,apud nos admirationem efficiunt, nec quic-
quam eſt,quod non facillimè permittatur impiè
agentibus,adeò ſumus in improbitate magnani-
mi. om-

166 mi. omnia denique ita ſunt comparata, [166] vt erant ab initio, cum nondum conſtiterat mundus, neque ea, quæ nunc extat, pulcherrima rerum diſpoſitio, & conformatio, ſed vniuerſa cōfuſa atque inordinata formatoris manu atque potentia indigebant: vel, ſi mauis, vt hi, qui nocte, & obſcuris lunæ luminibus pugnantes, inimicorum, aut amicorum aſpectus non diſpiciūt, vel vt hi, qui in nauali pugna tempeſtate, ventorum impreſſionibus, feruenti impulſu, vndarum incurſionibus, nauium colliſionibus, remorum concuſſionibus, nautarum vocibus, cadentium gemitibus attoniti ſunt ac deſtituti, & fortitudinis exercendæ tempus nullum habent. heu rem miſeram, irruimus alter in alterum, ac mutuis nos cladibus conſumimus, & non populus quidem ita ſe gerit, ſacerdos autem aliter; ſed nunc verè mihi videtur impleri, quod iampridem dictum eſt in execratione, factus eſt ſacerdos, ſicut Oſee 4.
populus, & non multitudo quidem hoc modo, Hier. 5.
optimates autem populi, quemadmodum eſt dictum, & principes contrario modo; ſed hi ipſi vel apertè ſacerdotes oppugnant, occaſionem nacti ad perſuadendum pietatis ſpeciem. & quicunque quidem pro fide, próque altiſſimis ac præſtantiſſimis quæſtionibus id ſuſtinent laboris, hos nec ego accuſo, quin etiam, vt verum fatear, laudo, & congratulor, velímque & ipſe in eorum eſſe numero, qui pro veritate decertant, & in odia hominum incurrunt. immò verò etiã
167 eſſe gloriabor: [167] bellum enim honeſtum pace, quæ à Deo ſeparet, melius eſt. & idcirco man-

ſuetum hominem ad pugnam armat ſpiritus, vt qui poteſt bellum rectè gerere. nunc autem ſunt nonnulli, qui minutis etiam de rebus, & ad nullam rem vtilibus digladiantur, ac ſocios improbitatis, quoſcunque poſſint, aſſumunt, inſipiēter admodum & arroganter. deinde omnibus in rebus inculcant fidem, & graue hoc nomen priuatis ipſorum contentionibus diſtractum. ex his autem fit, vt, quemadmodum par eſt, ſummo in odio ſimus apud gentes, &, quod peius eſt, negare non poſſumus; meritò id nobis accidere: atq; etiam apud noſtros infamia flagramus, eóſque probiores. nam ſi apud pleroſque, minus mirum, quippe qui vel bona vix probauerint:
[168] fabricant autem ſupra dorſum noſtrum pec- 168
catores. & quæ nos alter in alterum machinamur, his illi contra omnes vtuntur, & [169] facti ſu- 169
mus ſpectaculum commune non angelis, & hominibus, quemadmodum generoſiſſimus ille athletarum Paulus aduerſus principatus ac poteſtates decertans, ſed omnibus prope malis, omníque tempore & loco, in foris, in compotationibus, in gaudiis, in luctibus atque adeò ad ſcenam vſque peruenimus. quod dum dico, lachrymas vix teneo, & cum impuriſſimis hominibus ridemur, nec quicquam profecto ita iucũdum auditu atque ſpectatu accidit, vt Chriſtianus, quem comœdia aliqua perſtringat ac notet.
Hęc nobis parit mutua inter nos diſſenſio, [170] hęc 170
efficiunt hi, qui pro eo, qui ſumma eſt bonitas ac manſuetudo, nimis acriter pugnant, hæc qui Deum amant plus, quàm expedit. Luctari quidem præ-

dem præter inſtituta, aut aliud quodpiam certamen obire, minimè licet. quòd ſi quis fecerit, explodetur profectò, & ignominia notabitur, támque euertet victoriam is, qui extra palæſtricos mores luctatus fuerit, aut alio quopiam certamine vſus minus rectè, ac præter conſtitutas illius certandi generis leges, ſtrenuus quamuis ſit atque omnium peritiſſimus. & pro Chriſto certabit quis non ſecundū Chriſtum, deinde gratiam inibit à pace, pro ea perperam pugnans? Ac dæmones certè contremiſcūt etiam nunc Chriſto inuocato, & ne propter noſtram quidem improbitatem obſoleuit huius nominis virtus. nos autem non erubeſcimus, tam venerandam rem,
171 noménq; dedecorare, qui præſertim eum [171] ipſum propemodum apertè clamantem audiamus quotidie, nomen enim meum blaſphematur per vos inter gentes. externum ego quidem bellum
172 nihil timeo, nec [172] eam, quæ nunc in Eccleſias irrumpit, belluam, & maligni complementum, quamuis ignem, enſes, beſtias, præcipitia, barathra minitetur; quamuis exiſtat omnium, qui vnquam inſanire ac furere viſi ſunt, immaniſſimus; quamuis vſitatis ſuppliciis noua etiam addat crudeliora. vnum habeo ad hæc omnia remedium, vna parata eſt ad victoriā via, in Chriſto gloriabor de morte pro Chriſto oppetita. Meo autem in bello quomodo me geram, non habeo. quod tandem reperiam auxilium, quem
173 ſapientiæ ſermonem, quod chariſma? [173] qua armatura aduerſus maligni inſidias armabor? quis iſtum vincet Moſes extendens manus ſu- Exod. 17.

pra montem, vt crux formata & præſignata vim
Ieſ. 5. haberet? quis Ieſus poſt hunc vnà cum principe
diuinarum acierum inſtructus? quis Dauid vel
Pſal.143. pſallens, vel funda decertans, & à Deo præcin-
ctus virtute ad bellum, ac digitis exercitatus ad
1.Reg.7. prælium? quis Samuel pro populo & orans &
10. & 11. ſacrificans, & vngens in regem eum, qui aptus ſit
ad victoriam conſequendam? quis dignè hæc
Hiere.thr. lamentabitur Hieremias lamentationes ſcribens
pro Iſrael? [174] quis clamabit, parce, Domine, po- 174
pulo tuo, & ne dederis hęreditatem tuam in op-
probrium, vt dominentur eis nationes? quis pro
Ezech. 14. nobis deprecabitur Noë, & Iob, & Daniel, ſi-
mul orantes, & vnà nobiſcum adnumerati, vt
quieſcat aliquantum bellum hoc noſtrum, vt
nos ipſos colligamus, & mutuò aliquãdo agno-
ſcamus, vt [175] non ſimus amplius pro vno Iſraële 175
& Iudas, & Iſraël, nec amplius Roboam & Hie-
roboam, nec Hieruſalem & Samaria, quæ ſepa-
ratim propter peccata traditæ ſunt, ac ſeparatim
deploratæ? ego enim imbecilliorem eſſe me,
quàm vt poſſim bellum iſtud ſuſtinere, planè fa-
teor, ac propterea [176] terga dedi, operiens faciem 176
confuſione, & ſolus ſedere, quoniam amaritu-
dine repletus ſum, ſtudui, & tacere, non ignorãs,
tempus peſſimum eſſe, recalcitraſſe dilectos, fa-
ctos nos eſſe filios deſertores, vitem pulchros
emittentem palmites, vitem veram, totam fru-
ctiferam, ſpecioſam totam, guttis deſuper cadẽ-
tibus pulchrè germinantem; verſum eſſe mihi in
ignominiam diadema ſpeciei meæ, ſignaculum
meæ gloriæ, coronam gloriationis, [177] Quòd ſi 177
quis

quis magno in his animo eſt atq; præſtanti, hunc
ego ſcilicet felicem exiſtimo, ob talẽ animi ma-
178 gnitudinem ac præſtantiam. [178] Nec dum dico
de eo, quod intus, & in nobiſmet ipſis, in animi
ſcilicet affectionibus, inſitum eſt bellum, quo
179 bello noctes atque dies vrgemur à [179] corpore
humilitatis partim occultè, partim manifeſtè, &
ab ea, quæ nos ſurſum deorſum tum per ſenſus,
tum per alia huiuſce vitæ oblectamenta verſat ac
180 torquet circumlatio, [180] à lutóque fecis, in quo
181 ſumus infixi, & [181] à lege peccati repugnante legi
ſpiritus, & conãte regiam, quæ in nobis eſt, ima-
ginem deprauare, & quicquid diuini in nos de-
fluxit, extinguere, ita vt vix poſſit quiſpiam vel
diuturnis doctrinarum ſtudiis inſtitutus, & no-
biliore, clarioréque animæ parte ab ignobiliore,
atque obſcuriore paulatim abſtracta, vel Dei na-
ctus benignitatem, vel etiam vtraque hæc conſe-
quutus, & quàm maximè cæleſtibus rebus con-
182 templandis aſſuetus, [182] deprimentem materiam
ſuperare. prius autem, quàm hanc, quoad eius
fieri poſſit, ſubegeris, ac mentem perfectè expur-
gaueris, extiteriſque aliis Dei propinquitate
multò ſuperior, ſiue animarum curationem ſu-
183 ſcipere, ſiue [183] mediatoris Dei & hominum
functionem (hoc enim fuerit fortaſſe ſacerdos)
minimè ego quidem tutum eſſe arbitror. & vn-
de in iſtum timorem ſum inductus? ne me timi-
dum plus, quàm ſatis eſt, ſuſpicemini, ſed potius
184 conſilij mei rationem valde probetis, [184] audio
equidem de ipſo Moſe, quo tempore ad eum
verba Deus faciebat, quòd, cum plures vocati

 eſſent

Exod. 24. eſſent in montem, in quibus erat Aaron cũ duobus ſuis filiis ſacerdotibus, & ſeptuaginta ſeniores ſenatus, ceteri quidem adorare procul iuſſi ſunt, appropinquare autem ſolus Moſes, nec populo, vt cum eo aſcenderet, permiſſum eſt, quippe quòd non cuiuſuis ſit propius accedere ad Deum, niſi quis poſſit, quaſi alter Moſes, Dei
Exod. 19. gloriam capere. Atque etiam ante hæc in principio legis ferendæ alios quidem buccinæ, fulgura, tonitrua, caligo, totus mons fumans, minæ
Hebr. 12. terribiles, & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur, & alij huiuſmodi iactati terrores inferiori in loco detinebant, ac magnum erat eis, ſolam Dei vocem audire, quamuis eſſent rectè admodum ſanctificati. Moſes autem & montem aſcẽdit, & nebulam ingreditur, & de lege docetur, &
tabulas accipit, [186] multitudini quidẽ litteræ ta- 186
bulas, his verò, qui multitudini præſtarent, ſpi-
Leuit. 10. ritus. Audio itidem de Nadam & Abiud, eam ſolum ob cauſam, quòd alieno igne incenſum obtuliſſent, alieno pariter igne abſumptos eſſe, eo ipſo, quo impiè egerant, punitos, idémque nactos calamitatis, quod & impietatis tempus, & locum. ac ne patrem quidem Aaron, quo nemo erat ſecundum Moſem Deo propinquior,
1. Reg. 2. ſatis eis fuiſſe ad ſalutem. Noui porrò & Heli
& 4. ſacerdotem, & paulo pòſt Ozam, illum quidem iniqui facinoris filiorum ſuorum pœnas perſoluiſſe, quod auſi fuerant contra ſacrificia committere, ante tempus ex lebetibus primitias de-
trahentes, [187] ídque cum eorum impietatem mi- 187
nimè probaſſet, ſed ſæpius increpaſſet; hunc autem eò

tem eò tantum quòd arcam à iuueca diſtractam 1.Reg.6.
188 tetigiſſet, eam quidem [188] ſeruaſſe, ipſum verò periiſſe, cuſtodiente Deo arcæ reuerentiam. ſcio Leuit. 21.
etiam neq; corporum maculas in ſacerdotibus, & 22.
aut in victimis notatione & animaduerſione caruiſſe, ſed ſancitum eſſe, vt perfecti perfecta offerrent,
189 ferrent, [189] ſymbolum, opinor, id quidem eius, quæ ad animam ſpectat, integritatis. neque ſacerdotalem ſtolam, aut ſanctum aliquod vas cõ- Num.4.
tingere, cuilibet fas fuiſſe, neque ipſa ſacrificia à quibus & quo tempore, & quo loco minimè de-
190 cebat, confici, [190] neq; vnctionis oleum effingi, nec compoſitionis thymiama. neque vlli planè licuiſſe in templum ingredi, niſi eſſet tum anima, tum corpore vſquequaque purus & mundus. tantum aberat, vt quiuis auderet ad ſancta
191 ſanctorum accedere, ad [191] quæ vni & ſemel in anno ſolum patebat aditus. tantum aberat, vt cuilibet aut velum, aut arcam, aut propitiatoriũ, aut Cherubim inſpiciendi, attingendiue facultas daretur. Hæc ego ſciens, & cogitans, neminem
192 dignum eſſe eo, qui magnus eſt Deus, [192] magna hoſtia, magnus itidem Pontifex, qui non ante ſe ipſum Deo exhibuerit hoſtiam viuentem, ſanctam, nec rationabilẻ obſequium placens præſtiterit, nec immolauerit Deo ſacrificium laudis, & ſpiritum contribulatum, quod ſolum ſacrificium bonorum omnium largitor à nobis expetit, quomodo auderem, exterius illi ſacrificium
194 offerre, magnorum myſteriorum [194] antitypum, quóue modo adducerer, vt ſacerdotis perſonã, noménque inducerem prius, quàm ſanctis ope-

 ribus

ribus manus cōſecraſſem, prius, quàm oculos aſ-
ſuefeciſſē creaturas ſalutariter aſpicere, [195] in ad- 195
mirationem ſolum creatoris, & non in detrimē-
tum creaturæ, prius, quàm aures ad audiendam
diſciplinam Domini aptè aperuiſſem, & [196] ad- 196
iuncta eſſet mihi auricula, quæ poſſet non graua-
tè audire, ſed inauris aurea Sardio precioſo alli-
gata eſſet, ſapiens videlicet ſermo auri rectè au-
dienti, prius, quàm os, labia, linguam, illud qui-
dem aperuiſſem & attraxiſſem ſpiritum, ſiue di-
latatum eſſet & impletum ſpiritu explicatis my-
ſteriis atque dogmatibus, hæc autem ſenſui diui-
no, vt ſecundum ſapientiam loquar, alligata eſ-
ſent, addiderim, & in tempore ſoluta, hæc verò
repleta eſſet exultatione, ac diuinæ melodiæ ple-
ctrum effecta, exurgens gloria, exurgens dilucu-
lo, atque adeò defeſſa, vt adhæſiſſet faucibus;
prius, quàm ſtatuti eſſent ſupra petram pedes
mei, perfecti tanquam ceruorū, & directi eſſent
ſecundum Deum greſſus mei, non penè, ne pau-
lulum quidem effuſi; prius, quàm omnia mem-
bra facta eſſent arma iuſtitiæ, & exuiſſent omnē
mortalitatem abſorptam à vita, & cedentem ſpi-
ritui? Quis nondum caſtis Dei eloquiis & igne
examinatis corde incenſus, dum aperirentur ei
ſcripturæ, nec habens ea in latitudine cordis tri-
pliciter deſcripta, ita vt ſenſum Chriſti habeat,
nec abſconditos pleriſq; inuiſibiles & tenebri-
coſos theſauros ingreſſus, vt iis, quæ ibi ſunt, di-
uitiis inſpectis, poſſit etiam alios locupletare,
ſpiritualia ſpiritualibus comparans; quis, qui nō-
dum viderit, quemadmodū videre decet, [197] vo- 197
luptatem

luptatem Domini,nec viſitauerit templum eius, vel potius templum factus ſit Dei viui,& viuum habitaculum Dei in ſpiritu . quis , qui nondum
198 [192] figurarum,ac veritatis affinitatem,diſcriménque cognorit,& ab illis quidem receſſerit , huic verò adhæſerit,vt vitata litteræ vetuſtate,ſpiritus nouitati ſeruiat, & à lege ſpiritualiter impleta in euacuatione litteræ ad gratiã purè tranſeat;quis, qui nondum omnes Chriſti appellationes ac virtutes & agendo , & contemplando peragra-
199 uerit, [199] tum altiores ac primas,tum noſtra quidem cauſa humiliores,ac poſtremas,Dei ſcilicet, filij,imaginis,verbi, ſapientiæ,veritatis,lucis,vitæ, virtutis, vaporis , emanationis, candoris, factoris,regis,capitis,legis,viæ,oſtij,fundamenti, petræ,margaritæ, pacis, iuſtitiæ,ſanctificationis, redẽptionis, hominis,ſerui,paſtoris,agni, Pontificis,hoſtiæ, primogeniti ante creaturam , primogeniti ex mortuis ,reſurrectionis; quis inquã hæc nomina,ſimul & res fruſtra audiens,nec dũ vllam nactus cum ipſo verbo communicationẽ, nec illius particeps factus ex ea parte , quatenus iſtorum vnumquodque & eſt , & dicitur; quis,
200 qui nondum vacet à curis,nec didicerit [200] loqui Dei ſapientiam in myſterio , quæ abſcondita eſt, ſed adhuc paruulus ſit,adhuc lacte nutriatur,adhuc de iis ſit,qui non numerantur in Iſraël,neq; in Dei aciem ſunt adſcripti , nec dum poſſit, vt vir , Chriſti crucem tollere , nec dum ne aliud quidem membrum vllum ſit fortaſſe honoratius,tamen caput conſtitui plenitudinis Chriſti, alacri,promptóque animo ſuſtinebit?nõ me certè aucto-

tè auctore & conſiliario. Næ iſte terror eſt omnium maximus, iſtud periculum omnium extremum ei quidem, qui intelligat, & huius muneris rectè adminiſtrati magnitudinem, & eius, qui aberrauerit, exitium. alius igitur nauiget ad mercatum, mecum ipſe dicebam, & vaſtos pertrãſeat pelagos, aſſiduéque ventis ac fluctibus iactetur, magna & lucra facturus, ſi ita contigerit, & pericula aditurus, quiſquis eſt nauigandi, vel mercaturæ faciendæ peritiſſimus; mihi certè optatius eſt, in terra demoranti, paruum ſulcum ſcindenti & ſuauem, lucra & mare è longinquo ſalutanti, quoquo modo poſſim viuere, tenui cum maſſa atque exili, vitámque tutam & tranquillam traducere, quàm in longinquum me & magnum ob magnos quæſtus periculum proiicere. nam præſtanti quidem viro fraudi eſt, ad maiora non aggredi; nec pluribus virtutem ſuã impertire, ſed paruis in rebus inſiſtere, perinde ac ſi magno lumine paruum aliquod domiciliũ illuminet, vel armatura virili corpus contegat puerile. paruo autem tutius eſt, parua ferre onera, nec maiora, quàm quæ ſuſtinere poſſit, ſubeuntem in meritam irriſionẽ incurrere, ſimul & maius adire periculũ, quẽadmodũ & [201] turrim 201
ædificare nulli alij conuenit, vt accepimus, niſi ei, qui habeat, quibus opus eſt ad perficiendum. Habetis meam de fuga apologiam, nec ita fortaſſe modicam. Quæ igitur me à vobis, amici & fratres chariſſimi, non ſine magno profectò animi mei dolore, fortaſſe etiam veſtri, ſed tamẽ, vt mihi ipſe tunc viſus ſum, neceſſariò abduxerũt,

hæc ſunt. reduxerunt autem maximè quidem incredibile quoddam veſtri deſideriũ, & quòd mutuo me à vobis deſiderari ſentiebam: nihil enim tantam vim habet ad excitandam charitatẽ, quantam mutuus & par animorum affectus; ſecundo verò loco mea cura, meum officium, ſacrorum parentum canicies & imbecillitas, mea cauſa magis, quàm ipſa ætatis maturitate labo-
202 rantium, [202] Abrahæ, inquam, huius patriarchæ, venerandi mihi capitis, & cum angelis adnumerati; ac Sarræ, quæ ſpiritualiter nos parturit in doctrina fidei, quorum eſſe baculum ſenectuti, & fulcire infirmitatem, cum in primis voto vouerim, & verò etiam illud, quantum in me fuit, impleuerim, ita vt ipſam quoq; philoſophiam, qua re, quóue nomine nihil mihi antiquius, de-
203 ſpexerim, vel, vt [203] verius dicam, id in primis philoſophatus fuerim, ne viderer philoſophari, nõ ſum paſſus, interire hunc meũ laborem, vnica occaſione, nec diſſolui benedictionem, quam etiam ſurripuiſſe quendam ex antiquis illis ſanctis patribus traditum eſt, eſca patrem & pilorũ Gen.27.
aſſimilatione cùm decepiſſet, ac rem honeſtam
204 non honeſtè per [204] dolũ aucupatus fuiſſet. Duæ ſanè cauſæ, quibus victus ſum ac delinitus, hæ ſunt, & fortaſſe nihil abſurdũ, vtriſque ſuperiores illas ratiocinationes meas ceſſiſſe, locúmq; dediſſe: eſt enim etiam cedendi, quemadmodum,
205 opinor, & [205] aliarum quarumcunque rerum, tempus, ac ſatius eſt profecto vinci honeſtè, quã periculosè & nefariè vincere. Tertia verò cauſa, quæ & maxima eſt, & ſola mihi explicãda adhuc

propo-

proponitur, reliquis prætermiſſis, memor fui
[206] dierum, & veteri quadam hiſtoria memoria 206
repetita, inde mihi ipſi conſilium cepi de rebus
præſentibus: neque enim temere hæc conſcripta
eſſe putemus, nec vanum eſſe verborum ac rerũ
aceruum, auditorũ oblectandorum cauſa [207] cõ- 207
geſtum, & quaſi quandam aurium illecebram in
ſola voluptate inſiſtentem. Hæc quidem ludant
fabulæ, & Græci, qui de veritate parum ſoliciti,
figmentorum fuco, ſermoníſque lepore tum au-
res, tum animum permulcent, & capiunt. nos ve-
rò qui [208] vſque ad vnumquemque apicẽ, & mi- 208
nimam quamque litteram exquiſitam ſpiritus
diligentiam trahimus, nunquam prorſus con-
ceſſerimus; eſſet enim à pietate planè alienum;
ne minimas quidem actiones fruſtra tanto ſtu-
dio ſcriptis mandatas eſſe, & ad hanc diem me-
moria conſeruatas; ſed eam ob cauſam, vt mo-
numenta nos, inſtitutionéſque habeamus ſimi-
lium rerum, ſi quando tempus inciderit, conſi-
derandarum, ita vt poſſimus, quæ fugiẽda, quæ-
úe eligẽda ſint, cognoſcere, præteritarum rerum
exempla quaſi quaſdam regulas, ac formas ſe-
quuti. Quænam igitur illa eſt hiſtoria, & vnde
conſilium cepi? [209] nihil enim mali fuerit fortaſ- 209
ſe, vt omnis multitudini error eripiatur, eã per-
currere. Fugiebat & Ionas à facie Dei, vel potius
Ion. 1. 2. & 3. fugere ſe putabat, ſed comprehenſus eſt pelago,
tempeſtate, ſorte, ventre ceti, trium dierum ſe-
pultura, [210] maioris ſanè myſterij figuram con- 210
tinente. Sed ille quidem idcirco fugiebat, ne
triſtem, atq; abſurdum nuncium nunciaret Ni-
niuitis,

niuitis, in quo poſtea ciuitate illa ob pænitentiã ſeruata, mendax deprehenderetur; neque enim profectò de improborũ ſalute dolebat, ſed mendacij myſterium erubeſcebat, & erat quodam modo ſolicitus de retinenda Prophetiæ fide, atque auctoritate, quæ quidem ne in ipſo labefactaretur, periculum erat, cum nequiret vulgus, diuinæ harum rerum diſpenſationis profundita-
211 tem introſpicere. quamquam, [211] vt ego audiui ex quodam in his rebus ſapientiſſimo viro, non abſurdè apparenti hiſtoriæ abſurditati opitulante, & aptiſſimo ad interiorem Prophetæ ſenſum penetrandum, nec iſta erat cauſa, cur beatus Ionas profugeret, & in Ioppen deſcenderet, atque ex Ioppe in Tharſeis contenderet, pelago ſuam committens occultationem: neque enim eſt veriſimile, eum, qui Propheta eſſet, Dei cogitationem ignoraſſe, nimirum quòd per illas minas id agebat ſecundum magnam ipſius ſapientiam,
212 & ſecundum [212] inſcrutabilia eius iudicia, ac viarum ſuarum inueſtigabilitatem, atque incomprehenſibilitatem, vt ne ea paterentur Niniuitæ, quæ his ipſis minis intentabantur. neq; item veriſimile eſt, ſi id ille ſciret, noluiſſe Deo obſequi, eo, quo ipſi placebat, modo illorum ſaluti proſpicienti. Iam verò & illud opinari, ſperaſſe Ionam, pelago ſeſe occultare, ac magnum oculũ Dei fugiendo cælare, nónne abſurdum prorſus, ineptúmque fuerit, nec dignum quod non modò de Propheta credatur, ſed ne de alio quidem vllo, qui aliquid ſapiat, & vel modicè Dei vim, immenſamque & infinitam potentiam ſentiat?

quin

quin omnium optimè id quidem norat Ionas;
inquit is,qui hanc attulit explicationem,nec ego
non facilè credo, quorſus ea Niniuitarum cauſa
adhibita ſpectaret prædicatio , quódque fugam
cogitans, [213] locum certè mutabat,Deum tamen 213
non effugiebat : hoc enim qui conſequi poſſit,
nemo eſt omnium mortalium,ſiue in terræ ſinus
ſeſe abdat,ſiue immergat in profundum,ſiue pé-
nis ſubleuatus , ſi qua id fieri poſſit induſtria, in
aërem euolet , ſiue in imis inferni ſedibus com-
moretur, ſiue nebularum denſitate ſit circumſe-
ptus, ſiue aliud quoduis tutioris fugæ conſilium
inierit . Sed hoc vnum tale eſt,vt euitari,aut ex-
pugnari nullo modo poſſit, nempe Deus , cum
velit quempiam comprehendere , & ſub manu
tenere: præcurrit celeres , fallit prudentes, per-
uertit ſtrenuos,comprimit elatos , manſuefacit
feroces,conculcat potentes. Non igitur ignora-
bat Dei potentem [214] manum is,qui eandem aliis 214
minitabatur , Ionas , nec , quaſi ſperaret poſſe ſe
vſquam omnino diuinum numen effugere, ita
deliberabat,minimè id nobis credendũ eſt. Sed
quoniam Iſraëlis exciſionẽ videbat , & Prophe-
tiæ gratiam ad gentes tranſire ſentiebat , idcirco
ſubterfugit prædicationem,mandatum differt,ac
dimiſſa ſpecula gaudij (id enim ſonat apud He-
bræos [215] Ioppe) veterem dico amplitudinem ac 215
dignitatem, in mæſtitiæ pelagus ſeſe proiecit, &
hanc ob cauſam tempeſtate iactatur , dormit, in
naufragij periculum adducitur, è ſomno excita-
tur,in ſortem coniicitur, fugam fatetur, demer-
gitur,& à ceto abſorbetur, non tamen conſumi-
tur,ſed

tur,ſed illic Deum inuocat, &, rem mirandam,
216 tertia die pariter cum Chriſto reſtituitur. [216] verum huius diſputationis curſum ſuſtineamus, propediem accuratius eam, iuuante Deo, ac diligentius pertractaturi. nunc autem, quod dicere inſtitueram, ad id mihi incumbendum eſt, vt conſiderem, & putem, illi quidem ob eam, quã dicebam,cauſam propheiam detrectanti;aliquã fortaſſe veniam dandam fuiſſe; mihi verò quæ tandem ratio,quíſue excuſationis relinquebatur locus frenum diutius reſpuenti, & hoc, leue ne dicam, an graue neſcio, impoſitũ certè quidem miniſterij iugum reiicienti? Si enim,quod vnum ex omnibus, quæ ad hãc rem afferri poſſint,magnam vim habet, id conceſſerit quiſpiam, eſſe nos ſcilicet multò inferiore loco poſitos, quàm vt debeamus ad ſacerdotis officium Deo tribuẽdum aſpirare, & oportere primùm Eccleſia dignum eſſe,deinde altari,ac prius iſto, tum demũ dignitatis gradu; alter fortaſſe inobedientiæ culpa minimè nos liberabit: graues autem minæ, grauéſque itidem pœnæ ei, qui obedientiã abiiciat,propoſitæ ſunt,quemadmodum & ex altera parte illi,qui nihil cunctetur, nihil recuſet, nec,
217 vt Saul ille, [217] vaſis ſe abſcondat paternis,etiam ſi paululum ad Præſidis munus ſuſcipiendũ vocetur; ſed promptè quaſi ad aliquam rem leuem & facillimam accurrat,quam nec deponere tutũ ſit, nec liceat poſteriore conſilio mederi priori. Hanc ego ob cauſam laborabam ratiocinando, quid mihi faciendum eſſet, inueſtigans, & inter duos hoſce timores, quorum alter me deprime-

 bat, al-

bat, alter extollebat, medius pendẽs; cúmque in his plurimum hæſitaſſem, & vtrinque memetipſum expendiſſem, vel, inſtar vndæ variis ventis iactatæ, huc & illuc inclinaſſem, demum manus dedi fortiori, méque deuictum & captum tenet timor inobedientiæ. Conſiderate verò, quã rectum me arbitrum & quàm æquum præbeam vtrique timori, qui hunc dignitatis gradum nec ante, quàm deferretur, concupierim, nec delatũ reiecerim: illud enim temerarij, hoc inobedientis, vtrumque verò imperiti hominis eſſe ſtatuo.
Itaque [218] medius quodam modo cõſtitutus ſum 218
inter nimis audaces, & nimis timidos, his quidem, qui ad omnes honoris ſedes proſiliunt, timidior; his autem, qui omnes fugiunt, audacior. hæc eſt mea his de rebus ſententia. atque etiam, vt apertiùs explicem, timori quidem ſuſcepti muneris fuerit fortaſſe & ipſa obedientiæ lex opitulata, Deo fidem pro ſua immenſa bonitate remunerante, ac perfectum gubernatoré reddente eum, qui ipſo confidat, & ſpes omnes in eo poſitas habeat: inobedientiæ autem periculo quænam ratio ſuccurrere, quídue fiduciam & animi alacritatem afferre poſſit, ego quidem non video: verendum eſt enim, ne illud audiamus de his, qui noſtræ fidei ſint commiſſi, animas eorum de manibus veſtris requiram, &,
Ezech. 3. quemadmodum repuliſtis me, ne eſſetis duces ac principes populi mei, ita ego repellam vos, ne ſim rex veſter; & ſicut non audiuiſtis vocem meam, ſed dediſtis tergum durum, nec paruiſtis, ſic ego, cùm inuocaueritis me, non reſpiciam ad preca-

precationem veſtram, nec exaudiam. Abſit, vt
hæ in nos cadant iuſti iudicis voces, cui quidem
quamuis miſericordiam cantemus, tamen &
219 [219] iudicium prorſus vnà cantamus. Verum e-
nim verò feror rurſus ad hiſtoriam; ac veterum
patrum probatiſſimos quoſque cogitatione cõ-
plectens, reperio quoſcunque vnquam ad gu-
bernandum, vel ad prophetandum gratia extu-
lit, partim alacri animo ceſſiſſe vocationi, partim
diſtuliſſe chariſma. & neutrorũ reprehendendã
eſſe, nec illorum, qui ſeſe ſubtraxerunt, timidita-
tem, nec eorum, qui proceſſerunt, alacritatem: il-
li enim muneris magnitudinem ſunt reueriti, hi
220 ei, qui vocabat, confiſi, ſunt obſequuti. [220] promp-
tus erat Aaron, at Moſes reſiſtebat. obediuit E-
ſaias ſumma animi alacritate, at hæſitabat Hiere-
mias, iuuentuti diffidens, nec prius animum in-
duxit, prophetiam capeſcere, quàm à Deo acci-
peret & promiſſionem, & virtutem ætate ſupe-
riorem. his ego me ipſum permulceo ratiocina-
tionibus, ac meus paulatim cedit & mollitur,
221 quaſi ferrum, animus. & [221] adiutorem ſumo ip-
ſarum ratiocinationum tempus, & conſilium,
Dei iuſtificationes, quibus omnem meam vitam
credidi. Propterea non recuſo, nec contradi- *Eſa. 50.*
co, ait Dominus meus, dum nõ ad principatum
vocaretur, ſed tanquam ouis ad occiſionem du-
ceretur. quin etiam proſterno me, & humilior *Eſa. 53.*
ſub potenti manu Dei, ac veniam peto ſuperio-
ris inertiæ atque inobedientiæ, ſi quam ego hoc
nomine culpam contraxi. tacui, at non ſemper
tacebo, ſeceſſi pauliſper, dum me ipſum inſpice-

rem,& dolori aliquam conſolationem afferrem.
at nunc exaltandum eum in [223] Eccleſia plebis, 223
& in cathedra ſeniorum laudandum ſuſcepi. ſi
illa reprehenſione,hæc certè venia digna viden-
tur. Sed quid pluribus opus eſt verbis? Habetis
me, ô paſtores & compaſtores, habetis, ô grex
ſacer, & Chriſto pâſtorum principe digniſſime,
habes ô pater, vſquequaque deuictum,& ſecũ-
dum Chriſti leges magis, quàm ſecundũ [225] ex- 225
ternas in tua poteſtate poſitùm. habes obedien-
tiam,redde benedictionem. deduc me tu quoq;
tuis precibus, dirige ſermone, firma ſpiritu. be-
nedictio patris [226] firmat domos filiorum. & fir- 226
memur tum ego, tum [227] ſpiritualis domus hæc, 227
quam elegi: quam etiam opto fieri mihi requiẽ
in ſeculum ſeculi, ab hac terreſtri Eccleſia ad illã
cœleſtem. & ad celeberrímam primitiuorum,
qui conſcripti ſunt in cœlis, frequentiam tranſ-
lato. Mea quidem poſtulatio ac deprecatio tanta
Ephe.2. eſt, atque ita rationi conſentanea. Deus autem
pacis, qui fecit vtraque vnum, méque vobis,&
vos mihi viciſſim reddidit, qui reges in ſolio
1.Reg.2. collocat, & ſuſcitat de puluere egenum, & de
ſtercore eleuat pauperem. qui elegit Dauid ſer-
Pſal.77. 1.Reg.17. uum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium,
minimum de filiis Ieſſe,& ætate inferiorem om-
Pſal.67. nibus. qui dat verbum euangelizantibus virtu-
Pſal.72. te multa ad Euangelij perfectionem ipſe teneat
manum dexteram noſtram, & in voluntate ſua
Hier.3. deducat nos, & cum gloria ſuſcipiat, paſcens
paſcentes ac ducens ducentes, vt paſcamus
Zach.11. ipſius gregem cum ſcientia,& non in vaſis paſto-
ris ſtul-

ris ſtulti:quorum alterum in benedictione,alterum in maledictione apud antiquos poſitū eſt. ipſe det virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, & *Pſal.67.* exhibeat ipſe ſibi ſplendidum gregem,& immaculatum, ac ſuperna caula dignum in habitatio- *Epheſ.5.* *Pſal.86.* ne lætantium, in ſplendore ſanctorum, vt in templo eius omnes dicamus gloriam, grex ſimul & paſtores, in Chriſto Ieſu Domino no- *Pſal.109.* ſtro, quo cum decet patrem honor & imperium *Pſal.28.* vnà cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum. Amen.

S. GREGORII NAZIANZENI THEO-
LOGI DE AMORE [1] ERGA 1
pauperes Oratio.

ACCIPITE, fratres cariſſimi &
compauperes (pauperes enim o-
mnes plane ſumus, ac diuina gra-
tia indigentes: quamuis alius [2] a- 2
lij præſtare videatur, paruis di-
menſus menſuris) accipite meam
hanc de amore erga pauperes orationem nō par-
uo animo, atque anguſto, ſed prolixo & magni-
fico, vt cæleſti Regno ditemini. Simul autem
precamini, vt & nos largè poſſimus vobis illam
ſuppeditare, veſtráſque animas verbo paſcere,
Exod. 16. & frangere [3] eſurientibus panem ſpiritualem, ſi- 3
ue de cælo cibum pluētes, vt antiquus ille Moy-
ſes, & [4] panem Angelorum largientes, ſiue pau- 4
Mat. 14. cis panibus in ſolitudine multa hominum millia
& 15. ſaturantes, vt Ieſus poſterius, panis [5] verus, & ve- 5
ræ vitæ auctor. Virtutum quænam excellat, cuí-
ue primæ deferendæ, ac palma danda ſit, non ita
facile eſt reperire, [6] quemadmodum nec in pra- 6
to florum omnium varietate & ſuauitate odorū
vndique referto, facilè poſſis florem ſeligere, qui
pulchritudine & odoris iucunditate ceteris ſit
præferendus, quòd aliunde alius odoratum &
aſpectum ad ſe attrahat, &, vt ipſum potiſſimum
decerpas, ſuadeat. ſed tamen quantum ego qui-
dem poſſum hęc diiudicare & diſtinguere, ſic eſt
conſide-

7 conſiderãdum. Pulchra certè res eſt [7] fides,ſpes,
caritas,tria hæc. & quidẽ fidei teſtis eſt Abraam, Gen. 15. &
iuſtificatus ex fide, ſpei Enos, qui primus ſpera- Rom.4.
uit inuocare Dominum,atque adeò omnes iuſti, Gen.4.
qui ſpe adducti incommoda ſuſtinere non du-
bitauerunt,caritatis cùm diuinus Apoſtolus,qui
auſus eſt vel contra ſe ipſum pro Iſraële aliquid Rom.9.
effari, tum etiam Deus ipſe qui caritas vocatur.
pulchra itidem hoſpitalitas, cui rei teſtimonio 1.Ioan.4.
8 ſunt ex [8] iuſtis quidem Lot Sodomites, at non
moribus Sodomites,ex peccatoribus autẽ Raab
meretrix, at non hoc quidem propoſito mere-
trix, quæ ob hoſpitalitatem commendata & ſer-
uata eſt. Pulchra beneuolentia erga fratres,cu-
ius rei teſtem habemus Ieſum, qui non ſolum
frater noſter dici voluit, ſed ſumma pro nobis
ſupplicia ſubire,non eſt grauatus. Pulchra beni-
gnitas erga homines,eodem Ieſu teſte, qui non Epheſ.2.
9 modò hominẽ fecit in operibus bonis, & [9] ima-
ginem pulueri colligauit, quæ eum ad optima Ioan.1.
duceret,ac ſuperis conciliaret, verum etiam ho-
mo ipſe pro nobis factus eſt. Pulchra longani-
mitas grauiſſimo eiuſdem teſtimonio, qui non
ſolum legiones Angelorum contra eos,qui vim Mat.26.
ſibi & manus inferebant, petere neglexit, nec
Petrum modò increpauit, qui gladium diſtrin- Ioan.15.
xiſſet, ſed etiam ei, qui fuerat percuſſus, aurem Luc.22.
reſtituit.idem confirmauit poſterius Stephanus,
Chriſti diſcipulus, dum pro iis, qui ipſum lapi- Act.7.
dabant,ſuppliciter oraret.Pulchra manſuetudo,
10 auctoribus Moyſe & Dauid, [10] quibus huius
virtutis teſtimonium præ ceteris tributum eſt,

Eſa.42. atq; etiam iſtorũ magiſtro,qui quidem non con-
50. & 53. tendebat,non clamabat,non vocem in plateis e-
mittebat,non repugnabat contra eos, qui ipſum
ducebant. Pulchra æmulatio & zelus, atteſtan-
Num.25. tibus tum Phinee, qui Madianiten vnà cum
et 1.Mach.2 Iſraëlite confodit, vt auferret [11] opprobrium ex 11
filiis Iſraël, & ex hoc propoſito nominatus eſt
3.Reg.19. tum qui poſt illum dicebant, Zelo zelatus ſum
2.Cor.11. pro Domino Deo exercituum,&, æmulor enim
Pſal.68. & Ioan.2. vos Dei æmulatione,&,Zelus domus tuę come-
dit me:nec dicebant modò, ſed etiam re ipſa ita
1.Cor.9. ſe affectos eſſe, declarabant. Pulchra caſtigatio
corporis, perſuadente Paulo,qui ſe ipſum etiam
1.Cor.10. tum coërcebat, & Iſraëlitarum exemplo terre-
bat eos,qui ſibi ipſis confidebant, & corpori in-
Mat.4. dulgebant; & Ieſu ipſo, qui ieiunauit, tentatus
eſt,tentantem ſuperauit. Pulchra precatio & vi-
gilia,quod tibi perſuadeat Ieſus, qui ante paſſio-
nem non deſtitit vigilare atque orare. Pulchra
1.Cor.7. caſtitas,& virginitas,ac fidem tibi faciat Paulus,
dum de his ſtatuit, æquúmque nuptis & non
nuptis [12] arbitrũ ſe præbet, atque ipſe Ieſus, qui 12
ex virgine gigni voluit, vt & procreationem ho-
noraret, & virginitati præcipuum honorem de-
ferret. Pulchra continentia,quod facilè tibi per-
2.Reg.23.et ſuaſerit Dauid, qui cùm ciſternæ illius in Beth-
1.Paral.11. leem potitus eſſet, noluit bibere,ſed libauit mo-
dò aquam,nec animum induxit, [13] propriam cu- 13
3.Reg.18. piditatem in alieno ſanguine explere. Pulchra
Mat.3. ſolitudo, & quies, ac mihi documento eſt Eliæ
Mat.5.14. & Luc.6. Carmelus, Ioannis Eremus,mons Ieſu,in quem
& Marc.6. ſæpe ille ſolitus eſt recedere,& ſecum ipſe quietè
verſari.

verſari. Pulchra parſimonia, quod me docet E- *3.Reg.17.*
lias, qui apud viduam ſeſe reficiebat, docet Ioan- *Matt.3.*
nes, qui pilis cameli tegebatur, docet Petrus, *Marc.1.*
14 qui lupinis alebatur [14] precij vnius aſſis. Pulchra
humilitas animi, cuius rei multa multis ex locis
peti poſſunt exempla, & præcipuè ab ipſo Salua-
tore omniũ, ac Domino, qui nõ ſolùm humilia- *Phil.2.*
uit ſemetipſum vſque ad formam ſerui, nec ſolũ *Eſa.50.*
faciem ſuam ſpurciſſimis ſputis expoſuit, & cum *& 53.*
ſceleratis reputatus eſt, is, qui mundum expur- *Ioan.1.*
gat à peccato, ſed etiam diſcipulorum pedes la- *& 13.*
uit habitu ſeruili. Pulchra inopia ac diuitiarum
contemptio. teſtimonio ſit Zachæus, & Chri-
ſtus ipſe; quorum ille quidem Chriſti ingreſſui *Luc.19.*
omnia fere obtulit, hic verò diuiti illi perfectio- *Mat.19.*
nem hoc vno definiuit. Atque vt etiam paucio-
ribus hæc comprehendam, pulchra contempla-
15 tio, pulchra itidem actio. cùm [15] illa quidẽ hinc
decedens, in ſancta ſanctorum migret, & men-
tem noſtram ad ea, quę ſunt ſibi cognata, redu-
cat, hæc autem Chriſtum excipiat, & curet, ac
bonis operibus vim amoris patefaciat. vnum-
quodque iſtorum vna quædam eſt ſalutis via, &
ad aliquam ęternarum illarum ac beatarum mã-
ſionum vtique ferens: vt enim diuerſæ ſunt vitæ
rationes, ſic etiam manſiones multæ ſunt apud
16 Deum, [16] pro dignitate cuique impertitæ, ac di-
ſtributæ. & hic quidem hanc virtutem, ille verò
17 illam, alius plures, [17] alius omnes, ſi fieri poteſt,
18 excolat licet, modò vt [18] progrediatur, & pergat
ire vlterius, atque eius veſtigia perſequatur, qui
rectè ducit ac dirigit, & per anguſtam viam &

 portam

portam [19] ad illius beatitudinis latitudinem per- 19
Rom.13. Mat.22. ducit. ſi tamen oportet Pauli & ipſius Chriſti
auctoritatem ſequutos, primum mandatum &
maximum, tãquam ſummam totius legis & pro-
phetarum, caritatem exiſtimare, huius ego præ-
ſtantiſſimam partem eſſe inuenio amorem erga
pauperes, miſericordiámque & miſerationem
erga proximum.: nullo enim obſequio Deus æ-
què delectatur, atque miſericordia, ſiquidem nec
aliud quidquam illa proprius eſt Deo, [20] quem 20
miſericordia & veritas præcedunt, cuíque miſe-
ricordia ante iudicium afferẽda eſt. nec vlli [21] rei 21
magis, quàm benignitati erga homines ſuam in
homines benignitatem retribuit is, qui iuſte re-
pendit, & ponit in ſtatera & pondere miſericor-
diam. omnibus igitur pauperibus [22] aperienda 22
Rom.12. ſunt viſcera quacunq; de cauſa laborent, ſecun-
dum illud præceptum, quod gaudere monet
cum gaudẽtibus, & flere cum flentibus, &, cùm
homines ſimus, debemus in homines promptè
humanitatis [23] ſymbolum conferre; ſiue propter 23
viduitatem eam deſiderent; ſiue ob amiſſionem
parentũ, ſiue propter peregrinationem procul à
patria, ſiue ob dominorum crudelitatem, prin-
cipúmue atrocitatem, aut quæſtorum inhuma-
nitatem, ſiue propter latronum cædem, furúm-
ue inſatiabilem auiditatem, ſiue propter bono-
rum publicationem, ſiue propter naufragium:
omnes enim [24] ſimiliter ſunt miſerabiles, & in 24
manus noſtras non ſecus ſpectant, ac nos ſolea-
mus, aliqua difficultate affecti, in manus Dei
ſpectare, & ex his ipſis miſerabiliores profecto,
qui præ-

25 qui præter [25] dignitatem aliqua opprimuntur ca-
lamitate, quàm qui ſint aduerſis rebus ferendis
aſſueti. præcipuè tamen eis aperienda ſunt viſce-
ra, qui ſacro morbo confecti ſunt, & vſque ad
carnes, & oſſa, & medullas, vt habet illa contra
26 quoſdam comminatio, exeſi, ac deſtituti à [26] ne- Eſa.1
quiſſimo iſto, abiecto, & infido corpore, cui quo
modo ſim annexus, quóue pacto & Dei imagi-
nem referam, & luto commiſtus ſim, ego qui-
27 dem neſcio: quod cũ [27] bene ſe habet, oppugnat,
cùm oppugnatur, angit, & cruciat, quod &, tan-
quam cõſeruũ, diligo, & vt hoſtẽ auerſor, quod,
quaſi vinculum quoddã, fugio, &, vt cohæredẽ,
vereor, liquefacere illud ac labefactare contẽdo,
at præter ipſum quo adiutore ad res præclariſſi-
mas vtar, non habeo, qui ſciam ad quid creatus
ſim, nec ignorẽ, oportere me per bona opera ad
Deum aſcendere. parco illi tanquam ſocio, &
cõſorti, at quánam ratione eius contumaciã atq;
inſolentiam reprimam, quóue modo à Deo non
28 excidã, [28] grauatus compedibus, quæ ad terram
abſtrahunt, aut detinẽt humi, non reperio. inimi-
cus eſt beneuolus, & amicus fraudulẽtus, ô, mi-
29 ra [29] coniũctio, ſimul & diſiunctio. quod metuo,
amplector, & quod amplector, metuo; prius,
quàm bellum confecerim, pacem concilio; &
ante, quàm pacem conciliauerim, bellum mo-
30 ueo. [30] Quænam hæc eſt, quæ circa me fit, ſa-
pientia? & quodnam magnum iſtud myſteriũ?
31 an vult nos, cùm [31] Dei particula ſimus, ac deſu-
per fluxerimus, ne tanta dignitate elati atque in-
flati, noſtrum contemnamus creatorem, in lu-
ctatio-

ctatione & pugna, quę nobis eſt cum corpore, in ipſum ſemper reſpicere, & annexam imbecillitatem dignitatis inſtitutionē eſſe ac diſciplinam, vt intelligamus, eoſdem nos & ampliſſimos eſſe, & cōtemptiſſimos; terreſtres, & cæleſtes; mortales, & immortales; [32] hæredes lucis, & ignis, ſeu 32
tenebrarum, prout ad hanc, vel ad illam partem inclinauerimus. talis eſt noſtra mixtio, & hanc ob cauſam, quantum ego diſpicere poſſum, conflata, vt, ſiquando extollamur propter imaginem, ob puluerem contrahamur. Iſta igitur quiſquis vult philoſophetur, & verò nos quoq; vnà philoſophabimur opportuniore tempore. Nunc autem de quo erat mihi ſermo inſtitutus, meas carnes, meámque infirmitatem in alienis calamitatibus condolenti, curandum eſt, fratres, cognatum nobis corpus & conſeruū: quamuis enim vt inimicū accuſauerim ob eas, quas affert, perturbationes, tamē vt amicum, illius, qui colligauit, gratia, amplexor. & quidem curandum eſt nihilo minus propinquorū, quàm ſuū cuique corpus, ſeu rectè is valeat, ſeu eodem morbo ſit
Gal. 3. conſumptus: omnes enim vnum ſumus in Domino, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue bona, ſiue mala affectus valetudine.
Epheſ. 4. &, vnum caput eſt omnium, ex quo omnia;
Rom. 12. Chriſtus. & quæ eſt ratio vnius membri ad alterum membrum, eadem profectò eſt vniuſcuiuſque noſtrum ad vnumquemque, & omnium ad omnes. nequaquam igitur contemnendi ſunt aut ſpernendi ij, qui præ ceteris in communem inciderunt corporis infirmitatem, nec magis læ-

tandum de commoda noſtra , quàm dolendum
de incommoda fratrum noſtrorum valetudine.
& vero vnicam exiſtimare debemus noſtrarum
tum carnium , tum animarum ſalutem ea , quæ
in illos contulerimus,humanitatis officia. quod
nobis ita conſiderantibus facilè apparebit. nam
ceteros quidem vna tātum res miſerabiles facit,
ipſa ſcilicet egeſtas,quam fortaſſe vel dies, vel la-
bor , vel amicus , vel propinquus , vel temporis
33 [33] commutatio depulerit.iſti verò & hac ipſa dif-
ficultate nihilominus , quàm alij , premuntur,
immo eo magis, quòd facultate laborandi,ac ſi-
34 bi [34] ipſis ad res neceſſarias comparandas opitu-
landi,vnà cum ipſis carnibus priuati ſunt,& ma-
ior ſemper eis impendet timor imbecillita-
tis , quàm ſpes ſanitatis , ſic , vt nulla ferme ſpe
ſubleuentur, quæ ſola eſſe ſolet afflictis medici-
na . ad paupertatem autem ſecundum accedit
malum, morbus, & morbus morborum omniũ
maximè deteſtabilis,grauiſſimus, quíque in exe-
crationibus in promptu eſt pleriſque : tertium
quoque accedit incommodum , quòd qui eos
adire poſſit atque inuiſere,eſt ferè nemo,ſed om-
nes fugiunt,abhorrent,auerſantur, id quod ipſo
etiam morbo illis moleſtius eſt, cùm ſentiant,ſe
quidem ob calamitatem, etiam odioſos eſſe ho-
minibus. Ego ſanè nec poſsũ ſine lacrymis iſto-
rũ miſeriã intueri, nec ſine magna animi pertur-
batione recordari . atq; eodẽ planè modo velim
35 vos quoq; affici , vt [35] lacrymis lacrymas vitetis;
nec dubito, quin omnes,qui adſunt,ita affician-
tur,quicunq; Chriſtum , & pauperes amore cõ-
plectun-

plectuntur, Deíque,[36] & à Deo miſericordię vir- 36
tutem ſunt conſequuti, atque etiam vos poteſtis
huiuſce calamitatis teſtes eſſe. [37] ſpectaculũ pro- 37
poſitum eſt oculis noſtris graue, & miſerabile, &
omnibus, qui nõ viderint, incredibile, homines
mortui & viui, pleriſque corporis partibus mu-
tilati, qui nã fuerint, & vnde ſint, parum cogniti;
vel potius non homines, ſed hominum miſeræ
quædam reliquiæ. patres, & matres, & fratres, &
loca ſui indicia & notas afferentes. ego huius ſũ
filius, illa mea eſt mater, inquiunt, & hoc mihi
nomen, & tu mihi olim amicus & familiaris;
quod quidem faciunt, quoniam ex antiqua ſua
figura quomodo agnoſcantur, non habent, ho-
mines amputati, réque familiari, propinquis, a-
micis, corporibus ipſis ſpoliati, homines, qui
[38] ſoli ex omnibus ſui miſericordia pariter & o- 38
dio tenentur: incerti, vtrum magis lugeant eas
corporis partes, quę amplius non extant, an illas,
quæ etiam nunc remaneant, eáſne, quas morbus
iam conſumpſit, an illas, quæ morbo adhuc re-
ſtant: illæ enim miſerè ſunt exeſæ, hæ ſeruantur
miſeriùs; illæ ante, quàm in ſepulchra inferãtur,
euanuerunt, has qui ſepultura afficiat, futurus
eſt nemo: etenim viri etiam ceteroquin valde
probi, & humani, minimè iſtorum dolore com-
mouentur, & hic [39] ſolũ obliuiſcimur, nos quo- 39
que conſtare ex carnibus, & corpore humilitatis
circundatos eſſe. atque adeò à curandis propin-
quis abſumus, vt etiam in eo putemus noſtrorũ
corporum ſalutem poſitam eſſe, ſi illos fugeri-
mus. homini quidem certè iam pridem mortuo,
ac for-

ac fortaſſe malè olenti non dubitauerit quiſpiam appropinquare, & ferarum, rationis expertium, putrida corpora tolerare, nec, ſi cœno fuerit & ſordibus oblitus, ægrè ſuſtinuerit: iſtos autem quàmmaximè poſſumus, vitamus, ac fugimus. proh inhumanitas, vel illud moleſtè propemodum ferentes, quòd eundem, quem ipſi, ſpiritum ducamus. Quid patre germanius, &
40 quid matre indulgentius? atqui [40] iſtis ipſa etiam natura occluſa eſt, ac pater proprium filium, quẽ genuit, quem educauit, quem ſolum vitæ ſuæ oculum futurum putauit, pro quo multa Deum & ſæpe precatus eſt, hunc luget quidem; ſed ta-
41 men reiicit; & hoc [41] certè volens facit, illud vi quadam ac neceſſitate coactus: & mater recor-
42 datur ſanè dolorum, [42] quos in partu ſuſtinuit, cruciatur viſceribus, clamores edit admodum miſerabiles, atque aſtans, viuum, quaſi mortuũ, deplorat: fili, inquiens, infelix & infelicis matris,
43 quem mecum [43] partitus eſt morbus acerbiſſime, fili miſerande, fili incognite, fili, quem præcipitibus locis, montibus, & deſertis educaui, cum
44 [44] feris habitabis, & tegumentum tibi erit petra, & ex hominibus ſoli te aſpicient quicunque fuerint pietate inſignes. Iam verò & illa profert miſerabilia Iob verba, cur formatus es in aluo ma- Iob 3.
tris? cur ex vtero egreſſus es? cur non ſtatim periiſti, vt mors cum ortu cõcurreret? cúrue nõ deceſſiſti immaturus, prius, quàm huiuſce vitæ incommoda guſtares? cur genibus te excepi, cur lactaui vberibus, quando eras miſerrimè victurus, & vitã morte duriorẽ? hæc dicens vim pro-

fundit

fundit lacrymarum; & vult quidē illum ample-
xari infelix, at filij carnes non ſecus, atq; hoſtiles,
exhorreſcit. Vulgo autē clamores & incurſiones
fiunt non contra ſontes, ſed contra miſeros. & cū
homicida quidem non dubitauerit quis habita-
re, adulterúmque ſuæ non ſolùm domus, ſed
menſæ participem facere, & ſacrilegum vitæ ſo-
cium habere, & cum iis etiam, qui aliqua ipſum
affecerint iniuria, in gratiam redire; horum autē,
qui nihil prorſus offenderunt, calamitatē, quaſi
grauiſſimum aliquod crimen, omnes planè re-
ſpuunt, atque ita meliore eſt conditione vitium,
quàm morbus. & quidem inhumanitatem, tan-
quam liberalem, amplectimur; miſericordiam,
tanquam ſordidam, aſpernamur. expelluntur vr-
bibus, expelluntur domibus, foris, conciliis, viis,
conuentibus, conuiuiis, atque adeò, ô rem miſe-
ram, ipſa aqua, ne fontes quidem, qui commu-
nes iſtis cum ceteris hominibus fluunt, nec ipſa
flumina credūtur nihil ab eis contagionis attra-
here: &, quod vix [45] credibile videatur, vbicun- 45
que fuerint, quaſi aliquam deteſtabilem peſtem,
auertimus, rurſūſque, tanquam nihil noceant, ad
nos ipſos conuertimus, cùm eis non de habita-
tione accommodemus, non res ad viuendum
neceſſarias ſuppeditemus, non curemus vulne-
ra, non tegumento morbum, quantum fieri po-
teſt, contegamus. quo quidem fit, vt noctes, &
dies vagentur egentes, nudi, ſine tecto, morbum
oſtentantes, vetera enarrantes, ipſum inuocantes
creatorem, alter alterius membris vtentes loco
ſuorum, quæ defecerunt, cantilenas componen-
tes, quæ

tes,quæ miſericordiam commoueant,panis fruſtum petentes,vel aliquantulũ obſonij, vel pannum aliquem contritum , quo pudorem tueantur,aut vlcera foueant , & humanus eis quidem eſt,non qui ipſorum expleuerit indigentiam,ſed qui modò non aſperè illos à ſe abegerit . pleriq; autem ipſorum non impediuntur pudore, quominus celeberrimos adeant conuentus,ſed contra egeſtate impulſi,ad eos contendunt, populares hos dico conuentus,& ſacros,quos quidem nos animarum curandarum gratia inſtituimus, vel ad aliquod myſterium celebrandum conue-
46 nientes, vel [46] veritatis martyrum nomine feſtos dies agentes,vt quorum certamina honoramus, eorundem pietatem imitemur, & quamuis non poſſint homines,homines cùm ſint,præ ingenti
47 calamitate non erubeſcere , & cupiant [47] montibus,vel præcipitibus locis,vel ſyluis , vel deniq; nocte ac tenebris cooperiri , tamen in medium prouoluũtur, onus miſerabile & dignum lacrymis; & id quidẽ fortaſſe non ſine ratione,vt ſint nobis noſtræ infirmitatis documenta, ac perſuadeant,nulli harum rerum,quæ hîc ſunt,quæque videntur,tanquam firmæ ac ſtabili adhærendum eſſe.prouoluuntur autem alij humanæ vocis deſiderio , alij ſpectandi cupiditate, alij vt tenue aliquod vitæ ſubſidium corrogent ab his,qui de-
48 liciis affluunt,omnes certe, vt non [48] nihil leuentur,ſuis proferendis lamentationibus. Quis non flectitur atque frangitur , dum ſuis iſti fletibus miſerabiles aptant concentus? quis auditus hanc fert auditionem ? quis aſpectus tale ſuſtinet ſpectaculum?

ctaculum? hic quidem iacent male inter ſe ob
morbum connexi, & alij aliam calamitatis partẽ
ad miſericordiam captandam conferentes. atque
ita alter alterius calamitatẽ maiorem & grauio-
rem facit, miſerabiles ob ipſum morbum, tum
etiam propter morbi communionem multò mi-
ſerabiliores. Circunſtat verò eos maxima diuer-
ſorum hominum corona; condolentium qui-
dem, ſed ad tempus, illi autem volutantur ad pe-
des hominum, ſole ac puluere, nonnunquam
etiam frigoribus aſperrimis, & imbribus, &
ventorum turbulentis motibus vexati atque af-
flicti, ac fere etiam à nobis conculcati, niſi quòd
eos vel contingere ſtomachamur. ſacris porrò
templorum cantibus luctuoſæ illorum poſtula-
tiones ex altera parte reſpondent: & myſticis vo-
cibus miſerabilis opponitur lamẽtatio. ſed quid
opus eſt, omnes illorũ miſerias proponere his,
qui diem feſtum agunt? fortaſſe etiam vobis fle-
tum mouerim, ſi velim omnia tragico more ſtu-
dioſe deplorare, & ſuperauerit diei feſti lætitiam
animi perturbatio. id autem dico, [49] quoniam 49
nondum poſſum adducere vos, vt credatis, eſſe
aliquando voluptati dolorem præferendum, hi-
laritati triſtitiam, riſui minus honeſto laudabilẽ
fletum. Iſti igitur iſta ac multo profecto, quàm
quæ dixi, acerbiora & miſeriora patiũtur, híque
noſtri ſecũdum Deum [50] fratres, etiam ſi nolitis, 50
qui eandem, quam nos, ſortiti ſunt naturam, qui
ex eodem luto formati ſunt, ex quo primum fa-
Iob 10. cti ſumus, qui neruis & oſſibus ſimiliter ſunt cõ-
pacti, pelléque & carnibus eodem, quo omnes,
modo

modo veſtiti, vt quodam in loco dicit diuinus
51 Iob, dum in [51] cruciatibus philoſopharetur, & id,
quod apparet in nobis, aſpernaretur. atq; adeo, ſi
oportet id, quod maius eſt, dicere, qui animam,
Dei imaginem, & eodem planè modo, quo nos,
nacti ſunt, & ſeruant fortaſſe melius, quamuis
52 eorum corpora morbo ſint confecta; [52] qui eundem Chriſtum induerunt ſecundum interiorem
hominem, idémque acceperunt pignus ſpiritus:
qui earundem legum, oraculorum, teſtamentorum, conuentuum, myſteriorum, eiuſdem denique ſpei participes facti ſunt, pro quibus Chriſtus æquè mortuus eſt, qui totius tollit peccata 2. Cor. 5.
mundi: qui ſupernę vitæ cohæredes ſunt, quãuis Ioan. 1.
huiuſce fruendæ ſpes valde eos fruſtrata ſit, qui 1. Pet. 3. Rom. 6.
conſepulti ſunt cum Chriſto, & conreſurgunt,
ſiquidem compatiuntur, vt & conglorificentur. Rom. 8.
Nos autem quid? qui magni, nouique nominis Eſa. 62. Exod. 19.
hæreditatem creuimus, vt vocaremur à Chriſto 1. Pet. 2.
gens ſancta, regale ſacerdotium, populus peculiaris & ſelectus, ſectator bonorum operum & Tit. 2.
ſalutarium: qui Chriſti ſumus diſcipuli, mitiſ-
53 ſimi [53] illius ac benigniſſimi magiſtri, qui infirmitates noſtras portauit, & humiliauit ſemetipſum vſque ad noſtrã maſſam, qui propter nos mendicauit carnem iſtam & terrenum tabernaculum, qui dolores pertulit, & languidus factus eſt pro nobis, vt nos ipſius diuinitate ditaremur. quid igitur nos, qui tale ac tantum pietatis, miſericordiæque exemplum accepimus? quid deliberabimus de iſtis, & quid faciemus? deſpiciemus? præteribimus? tanquam mortuos, tanquam de-

teſtabiles, tanquam teterrimas quaſdam ſerpen-
tes & feras deſeremus? nequaquam fratres: hoc
certe non modo à nobis alienum eſt, qui Chriſti
[54] oues ſumus, boni illius paſtoris, qui errantes 54
reducit, pereuntes exquirit, & infirmas corro-
borat: ſed ab ipſa etiam humana natura, quæ qui-
dem ex æquali imbecillitate pietatem atque hu-
manitatem edocta, vt alter alterius malis dole-
ret, perenni lege ſtatuit. & tamen illi ſub diuo
miſere afflictabuntur; nos ædes habitabimus
ſplendidiſſimas, variis lapidibus diſtinctas & or-
natas, auróque, argento, teſſerularum compoſi-
tione, ac picturæ varietate, falſis oculorum ille-
cebris, fulgentes, earúmq; alias incolemus, alias
extruemus, & quibus tandem? ne noſtris quidẽ
hęredibus fortaſſe, ſed [55] extraneis & alienis, híſ- 55
que forte nulla nos beneuolentia, quin etiam
maleuolentia & acerbiſſimo odio proſequenti-
bus, quod omnium eſt malorum extremum. at-
que iſti quidem extritis in pannis & conſciſſis ri-
gebunt, atque adeò vel hiſce fortaſſe carebunt;
nos autẽ [56] veſtimentis noſmetipſos deliniemus 56
mollibus & circumfluentibus, aëriíſque, ex lino
ac ſerico contextis, velis; atque eorum aliis qui-
dem nos dedecorabimus potius, quàm decora-
bimus (ſic [57] enim ego quidem voco omne quod 57
eſt ſuperuacaneum & nimiũ) alia verò intus re-
condita habebimus, curam nobis inutilem &
inſanam allatura, tinearúmque paſtum futura ac
temporis, quod omnia conſumit? & illis ne ne-
ceſſarium quidem ſuppeditabit alimentum, ô
meas delicias, ô miſeram eorum mendicitatem;
ſed an-

ſed ante fores noſtras iacebunt debilitate ac fa-
me enecti,ipſis etiam corporis viribus ad corro-
gandum deſtituti,cum neque voces ad conque-
rendum ſuppetant,neque manus,quas ſupplices
tendant: neque pedes, quibus eos adeant, qui
rem habent; neq; ſpiritus, quos commode poſ-
ſint ad miſerabiles cantus fundendos intendere.
id quod omnium malorum grauiſſimum eſt,le-
uiſſimum ipſi quidem exiſtimantes,ſolis nimirũ
58 [58] oculis gratiam habentes, quòd ipſorum cala-
mitatem minus videant. cum iſtis,inquam,adeò
incommode agetur,nos verò in lecto excelſo at-
59 que ſublimi,ſuperuacaneiſque & [59] intactis ſtra-
gulis ſplendidi ſplẽdide recumbemus, ſi vocem
modò expoſtulantium audiamus, indignantes?
Porrò autem nobis oportet pauimẽtum florum
ſuauitates,ídque ſępè præter anni tempus,redo-
lere, menſam vnguentis affluere, & vnguentis
flagrantiſſime olentibus ac precioſiſſimis, quò
magis effœminemur, pueróſque aſtare, partim
belle atque ordine alterum poſt alterum diſpoſi-
tos, ſolutos comis & effœminatos, cæſariéque
60 circa faciem ſtudioſius excultos,[60] plus omnino,
quàm auidioribus oculis expediat, ornatos,
partim calices extremis digitis,vt fieri poteſt ele-
61 gantiſſime,ſimul & tutiſſime deferentes, [61] par-
tim ventulum flabellis ſupra caput artificioſe fa-
62 cientes, auríſque manu captatis [62] carnium mo-
lem refrigerantes: iam menſam conquiſitiſſimis
63 cibis refertam eſſe,cunctis elementis,[63] aëre,ter-
ra, aqua abunde nobis omnium rerum copiam
ſuppeditantibus, & fallacibus conſtipatam co-

quorum, eorúmque, qui obſonia conficiunt, inuentis; omnes demum certare & contẽdere, quo quiſque pluribus obſequiis noſtro gratificetur ventri, auidiſſimo atque ingratiſſimo, oneri ſanè quàm graui, & malorum omnium auctori, inſatiabiliſſimæ feræ & infideliſſimæ, propediem
[64] deſtruendo vnà cum ipſis pariter deſtruendis 64
eſcis. & cum illis quidem præclare agatur ſi vel aqua poſſint ſitim ſatiare; nobis autem vſque ad ebrietatem, atque adeò ſupra ebrietatẽ his certè, qui ſunt intemperantiores, immania præſto erũt vini pocula; atque ex ipſis vinis aliud reiiciemus,
aliud tanquam odorum [65] ſuauitate fragrans, ap- 65
probabimus, de alio philoſophabimur, & adſcribemus iacturæ niſi adfuerit præter noſtratia aliquod etiam peregrinum maxime celebratum, quaſi tyrannus: oportet enim nos delicatos, & magis, quàm vſus poſtulet, redundãtes aut eſſe, aut videri, erubeſcentes quodam modo, ſi non
improbi, & [66] ventris atque eorum, quæ ventri 66
ſunt proxima, ſerui exiſtimemur. Cur hæc committimus, fratres cariſſimi? cur nos quoque laboramus animarum morbo? qui ſanè morbus eò eſt corporum morbo grauior ac difficilior, quòd illum conſtat præter voluntatem accidere, hunc ex propoſito oriri; & illum vnà cum hac vita deſinere: hunc decedentes nos conſequi, illum ad miſericordiam prouocare: hunc ad odiũ excitare eos quidem, qui ſana mente ſint. cur nõ
ſubuenimus naturæ, [67] dum tempus habemus? 67
cur carnis [68] humilitatem, carnes & ipſi cùm ſi- 68
mus, non contegimus? cur in tantis fratrum noſtro-

ſtrorum anguſtiis deliciis nos indulgemus? à me quidem hoc Deus auertat, vt vel diuitiis affluã, iſtis omnium rerum inopia laborantibus, vel bona vtar valetudine, niſi iſtorum vulneribus medear, vel victu, veſtitúque abundem, & ſub tecto requieſcam, niſi eis & cibaria, & veſtes pro facultatibus præbeam, & ſub tecto ſeſe reficien-
69 di poteſtatem faciam. Næ omnia ſunt [69] Chriſto dicanda, vt ipſum vere & germane ſequamur, crucem tollentes, vt quàm leuiſſimi atque expeditiſſimi nulla re depreſſi ad ſupernum mundũ euolemus, ac ceterarum rerum omnium loco Chriſtum lucrifaciamus per humilitatem exal-
70 tati, & per paupertatẽ ditati: aut certè [70] partiendæ ſunt cum Chriſto facultates, vt aliquo modo ea etiam, quæ habeamus, ſanctificentur, propterea quòd rectè habeamus, & communicemus cum his, qui non habent. quòd ſi mihi ſoli ſeruerim, ſeruerim vtique, & alij comedant, &, vt
Iob verbis iterũ vtar, pro frumento oriatur mihi Iob 31.
tribulus, & pro ordeo ſpina, ac ventus vrens tol-
71 lat, & auferat turbo labores meos, vt in [71] vanũ Iob 27.
laborauerim. quòd ſi & horrea extruam, ex mammona theſaurizans & mamonæ, hac nocte repetatur anima mea, redditura rationem eorum, quæ male recondidit. Non reſipiſcemus tandẽ aliquando? non deponemus animi duritiam, ne dicam auaritiã? non reputabimus humanas conditiones? non recte in alienis malis res noſtras conſtituemus? natura enim nihil rerum humanarum firmum eſt, nihil ęquabile, nihil ſufficiẽs, nihil eodem in ſtatu permanẽs; ſed circulus qui-

dam res noſtras circumuerſat, aliâs alias ſinguli s
ſæpe diebus, atque etiam horis aliquando affe-
rens mutationes, & [72] rectius credideris ventis 72
aſſiduè fluentibus, vel ratis in mari vectæ veſti-
giis, vel nocturnis ſomniis fallaciſſimis, quorum
quidem gratia ad exiguum tempus durat, vel iis,
quæ pueri ludentes in arena fingunt, quàm ho-
minum proſperitatibus. Næ illi prudentes, qui
[73] præſentibus rebus diffidentes, theſaurizant ſi- 73
bi in futurum, quíque humanæ felicitatis incō-
ſtantiam ac varietatem cogitantes, eam, quæ nū-
quam decidit, bonitatem & benignitatem ada-
mant, vt ex tribus vnum certe conſequantur o-
mnino, vel vt nihil ſibi aduerſi vnquam eueniat,
ſolet enim diuinum numen huiuſce etiam vitæ
bonis pios homines ſæpe complecti, beneficen-
tia beneficentiam prouocans; vel vt [74] fiduciam 74
habeant in ſemetipſis ad Deum, ſi quo affecti
fuerint incommodo, hoc ſibi non propter im-
probitatem ſuam, ſed ob aliquam Dei diſpenſa-
tionem accidiſſe, vel poſtremo vt [75] debitam ab 75
his, quibus res proſpere procedunt, repetant hu-
manitatem, quam in egentes contulerunt, cùm
ſecundis ipſi ventis vtebantur. Non [76] glorietur 76
(inquit) ſapiens in ſapientia ſua, neque diues in
diuitiis ſuis, neq; fortis in fortitudine ſua, etiam
ſi ad ſummam ſapientiam, affluentiã, potentiám-
que peruenerit. ego verò addam & ea, quæ hæc
conſequuntur, neque clarus in ſua claritate glo-
rietur, neque ſanus in ſanitate, neque pulcher in
pulchritudine, neq; iuuenis in iuuentute, neque,
vt comprehendam breui, vlla alia in re earum,
quæ

quæ apud nos laudantur, elatus quiſquam & inflatus, glorietur, ſed in hoc ſolum glorietur, qui gloriatur, in Deo ſcilicet cognoſcẽdo atque exquirendo, in miſericordia calamitoſis tribuẽda, & in illis bonis condendis, quæ ſibi in futurum
77 ſint profutura: hæc [77] enim fluxa ſunt & caduca, ac velut in talorum ludo aliâs in alios proiiciũtur & transferuntur, nec quidquam cuiuſquam eſt poſſeſſoris ita proprium, quin vel tempore antiquetur, vel inuidia alteri tranſmittatur; illa autem ſtabilia ac firma, nec vnquam dimouentur loco, aut commutantur, eorúmue, qui ipſis confiſi fuerint, ſpem fallũt. mihi verò eam etiam ob cauſam videtur nullum in hac vita bonum fidum, ratum, diuturnúmue eſſe hominibus, &, ſi quid aliud, hoc maximè ab opifice verbo, & ab ea, quæ omnem ſenſum exuperat, ſapientia rectè excogitatum & comparatum eſſe, vt ſcilicet in viſibilibus hiſce rebus deludamur, quæ aliâs alio modo mutantur & mutant, quæque ſurſum deorſum feruntur, ac verſantur; & ante, quàm comprehendantur, abeunt atque effugiunt, quò vehementius, earum inconſtantia, varietatéque perſpecta & cognita, ad futuram vitam contenderemus: quid enim feciſſemus, ſi ſecundæ res noſtræ ſtabiles forent, qui nunc mobilibus adeò inhæremus? qui ita earum iucunditate, & falſis banditiis deuincti tenemur, vt nihil poſſimus, quod ipſis præſtantius ſit atq; excellentius,
78 cogitare, tametſi ad [78] imaginem Dei nos factos eſſe & audiamus, & credamus, quæ quidem ſurſum eſt, & omnes trahit ad ſe ipſam? Quis ſapiẽs, *Oſee* 14.

& intelliget iſta? quis prætereuntia præteribit? quis incumbet ſtabilibus? quis de præſentibus, tanquam labentibus, quis de his, quæ ſperamus futuris, tanquam permanſuris cogitabit ac ſtatuet? quis exiſtentia, & apparentia diſcernet, & illa quidem ſectabitur, hæc verò aſpernabitur? quis picturam, & veritatem; quis infernum tabernaculum, & ſupernam ciuitatem; quis[79] com- 79
morandi diuerſorium, & habitandi; quis tenebras à luce; quis limum profundi, & terram ſanctam; quis carnem, & ſpiritum; quis Deum, & mundi huius rectorem; quis vmbram mortis, & ſempiternam vitam diſtinguet? quis præſentibus futura emet bona? quis fluxas diuitias cum his, quæ nunquam labuntur, quis viſibilia cum inuiſibilibus commutabit? Næ ille beatus, qui iſta
diiudicans, ac[80] verbi acie, aptiſſima ad meliora 80
à deterioribus diuidenda, diuidens, aſcenſiones
Pſal 83. in corde ſuo diſponit, vt quodam in loco diui-
Col. 3. nus inquit Dauid, & hanc vallem lacrymarum omnibus ſuis viribus fugiens, quæ ſurſum ſunt,
Gal. 6. quærit, ac mundo crucifixus vnà cum Chriſto, cum Chriſto reſurgit, & cum Chriſto aſcendit, vitæ iam ab omni lapſu & ab omni fraude tutiſ-
ſimæ hæres, vbi[81] non amplius ſerpens mordés 81
in via, nec obſeruans calcaneum, & capite obſeruatus. nobis verò reliquis recte idem Dauid, tanquam vocaliſſimus quidam præco ex alto,
Pſal. 4. communíque[82] ſuggeſto magna voce prædicat, 82
homines nos graui corde appellans, ac diligentes mendacium, ne ea, quæ videntur, admodum amplectamur, néue aliud, quàm frumenti & vi-

ni, quæ

ni,quæ facilè corrumpuntur, ſatietatem eſſe putemus totam huiuſce vitæ felicitatem. & hoc etiã beatus fortaſſe Michęas attendens,nóſque à terrenis hiſce atque apparentibus bonis excitans,
83 appropinquate,[83] inquit,montibus æternis, ſurge, & ambula, quia non eſt hæc requies tua. id quod iam cum ipſis etiam prope verbis conuenit,quibus noſter nos Dominus ac Saluator cohortatur,quid? inquiens,ſurgite, eamus hinc,nõ Ioan.14.
eos, qui tunc erant, diſcipulos ſolos ex illo ſolo loco traducere, quemadmodum putare quiſpiã poſſet, ſed ſemper & omnes ſuos diſcipulos à terra & à terrenis hiſce rebus ad cœlos & ad cœleſtia trahere contẽdens; Age ergo ſequamur iã ipſum verbum. quæramus veram illam requiẽ, proiiciamus vanas haſce facultates, quod bonũ
84 eſt ex eis, id vnũ lucrifaciamus, [84] poſſideamus animas noſtras in eleemoſynis, cum pauperibus fortunas haſce noſtras communicemus, vt ſempiterna illa bona conſequamur: da partẽ & Deo, non ſolum mundo; ſubduc aliquid ventri, quod ſpiritui conſecres; eripe aliquid ex igne, amoue non nihil à depaſcẽte flamma,extorque quidpiã à tyranno, verò concrede Domino; da partem
85 [85] ſeptem, huic nimirum vitę,ſed & octo,ei ſcilicet,quæ poſt hanc nos exceptura eſt vita: da paulum quid ei, à quo multum accepiſti, quinetiam quicquid habes, tribue ei, qui cuncta largitus eſt, nunquam profectò vinces diuinam munerũ largitatem, etiam ſi omnia bona tua ei deferas, atque adeo te quoque ipſum addicas. nam & id ipſum eſt accipere, Deo dare, quanto plura deprom-

prompſeris, tanto plura ſemper ſupererunt. neq; verò quicquã dabis [86] proprium, cùm omnia ſint 86
à Deo, &, quemadmodum nemini licet, vmbrã præterire ſuam, quòd quantum ipſe procedas, tantum illa loco cedat, & æquali ſemper ſpatio præeat, vtque nequit corporis magnitudo ſupra caput ſeſe extollere, cùm ea ſit capitis natura, vt ſupra corpus ſemper extet, atque emineat, ita nos Deum beneficiis ſuperare minimè poſſumus: nihil enim damus, quod ab ipſo non acceperimus, quódque eius magnificentia atque liberalitate non ſit longè inferius. Cognoſce, & cogita vnde hæc tibi ſuppetant, quòd ſis, quòd ſpiritum ducas, quòd intelligas, ac ſapias, quòd, rem omnium maximam, Deum cognoſcas, quòd ad cœleſtis regni poſſeſſionem aſpires, ad parẽ cum Angelis dignitatem conſequendam, ad gloriam
intuendam, nunc quidem eam, quæ eſt in [87] ſpe- 87
culis & ænigmatibus, tunc autem perfectiorem
ac puriorem, quòd [88] factus ſis Dei filius, cohæ- 88
res Chriſti, atque adeò (dicam audacius) Deus ipſe. vnde tibi hæc omnia, & à quo? vel, vt minora, & ante oculos poſita percurram, quis tibi fa-
cultatem dedit [89] intuendi cœli pulchritudinem, 89
ſolis curſum, lunæ circuitum, ſtellarum multitudinem, & illam, quæ in his omnibus, tanquam
in lyra, [90] concinnitas atque ordo eodem ſemper 90
modo ſe habet? adde quatuor anni partium viciſſitudines, temporum mutationes, annorum
conuerſiones, [91] æquabilẽ diei atque noctis par- 91
titionem, vberrimos terræ fructus, aëris effuſio-
nem, [92] maris ſeſe effundentis ac ſuſtinentis lati- 92
tudines,

tudines,profunditates fluminum,ventorum flu-
xiones?quis dedit pluuias,agriculturam,alimen-
ta, artes, domicilia, leges, rerum publicarũ ad-
miniſtrationes,morum ac vitæ manſuetudinem,
mutuam inter homines familiaritatem , & con-
iunctionem ? vnde beſtiæ aliæ ad vſum tuum
manſuefactæ ac domitæ, aliæ ad veſcendum cõ-
93 ceſſæ ? quis te [93] Dominum & regem conſtituit
omnium,quæ ſunt ſuper terram ? quis denique,
ne ſingula enumerem,cuncta,quibus homo ce-
teris præſtat animantibus, largitus eſt?nonne is,
qui nunc præ omnibus & pro omnibus huma-
nitatem à te & benignitatem expetit ? & tamen
non erubeſcimus,ſi,qui tot, tantáque ab eo par-
tim acceperimus,partim ſperemus ne id quidem
vnum, humanitatem inquam ac benignitatem,
Deo tribuamus, ſed, cùm ille nos à feris ſe-
iunxerit, & ſolos ex omnibus animãtibus ratio-
ne ornauerit,ipſi noſmetipſos efferemus,& adeò
ſinamus nos deliciis corrumpi,vel infatuari,vel,
94 quid dicam neſcio,vt, quemadmodum [94] maſſa,
ac furfure, híſque male fortaſſe partis, ſic etiam
natura putemus nos eis ſuperiores , ac præſtan-
tiores eſſe ? & ſicut fuit quondam, quantum eſt
95 in [95] fabulis, vt audimus,genus quoddã gigan-
tum reliquis præcellens hominibus, ita nos iſtis
altiores erimus,& ſupra hominẽ? quaſi Nebrod
ille , vel Enach progenies affligens olim Iſraël,
vel illi , quorum cauſa diluuium terram expur-
gauit. & cum ipſe non erubeſcat pater noſter ap-
pellari, Deus qui eſt ac Dominus, nos noſtros
quoque cognatos renuemus ? Nequaquam,fra-
tres ca-

tres cariſſimi, nolimus mali eorum, quæ nobis credita ſunt, diſpenſatores eſſe, ne audiamus Petrum dicentem, [96] erubeſcite qui aliena tenetis, 96
Deique æqualitatẽ imitamini, & nemo erit pauper. ne laboremus in theſauris comparandis atque ſeruandis, ceteris inopia laborantibus, ne grauiſſimas in nos contumelias ac minas iactet diuinus Amos, aliâs quidem hiſce vtens verbis,
Amos 8. & 6. Age nunc qui dicitis, [97] quando tranſibit menſis, 97
& negociabimur; & ſabbatha, & aperiemus theſauros? & reliqua, quibus in eos, qui magnam & paruam poſſident ſtateram, Dei iram intendit:
aliâs [98] verò fortaſſe quidẽ & ipſas delicias coërcens, quippe cum ſoleat [99] ſatietas petulantiam 98 99
procreare, & quòd laſciuirẽt in lectis eburneis, eſſẽntque optimis vnguentis delibuti, ac tenerrimis quibuſque vitulis ex armentis, atque hædis ex gregibus ſeſe pinguefacerẽt, & ad vocem organorum concreparent, & verò etiam [100] magis 100
illud, quòd quicquam horum putarent ſtabile eſſe ac permanens: fortaſſe autem non tam iſta grauia exiſtimans, quàm quòd nihil paterentur ſuper contritione Ioſeph, deliciis ipſi diffluentes; hoc enim ad ſaturitatis reprehenſionem addit. Id nos ne committamus, nec adeò delicate, molliterque viuamus, vt Dei quoque benignitatem ſpernamus, grauiter iſtæc ferentis, quamuis non eueſtigio nec [101] recenti crimine iram adducat in 101
delinquentes. Imitemur ſupremam illam & primam legem Dei, qui pluit ſuper iuſtos & peccatores, ac ſolem omnibus ſimiliter facit oriri, quíque & terram cunctis terrenis animãtibus quietam pa-

tam patefecit, aperuit fontes, flumina,ſyluas, &
aërem aëreis,& aquam aquatilibus:& verò om-
nium rerum , quæ in primis ſunt ad viuendum
neceſſaria, copiam largitus eſt vniuerſis , nullius
imperio ſubiectam , nulla lege circumſcriptam,
nullis terminis definitam , ſed communem ean-
dem, & vberrimam , nec vlla propterea ex parte
deficientem ſuppeditauit,ſimul & æqualem na-
turæ conditionem atque honorem æquali mu-
nere honorans , et oſtendens diuitias ſuæ boni- Rom.2
tatis. at homines aurum, & argentum, & veſtiũ
molliſſimas quaſque & maximè ſuperuacaneas,
fulgentéſque gemmas, & reliqua huius generis,
quæ ſunt belli , ſeditionis , ac primæ tyrannidis
indicia,cùm defoderint , tum verò , quæ eorum
eſt inſania,tollunt ſupercilium, ſuíſque cognatis
in miſeria conſtitutis,claudunt viſcera miſericor-
diæ, ne his quidem rebus , quæ ipſis ſuperſunt,
illorum neceſſitatibus ſubuenire , animum in-
ducẽtes. proh inſipientiam,proh fatuitatem ho-
minum,qui,ſi nihil aliud,illud ſaltem non cogi-
102 tent, [102] paupertatem & diuitias, libertatem, quã
vocamus, ac ſeruitutem , atque alia huius modi
nomina poſterius hominum generi inuectas eſ-
ſe,quaſi peſtes quaſdam vnà cum malitia , cuius
103 etiam ſunt commenta,ad nos delapſas. [103] ab ini-
tio autem,inquit,non fuit ſic, ſed qui primo ho-
minem formauit , liberum dimiſit illum , ac ſui
iuris,vni tantum legi præcepti ſubiectum , diui-
tiíſque auctum in paradiſi delitiis collocauit,idẽ
profecto & reliquo hominũ generi ſumma vo-
luntate gratificatus per vnius primi parentis ſe-
men.

men. erat verò libertas & diuitiæ ſola præcepti
obſeruatio, quemadmodum vera fuit paupertas
ac ſeruitus eiuſdem tranſgreſſio. poſtea autem
quàm inuidiæ, contentiones, fraudulentáq; ex-
titit ſerpentis tyrannis, aſſidue homines volupta-
tis illecebris pellicens, & contra infirmiores au-
daciores incitans, diſrupta eſt humani generis
cognatio, & nomina introducta ſunt alieniſſima
ac diuerſiſſima, [104] auaritiáque & cupiditas, lege 104
etiam potentiæ ſuæ adiutrice vſa, naturalem no-
bilitatem ac dignitatem concîdit. Tu verò intue-
re, quæſo, primam illam æquabilitatem, non po-
ſtremam hanc varietatem, non eius, qui [105] impe- 105
rium occupauit, ſed illius, qui cuncta creauit, le-
gem. Subueni naturæ, quantum potes, priſcam
cole libertatem, tui ipſius te pudeat, generis la-
bem atque ignominiam contege, morbo mede-
re, inopiam ſubleua, valens ægrotum adiuua;
abundãs egentem; florens atq; integer iacentẽ &
afflictũ; lætus męrentẽ; [106] ſecundis rebus vigens 106
aduerſis languentem. Aliquam Deo gratiam re-
fer, quod eo numero ſis, qui poſſunt alios bene-
ficiis afficere, non qui aliorum indigent officiis,
quòd non tu in alienas manus reſpicias, ſed alij
in tuas. quære ditari non modo bonorum facul-
tate, verum etiam pietate; non ſolum auro, ſed
etiam virtute, vel potius hac ſolum, ea re tuo te
proximo oſtende honoratiorem, quòd eodem
te præbeas beneficentiorem. eſto calamitoſis
Deus, Dei miſericordia imitanda: nulla enim re
Deo propius accedit homo, quàm beneficentia.
quamuis hic quidem minora, ille verò maiora
confe-

conferat beneficia, pro ſua vterque, opinor, fa-
107 cultate, ille [107] creauit, &, cùm diſſoluerit, iterum
componit, tu lapſum & proſtratum ne deſpicias;
ille ſuam hominibus ad maxima commoda im-
108 pertitus eſt miſericordiam, tradẽs [108] poſt omnia
legem, Prophetas, & ante hæc naturalem legem
non ſcriptam, rerum agendarum indagatricem,
109 redarguens, admonens, erudiens, [109] poſtremo
redemptionem ſe ipſum offerens pro mundi vi-
ta, elargitus Apoſtolos, Euangeliſtas, doctores,
ſanitates, prodigia, reditum ad vitam, mortis de-
ſtructionem, trophæum de eo, qui victoriã fue-
rat conſequutus, teſtamentum in vmbra, teſta-
mentum in veritate, Spiritus ſancti diſtributio-
nes, nouæ ſalutis myſterium; tu, ſiquidem potes
110 etiam maiora præſtare, [110] quæque ad animam
iuuandam valeant (fecit enim Deus te his etiam
111 rebus locupletem, modo velis) [111] neque iis de-
ſiſtas benigne facere indigenti, quinimmo ea in
primis & maxime, petẽti te tribue, & ante quàm
petatur, tota die miſerendo, & commodando
doctrinam, ac ſumma contentione repetendo
112 [112] debitum cum vſura, eius, qui abs te adiutus
fuerit, acceſſionis, quam ſemper doctrinæ addit
is, qui prudenter in ſeipſo pietatis ſemina ſenſim
adauget: ſin minus, poſteriora ſaltem, ac minora,
& quæcunque in facultatem cadunt tuam, ſub-
miniſtra. porrige cibum, porrige attritum pan-
niculum, adhibe medicinam, colliga vulnera, in-
terroga aliquid de calamitate, de patientia diſſe-
re, appropinqua, ne dubites, nihilo propterea
deterius tibi fiet, nulla morbi contagione inficie-

ris,id licet opinētur nimis delicati, variis decep-
ti rationibus, vel potius hanc ſuæ [113] timiditati, 113
ſiue impietati prætendant excuſationem,ad igna-
uiam tanquam ad aliquod magnum ac prudens
remedium confugientes. hoc tibi perſuadeant
& rationes,& [114] medici, & miniſtri, iſtorum cō- 114
tubernales,quorum nulli adhuc fraudi fuit,hu-
iuſmodi morbo affectis appropinquaſſe.quòd ſi
etiam formidoloſa res videatur ac ſuſpicioſa; tu
tamen,ô ſerue Chriſti,Deíque atque hominum
amator,nihil in te admittas, quod minus ſit ge-
neroſum. fide confidito,vincat timiditatem mi-
ſericordia, timor Dei animi [115] mollitiem ante- 115
cellat his,quæ carni blandiuntur,ratiocinationi-
bus pietas,ne deſpicias,ne prętereas fratrem,né-
ue tanquam ſcelus, aut piaculū,aut aliam quam-
piam deteſtabilem rem & execrandam fugias,
atque abhorreas. tuum eſt membrum, tametſi
calamitate torquetur. tibi [116] derelictus eſt pau- 116
per tanquam Deo, licet tu animo præteruoles
admodum excelſo? fortaſſe enim his te verbis
flectam & commouebo, tibi offertur benignita-
tis occaſio, quamuis te à beneficiis accipiendis
alienet [117] alienùs, omnis, qui nauigat, propin- 117
quus eſt naufragio,ac tanto magis,quanto auda-
cius nauigat,& omnis,qui corpore eſt circunda-
tus,propinquus eſt corporis incommodis,& eò
magis,quò erectior inceſſerit, nec aſpexerit ante
pedes poſitos. dum ſecūdis ventis nauigas,nau-
frago manum porrige,dum rectè vales,& affluis
diuitiis,ægrotanti atque inopi ſubueni, ne expe-
ctes in te ipſo diſcere, quantum malum ſit inhu-
manitas,

manitas, & quale bonum, viſcera indigentibus
118 aperire. noli committere, vt [118] leuet manum ſuã
Deus contra eos, qui tollunt ceruices, & præte-
reunt pauperes. in alienis calamitatibus iſtæc e-
docearis, da quidpiam vel paruum egenti, neq;
enim paruum eſt ei, qui omnium rerum egeſtate
119 premitur, at nec etiam Deo, [119] modò ſit pro fa-
cultatibus. da loco magni muneris egregiã ani-
120 mi alacritatẽ, ſi nihil habes, collacryma. [120] ma-
gnum eſt miſero ſolatium miſeratio, quæ ex ani-
mo proficiſcitur, ſolétq; dolor ingenue imper-
titus, calamitates plurimum ſubleuare. non eſt
homo tibi profecto, ô homo, vilior iumento,
quod, ſi ceciderit in foueam, aut errauerit, erige- Deut. 22.
re te ac reducere, lex iubet; ſi quidem & aliud
quidpiã cælans ſecretius atq; profundius, cuiuſ-
121 modi ſunt multa legalis profunditatis, ac [121] du-
plicis ſenſus, non eſt meum perſpicere, ſed eius,
qui omnia ſcrutatur & cognoſcit, ſpiritus. quã-
tum autem ego percipere poſſum, & quantum
in meam cadit intelligentiam, exercens nos atq;
excitans ab ea, quæ paruis in rebus verſatur, hu-
manitate ad illam, quæ ad præſtantiora ac maio-
ra pertinet: quanta enim tãdem debetur his, qui
eiuſdem ſunt generis, eiuſdémque conditionis,
quæ etiam in iis, quæ ratione carent, animanti-
bus tantopere exigitur? Hæc igitur ratio ſuadet,
hæc iubet lex, hæc monent probiſſimi quíque
122 homines, qui [122] quidem antiquius habent be-
neficium dare, quàm accipere, quibúſque mi-
ſericordia emolumento potior eſt. quid autem
123 dixeris de [123] noſtris ſapientibus? mitto enim ex-

ternos , qui quidem Deos ſuarum cupiditatum patronos comminiſcentes,& [124] Mercurio , tan- 124
quam quçſtuum præſidi,primas deferunt,& verò, quod peius etiam eſt atque iniquius , ius eſt apud quaſdam nationes , [125] homines quibuſ- 125
dam dæmonibus immolare , & pars pietatis apud ipſos eſt inhumanitas , atque huiuſcemodi ſacrificiis tum ipſi gaudent,tum ſuos Deos gaudere exiſtimant, mali malorũ ſacerdotes ac Myſtæ: ſed ſunt quidam ex noſtris , quod etiam lacrymis dignum eſt,qui,tantum abeſt,vt ægrotãtium vicem doleant, iiſque ſubueniant, vt etiam contumelioſe , acerbéque in eos inuehantur,& vana quædam atque inania philoſophentur, veréq; è [126] terra voces edant, & in aëra loquantur, 126
& non in aures bene intelligentes , diuiniſque aſſuetas dogmatibus , nec dubitent affirmare, à Deo proficiſci, vt illi quidem aduerſiſſimis, ipſi verò ſecundiſſimis rebus vtantur . Et quis ego ſum, inquiunt, qui Dei decretum reſcindam,ac velim Deo benignior videri?laborent,afflictentur,omnibus premantur ærumnis, ſic viſum eſt; & hîc ſolum Dei ſe cupidos ac ſtudioſos oſtendunt , vbi de pecunia conſeruanda agitur,déque calamitoſis petulanter vexandis. Quòd igitur hi non à Deo putent ſe vitæ proſperitatem habere, ex ipſorum verbis aperte perſpicitur : quis enim iſto pacto de egentibus diſſereret & conſtitueret,qui Deum bonorum ſuorũ auctorem agnoſceret? [127] eiuſdem nimirum eſt, Deo quidpiam 127
acceptum referre, & his, quæcunque habet , ex Dei voluntate vti. De illis autem,vtrum incom-

moda,

moda,quibus afficiuntur, à Deo habeāt, nec ne,
128 conſtare non poteſt, quandiu [128] materia vel à ſe
ipſa,fluctus inſtar,varios ſine vllo ordine motus
affert.& quis ſcit,an ob improbitatem hic quidē
puniatur, ille autem tanquam probatus extolla-
tur,& non è contrario hic quidem ob vitium ef-
feratur, ille verò ob virtutem probetur:ille plus
elatus,vt & cadat difficilius,totā permiſſus prius,
quaſi quandam peſtem, nequitiam ſuam effun-
dere, quò etiam iuſtiore afficiatur ſupplicio: hic
129 & præter opinionem depreſſus,vt,tanquā [129] au-
rum in fornace,probatus, vitij ſiquid reliquum
ſit, id totum expurget? qui enim mundus ſit à
130 ſordibus,mortalium,vt [130] audiuimus, eſt planè
nemo,quamuis alius alio videatur probatior:in-
131 uenio enim etiam [131] tale quodpiam in diuina
ſcriptura myſterium, & longum eſſet, omnes
Spiritus ſancti voces,quæ me ad id ferunt, enu-
merare. quis verò poſſit,arenam maris,& pluuię
guttas, & profundi altitudinem metiri? quiſue
Dei omnibus in rebus ſapientiæ profunditatem
inueſtiget,qua cuncta & creauit,& eo, quo ipſe
vult & ſcit, modo gubernat? ſatis fuerit, nos,
diuinum Apoſtolum ſequutos, vbi admira-
ti tantum fuerimus eius coniiciendæ ac perſpi-
ciendæ difficultatem, pertranſire: ô altitudo di-
uitiarum,& ſapientiæ,& ſcientiæ Dei, quàm in- *Rom. 11.*
ſcrutabilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ
132 eius! & quis [132] cognouit mentem Domini! ad
ſummum ſapientiæ ipſius quis peruenit! inquit *Iob 11.*
Iob. Quis ſapiens & intelligit iſta, ac non po-
tius incomprehenſibilitate metietur id,quod eſt

ſupra menſuram? Alius igitur ſit in his enunciã-
dis audax & animoſus, vel potius nemo ſit hu-
iuſmodi, ego certè non auſim, huiuſce vitæ incõ-
moda improbitati, cõmoda verò probitati pror-
ſus attribuere: [134] quamuis enim ob aliquam ali- 134
quando vtilitatem & mali incommodis affician-
tur, vt ſcilicet vitio mora, impedimentúmque
inferatur, & boni commodis, quo facilius poſ-
ſit virtus excurrere, id tamen non ſemper ita fit,
nec omnino: [135] ſed hoc eſſe conſtat ſolũ futuri 135
temporis, quo tempore probi vtiq; virtutis præ-
mia, improbi vitij pœnas accipient. reſurgent e-
Ioan. 5. nim, ait, hi quidem in reſurrectionem vitæ, hi
verò in reſurrectionẽ iudicij: quæ autẽ hîc ſunt,
alterius eſſe videntur formæ, & alterius dedu-
ctionis, cum omnia illuc ferant, quippe quòd ea
etiam, quæ nobis apparet, inæqualitas quandam
habet prorſus apud Deum æqualitatem, [136] licet 136
hoc videre in corpore, in quo cum membra alia
ſint eminentia, alia depreſſa; alia magna, alia par-
ua; itémq; in terra, quæ cum alibi ſeſe efferat, ali-
bi demittat, ex omnibus tamen partibus mutua
cuiuſque inter ſe habitudine ea, quam cernimus,
pulchritudo conſtituitur: ſiquidem & [137] ar- 137
tificis prima illa circa materiam inordinatio atq;
inæqualitas valde erat artificioſa, ſi ad alicuius
operis conſtitutionẽ accommodaretur. id quod
nos quoq; tunc percipiemus ac fatebimur, cum
elaborati iam operis & abſoluti pulchritudinem
aſpexerimus. at nec ille expers erat artis, quem-
admodum nos, nec iſta ſine ordine gubernan-
tur, quamuis ratio ſit nobis quidem incognita.

Quòd

Quòd ſi lubet, aliquam etiam ſimilitudinem ac-
cipere huius noſtræ affectionis, non longè ab-
ſumus à nauſeantibus, & ab his, qui vertigine la-
borant; quibus quidem videntur omnia verti,
ipſi cum vertātur. ſic quodammodo affecti ſunt
138 iſti, de quibus ſermo nobis eſt; [138] neq; enim pa-
tiuntur, Deum ſe ſapientiorem eſſe, ſi ad aliquem
rerum euentum, quaſi vertigine correpti, vacil-
139 lent, oportebat verò iſtos vel [139] laboraſſe in in-
daganda ratione, ſperantes fore, vt ipſorum for-
taſſè labori ac ſtudio veritatis cognitio tribuere-
tur, vel cum ſapientioribus ſe & magis ſpiritua-
libus iſtæc philoſophari, (quandoquidē & iſtud
vnum eſt chariſma, nec cuiuſuis eſt ſcientia) vel
puritate vitæ hanc venari, & à vera ſapientia ſa-
pientiam quærere, nunc autem, proh inſcitiam,
ad id, quod magis eſt in promptu, ſeſe vertunt,
&, cum nequeant ipſi rationem intelligere, ſine
ratione omnia in hoc mundo adminiſtrari, falſo
140 dictitant, & ſunt ob [140] inſipientiam ſapiētes, vel,
ob inſipientiā, vt ita dicam, nimiā inſipientes atq;
141 imprudentes. [141] hinc alij quidem fortunam &
caſum inſtituerunt, inuenta vere caſu & fortuitu
excogitata atque efficta; alij ſiderum vim quan-
dam ac potentiam irrationalem ſimul & indiſ-
ſolubilem, quæ res noſtras ad arbitrium ſuum
connectant, vel potius connectere cogantur. &
verò errantium quarundam, inerrantiúmque
ſtellarum acceſſus atque receſſus, & motum o-
mnibus in rebus dominantem confinxerunt, alij
alia pro ſua quiſq; coniectura miſero hominum
generi afferentes introduxerūt, iis, quæ ad ipſam

prouidentiam ſpectantia, cogitatione aſſequi, ac mente complecti nemo poteſt, in diuerſas opiniones, appellationéſque diſpertitis. Nec defuerunt qui multæ etiam inopiæ prouidentiam condemnarent, quæ quidem ſupra nos ſunt, ipſa gubernari ſtatuentes, vſque ad nos autem, qui ea vel maximè indigemus, illam deducere addubitantes: quaſi verò timerent, ne, ſi plures beneficiis afficerentur, nimis beneficum exhiberẽt benefactorem, néue defatigaretur ipſis Deus, ſi ſuã in plures exerceret beneficentiam: ſed iſti quidẽ, vt dicebam, explodantur atque eiiciantur, ſiquidem & rectè eos preueniens ſcriptura vlta eſt, e-
Rom.1. uanuit enim, inquit, inſipiens cor eorum, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei [142] fabulis qui- 142
buſdam & vmbris, inſignem ei, quæ omnia peruagatur, prouidentiæ facientes iniuriam. nos autem nec ipſi huiuſcemodi monſtra comminiſcamur, ſiquid ipſa nobis cordi eſt [143] ratio, rationis 143
ipſi participes cum ſimus, & rationis cultores, nec alios comminiſcẽtes probemus, etiam ſi mira linguæ volubilitate ſuas abſurdas rationes atque ſententias euoluant, ac ſtudeant nouitate delectare: ſed & Deum eſſe omnium rerum effectorem, opificémque credamus (quî enim potuiſſet vniuerſus hic mundus cõſtare ſine conditoris & compoſitoris opera?) & prouidentiam ſimul introducamus, eiuſdem mundi conſeruatricem ac moderatricem: quorum enim effectorem ponimus eſſe, eorundem & rectorem ponamus neceſſe eſt, niſi velimus, hanc rerum vniuer-

ſitatem

ſitatem caſu & fortuitu, velut nauis turbine, iactatam, continuo propter inconſtantiam, mutabilitatémque materiæ diſſolui ac diſſipari, & ad antiquam illam confuſionem, permiſtionémque recidere. in primis verò noſtris rebus gu-
144 bernandis noſtrum fateamur præeſſe ſiue [144] factorem, ſiue formatorem dicere mauis, licet vita
145 hæc noſtra per [145] contraria traducatur: quæ & idcirco ſunt nobis fortaſſe incognita, vt propter cognoſcendi difficultatem ſupremam illam rationem admiremur: quicquid enim facilè percipitur, id ſolet ferme deſpici: quæ verò ſupra nos ſunt, quò cognitionem habent difficiliorem, eò maiorem mouent admirationem, & quæ appetita fugiunt, exercent augéntque deſiderium. Quamobrem nec ſanitatẽ omnem ſuſpiciamus,
146 nec morbum planè reſpuamus, neque [146] diuitiis fluentibus ſimus addicti, corde plus, quàm par eſt, rei fluxæ inhærentes, & quaſi animæ partem in illam inſumentes, neque paupertatem tanquã rem aliquam prorſus exploſam atque damnatã, omnibúſque odioſam inſectemur. ſed animum inducamus & ſanitatem deſpicere inſipientem, cuius fructus eſt peccatum, & morbum honorare innocentem, reuerentes eos, qui ex morbo-
147 rum cruciatibus victoriam reportarunt, [147] nequis forte Iob inter ægrotantes lateat, multò ſane his, qui bona vtuntur valetudine, auguſtior
148 ac ſanctior, etiam ſi [148] ſanie ſcateat, etiam ſi noctes diéſque miſere affligetur ſub dio manens, & à plaga, ab vxore, ab amicis in ſummas anguſtias adductus. ſimiliter et diuitias reiiciamus in-

iuſtas, ob quas iuſte cruciatur diues ille in flam-
ma, ac paruam petit aquæ guttam, qua refrigere-
tur: & paupertatem probemus [149] gratias agentē 149
ac patientē, qua cum Lazarus ſaluatur, & ſempi-
terna illa in ſinu Abrahæ quiete ditatur. verum
mihi quidem videtur, hanc etiam ob cauſam de-
bere nos omnino humanitatis ac pietatis officia
in egentes conferre, vt his, qui iſtis de rebus ita
ſunt affecti, os [150] obſtruamus, nec vanis ceda- 150
mus rationibus, grauem [151] contra noſmetipſos 151
crudelitatis legem ſtatuentes. Omnium autem
maxime mandatum reuereamur ac documentū.
& quod tandem mandatum? conſiderate, quæ-
ſo, quàm conſtans, atque germanum: neq; enim
ſemel, aut bis aliquid de pauperibus cum dixiſ-
ſent viri diuino ſpiritu afflati, deſierunt, neque hi
iſtæc ediderunt, illi non item, vel alij quidē ma-
gis, alij verò minus, tanquam non de re maxima
& grauiter vrgenti, ſed omnes, & ſummo quiſq;
ſtudio vel primum, vel in primis id pręcipere nō
deſtiterunt, aliâs cohortando, aliâs minitando, a-
liâs conuitiis vrgendo, nonnunquam etiam eos,
qui in hoc rectè ſe gererēt, commendando, quo
magis aſſiduitate admonitionis mandatum con-
firmarent, ac ratum facerent. Propter miſeriam
inopum, inquit, & gemitum pauperum nunc ex-
Paral. 11. urgam, dicit Dominus. quis non metuat exur-
Pſal. 9. gentem Dominum? & exurge Domine Deus
meus, exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pau-
perum. deprecemur huiuſcemodi exaltationem,
nec velimus videre [152] eleuatam manum contra 152
inobedientes, & vero etiam magis in duriores
inten-

intentam. &, non eſt oblitus clamorem paupe- *Pſal.9.*
rum. &,non in finem obliuio erit pauperis. &, o- *Pſal.9.*
culi quidem eius in pauperem reſpiciunt, id eſt *Pſal.10.*
153 palpebra [153] præſtantius ac potius. palpebræ verò eius interrogant filios hominum, id eſt inferior, quomodo dixerit quis, inſpectio & ſecun-
154 da. At [154] dicat forte quiſpiam, pro his inopibus ac pauperibus hæc dicta ſunt, in quos iniuriæ inferuntur. non contradico. ſed te certè vel iſtud ad humanitatem ſtimulet, atque excitet: quorum enim, ſi quam patiantur iniuriam, tanta habetur ratio, horum profecto pro beneficiis, ſi quibus
155 afficiātur, maior debebitur gratia: ſi [155] enim qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, honorat certè opificem is, qui eius opus amplecti-
156 tur. [156] Rurſus cum audis, pauper & diues obuiauerunt ſibi, vtroſque autem Dominus fecit, nolim exiſtimes, hunc quidem pauperem, hunc verò diuitem à Deo factum eſſe, vt etiam vehementius inſultes in pauperem: non enim perſpicuum eſt, ſit, nec ne ſit à Deo talis diſtinctio. ſed figmentū Dei ſunt, inquit, pariter vtriq;, quamuis res externæ ſint inæquales: iſtud verò te ad miſericordiam ac pietatem flectat, vt cum ob illas elatus fueris, ob iſtud contraharis, & fias te ipſo moderatior. Quid præterea? qui miſeretur pauperis, Deo, inquit, fœneratur. quis non libē- *Prou.19.*
157 ter talem recipiat debitorem, qui [157] redditurus eſt in tempore id, quod mutuum acceperit, cum
158 vſura? [158] Per miſericordiam, & fidem purgantur peccata: purgemur igitur, miſericordiam impertiēdo, eluamus pulchra hac herba animarum

ſordes

ſordes atque maculas, & dealbemus alij velut lana, alij ſicut nix, ſecundum proportionem miſericordiæ. [159] Addam aliquid etiam formidabi- 159
lius, ſiquidem nullum ineſt tibi [160] vulnus, nul- 160
lus liuor, nulla plaga tumens, nec vlla animæ lepra ſiue tactus ſignificationis, ſiue candor, quæ paulum quidem lex purgabat, egent verò Chri-
ſto curante: at [161] certè illum, qui pro nobis vul- 161
neratus atque attritus eſt, reuerere: reuereberis autem, ſi erga eum, qui Chriſti membrum eſt, benignum te & humanum præſtiteris; ſin au-
tem adeo te ille [162] animarum noſtrarum latro ac 162
tyrannus forte vulnerauerit, vel à Hieruſalem in Hierico deſcendentem, vel aliquo alio in loco inermem atque imparatum adortus, vt vere poſſis illa effari: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. ſi, inquam, ita te habes, vt neque medicinam inquiras, nec vllā curandi tui rationem reperias: heu vere plagam accepiſti mortiferam, & ad extremam deueniſti calamitatem. ſi tamen nondum prorſus deſperaſti, nec inſanabili morbo laboras, accede ad me-
dicum, deprecare, [163] vulnera vulneribus cura, 163
ſimili ſimile cōpara, vel potius minoribus ma-
Pſal.34. ioribus medere. dicet animæ tuæ, ſalus tua ego
Luc.8. Ioan.5. ſum, & fides tua te ſaluam fecit: &, ecce ſanus factus es. omnibus deniq; humanitatis verbis tecum aget, modò te videat humanitatem in cala-
Matt.5. mitoſos exercere. Beati, inquit, miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, non infimum in beatitudinibus locum obtinet miſe-
Pſal.40. ricordia. &, beatus qui intelligit ſuper egenum

& pau-

&c pauperem. &c, iucundus homo qui miſeretur Pſal.111.
&c commodat. &c, tota die miſeretur &c commo- Pſal.36.
dat iuſtus. arripiamus beatitudinem, intelligen-
164 tes vocemur, iucundi efficiamur, ne [164] nox qui-
165 dem miſericordiam interpellet tuam. [165] ne di-
cas, vade, &c reuertere, &c cras dabo tibi. nullum
interuallum ſit interiectum inter inclinationem
voluntatis ad bene merendum, &c ipſum bene-
ficium; ſola nimirum beneficentia nullam reci-
pit moram. Frange eſurienti panem tuum, &c Eſa.58.
pauperes ſine tecto induc in domum tuam, ídq;
166 [166] prompto animo: qui enim miſeretur, inquit,
in hilaritate, &c quidem duplicatur tibi bonum Rom.12.
ob animi alacritatem: quod enim ex triſtitia, aut
ex neceſſitate promitur, ingratum eſt &c minimè
decorum. eſt verò beneficentia cum ſumma ani-
167 mi lætitia, non cum mœſtitia colenda. ſi [167] ab-
ſtuleris, inquit, colligationem &c ſuffragationem
(minutam id ego ratiocinationem interpretor,
&c probationem, ſiue hæſitationem) &c verbum
murmurationis. quid fiet? ſanè quàm magnum
quoddam &c admirabile, qualis &c quanta huius
168 rei merces? [168] erumpet matutinum lumẽ tuum,
&c ſanitates tuæ cito orientur. quis igitur lumen
ac ſanitatem non deſideret? Ego verò vereor &c
169 Chriſti [169] loculos, qui quidem nos ad egenos a-
lendos hortantur: &c Pauli, Petríque conſpira-
tionem, quòd Euangelium diſpertiti, pauperes
171 commune opus fecerunt, &c [171] adoleſcẽtis illius
perfectionem in eo definitam, &c lege ſancitam,
172 vt facultates ſuas daret pauperibus. [172] Putas nõ
eſſe tibi neceſſariam benignitatem erga homi-
nes, ſed

nes,ſed voluntariam?nec legem,ſed admonitio-
nem?valde & ego hoc velim,& crediderim. ſed
Mat.25. terret me ſiniſtra illa manus, terrent hædi,& ea,
quæ criminis loco obiiciuntur ab eo , qui illic
ipſos ſtatuit, non hanc profecto ob cauſam in il-
lum ordinem condemnati , quod furtum fece-
rint,vel ſacrum abſtulerint, vel mæchati fuerint,
vel tale aliquod flagitium lege prohibitũ admi-
ſerint, ſed quia Chriſtum in pauperibus curare,
prætermiſerint.ſi quã igitur fidem mihi quidem
habetis,ſerui Chriſti,& fratres,& coheredes,dũ
tempus eſt , Chriſtum viſitemus, Chriſtum cu-
remus, Chriſtum paſcamus, Chriſtũ veſtiamus,
Chriſtum [173] hoſpitio accipiamus,Chriſtum ho- 173
noremus non ſolũ [174] menſa,vt nonnulli,aut vn- 174
guẽtis,[175] vt Maria,nec ſepulchro ſolũ,vt Ioſeph 175
Arimathæus,aut iis,quæ [176] ad ſepulturam perti- 176
nent , vt Nicodemus , ex dimidia tantum parte
Chriſti amator,aut auro,thure,& myrrha,vt an-
Mat.2. te iſtos,quos dixi,Magi fecerunt.ſed quãdo mi-
Oſee 6. ſericordiam vult, & nõ ſacrificium omnium rerũ
Dan.3. Mich.6. Dominus,potiórq; ipſi eſt miſeratio,multis mil-
libus agnorum pinguium, hanc ei per egẽtes, &
humi hodie ſtratos offeramus, vt [177] cũ hinc de- 177
ceſſerimus,recipiãt nos in æterna tabernacula in
ipſo Chriſto Domino noſtro, cui gloria, & im-
perium in ſecula ſeculorum. Amen.

S. GRE-

S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN NATALEM DIEM SALuatoris noſtri Oratio.

1 CHRISTVS [1] naſcitur,glorificate,
Chriſtus de cœlis , occurrite,
2 [2]Chriſtus ſuper terram,exaltami-
ni.cantate Domino omnis terra,
3 [3]&,vt vtraque in vnum compre-
hendam,lætentur cæli,& exultet
4 terra [4] ob cæleſtem , deinde terreſtrẽ. [5]Chriſtus
5 in carne,tremore,& gaudio exultate,tremore ob
6 peccatũ, gaudio propter ſpem. [6] Chriſtus ex vir-
gine,virginitatẽ mulieres ſeruate,vt Chriſti ma-
tres efficiamini. quis nõ illum adoret,qui ab ini-
tio eſt?quis non ſummis eũ laudibus efferat , qui
8 nouiſſime venit? [8] iterũ tenebræ ſoluuntur, iterũ
9 lux ſubſiſtit; [9] iterũ Ægyptus tenebris plectitur,
10 iterũ Iſraël columna illuminatur.[10] Populus,qui
ſedebat in tenebris ignorãtiæ, videat lucem ma-
11 gnã ſcientiæ. [11] vetera tranſierunt, ecce facta ſunt
omnia noua. littera cedit,ſpiritus præualet; vm-
12 bræ prætereunt, veritas ſuccedit. [12] Melchiſedec
connectitur,qui ſine matre erat,fit ſine patre, ſi-
13 ne matre prius , ſine patre poſterius. [13] leges na-
turæ diſſoluuntur, ſupernum ſuppleri mundum
14 oportet. Chriſtus iubet,ne obſiſtamus.[14] omnes
gẽtes plaudite manibus,quia paruulus natus eſt
nobis,filius datus eſt nobis,cuius principatus ſu-
per humerum eius, ſi quidem cum cruce pariter
extolli-

extollitur, & vocatur nomẽ eius magni conſilij,
patris, Angelus. [15] clamet Ioãnes, Parate viã Do- 15
mini . Ego clamabo huius diei virtutẽ. qui car-
nis eſt expers, carnem aſſumit, verbum craſſeſcit,
inuiſibilis videtur, impalpabilis palpatur , qui
nullum habet temporis principium, incipit eſſe,
Dei filius fit filius hominis, [16] Ieſus Chriſtus he- 16
ri, & hodie, ipſe & in ſecula. [17] ſcandalizẽtur licet 17
Iudæi, irrideant gentiles, garriant hæretici. tunc
credent , [18] cùm viderint eum in cælũ aſcenden- 18
tem. quòd ſi ne tunc quidẽ, at certè cùm de cælo
deſcendentem , & tanquam iudicem ſedentem
aſpexerint. ſed hæc [19] poſterius. Nunc ſolẽnia illa 19
inſtãt ſacra, quæ Theophania, ſiue Genethlia di-
cuntur, duobus nominibus vni & eidẽ rei impo-
ſitis: apparuit enim Deus hominibus per natiui-
tatẽ, partim quidem exiſtens, ac ſemper exiſtens
ex eo, qui ſemper eſt, ſupra omnem cauſam atq;
rationẽ, [20] nec enim erat ipſa ratione ratio ſupe- 20
rior, partim verò noſtra cauſa genitus poſterius,
vt, qui vitam dederat, idem rectã ac beatã vitam
largiretur. [21] vel potius vt nos à recta , beatáque 21
vita propter iniquitatẽ delapſos, ad eandem rur-
ſus reduceret per carnis aſſumptionem . nomen
igitur ductũ eſt ex eo, quòd apparuit, Theopha-
nia; ex eo, quòd eſt genitus, Genethlia. ſolemnia
hęc ſacra obimus, feſtum hunc diem agimus ho-
die, aduentus Dei ad homines, vt nos ad Deum
[22] veniamus, vel, vt magis proprie dicam, redea- 22
mus, vt veterem hominem deponentes, nouum
induamus , &, quemadmodum in Adam perie-
ramus , ita in Chriſto viuamus, Chriſto & con-
nati,

nati,& confixi cruci, & conſepulti,& conſurgē-
tes : oportet enim me pulchram hanc pati con-
uerſionem, & ſicut ex commodis venerunt incō-
moda, item ex incommodis redire cōmoda: vbi
enim abundauit delictum, ſuperabundauit gra- Rom.5.
tia,&,ſi guſtus damnauit, quanto magis Chriſti
paſſio iuſtificauit? Hunc ergo diem feſtum cele-
bremus,non panegyrice,ſed diuine,non terreſtri
23 modo,ſed cœleſti;nō [23] noſtram rem agētes, ſed
24 noſtri, vel potius Domini; non ea, [24] quæ ad in-
firmitatem pertinent, ſed quæ ad ſanitatem; non
ea,quæ ſunt formationis,ſed quę reformationis.
id autem qua nam ratione aſſequamur? nempe ſi
25 non ædium [25] veſtibula coronemus, non conſti-
tuamus choros,non exornemus plateas,nō ocu-
26 los paſcamus, non aures [26] permulceamus tibia-
rũ ſonis,non effœminemus odoratum, nō leno-
cinemur guſtui,nō deſeruiamus tactui,procliui-
27 bus ad vitiũ viis,& aditibus [27] peccati, non veſti-
bus emolliamur mollibus ac circũfluentibus, &
28 [28] quarũ pulcherrima quæq; eſt maxime inutilis,
non gemmarum fulgore,non auri ſplendore,nō
29 [29] colorum fucis,qui naturalē ementiuntur pul-
chritudinem,& contra imaginē ſunt reperti;non
30 [30] comeſationibus, & ebrietatibus, quibus ſcio
cubilia & impudicitias cōnexa eſſe, quandoqui-
dē malorum præceptorum malę ſunt diſciplinę,
vel potius prauorũ ſeminum prauæ ſegetes; non
31 altos [31] ſternamus toros vētri ea,quæ ad delicias
attinent,extruentes; non vina odorum ſuauitate
fragrantia,non fucoſas coquorum conditiones,
non pretioſas vnguentorũ compoſitiones in ho-

nore habeamus,non [32] terra & mare honoratum 32
nobis ſtercus largiantur; ſic enim ego honorare
didici delicias; non contendamus alter alterum
intemperantia ſuperare:intemperantia enim mea
quidem ſentētia dici poteſt, quicquid eſt ſuper-
uacaneum ac minus neceſſarium,præſertim cum
eſuriāt atque egeant alij,ex eodem luto, eadem-
ǫue temperatione facti. Sed hæc quidem græcis
& græcorum pompis ac panegyricis ludis relin-
quamus,qui & [33] Deos opinantur nidore lętari, 33
& conſequenter diuinum numen ventre colunt,
mali malorum [34] dæmonum & fictores, & My- 34
ſtagogi, & Myſtæ.Nos verò,qui verbum adora-
mus,ſi quid iuuat deliciari, in verbo deliciemur
& in lege diuina, illiúſque explicationibus tum
ceteris,tum his,quę ad hodiernum diem feſtum
pertinent, vt propriæ ſint deliciæ,& ab [35] eo, qui 35
conuocauit, minime alienæ. Num verò vultis,
ego enim vos hodie ad epulas recepi, his de re-
bus ſermonem ego vobis, lectiſſimis conuiuis,
quàmmaxime potero opipare ac magnifice ap-
ponam, vt intelligatis, quomodo poſſit [36] pere- 36
grinus ciues paſcere, ruſticus vrbanos,delicatos
deliciarum expers,bonorū omnium copia ſplē-
didos pauper & ſine tecto? [37] ordiar autem hinc. 37
ac vós,quæſo,& mentem,& auditum,& cogita-
tionem expurgate, quicunque huiuſmodi oble-
ctamini lautitia:eſt enim oratio nobis de Deo &
de rebus diuinis inſtituta,vt veris deliciis, [38] quæ 38
non euacuantur,ſaturati abeatis. conabimur ve-
rò eam [39] pleniſſimam,ſimul & breuiſſimam effi- 39
cere,vt neq; defectu triſtitiā pariat,neque minus
ſit iu-

40 ſit iucunda ob ſatietatem. Deus [40] erat quidem
ſemper, & eſt, & erit, vel potius ſemper eſt: erat
enim, & erit, ſunt quędam temporis, quo res no-
ſtras metimur, fluxæq; naturæ particulæ. Ille au-
tem ſemper eſt qui eſt, atq; ita ipſe ſe ipſum no-
minat, dum Moyſi in monte verba facit: omne Exod. 3.
enim in ſe ipſo cōprehenſum eſſe continet, quod
quidem nunquam incæpit, nec deſinet vnquam,
quaſi quoddam infinitum atq; indeterminatum
eſſentiæ pelagus, omnem planè ſuperans tum
temporis, tum naturæ notionem, ſola mente ad-
umbratum, eáque admodum obſcure & modi-
41 ce, non [41] ex his, quæ ſunt ſecundum ipſum, ſed
ex his, quæ circa ipſum, alia ex alia re ſpecie col-
lecta ad vnum aliquod veritatis ſimulacrum ef-
fingendum, ante, quàm comprehendatur, effu-
giens, & prius, quàm concipiatur, præteruolans,
42 [42] tantum modo illuminās principem animi no-
ſtri partem, eiúſq; purgati, quantum viſum illu-
ſtrat fulgoris celeritas non ſubſiſtentis, eam cer-
te ob cauſam, quemadmodum mihi videtur, vt
43 [43] ex ea parte, quatenus percipitur, ad ſe attrahat;
quod enim percipi nullo modo poteſt, id nec
ſperamus omnino, nec aggredimur vnquā; qua-
tenus verò percipi nequit, admirationē moueat,
44 [44] admirationem autem cum mouerit, vehemen-
tius comcupiſcatur, concupitum expurget, ex-
purgatos Deo ſimiles efficiat; talibus autem ef-
fectis nobiſcum iam tanquam cum ſuis intimis
congrediatur, iuueniliter exultāt oratio, Deus
diis vnitus, & cognitus, ac tantum fortaſſe, quan-
tum iam cognoſcit eos, qui ſunt ab ipſo cogniti.

Infinitum eſt igitur numen diuinum & cognitu difficillimum, atque id ſolum de eo plane percipitur, eſſe ſcilicet infinitum, tametſi exiſtimet
[45] quis propterea quòd ſimplicis ſit naturæ, aut 45
ex nulla omnino, aut prorſus ex omni parte cognoſci poſſe: nos enim, quidnam illud exiſtens, ſimplicis ſit naturæ, perquiſierimus: neque enim profecto id ipſum, quod ſit ſimplex, eius eſt natura, ſi quidem nec compoſitorum natura id ſolum eſt, quòd ſint compoſita. Cum autem infinitũ dupliciter conſideretur, tum quo ad principium, tum quo ad finem; quod enim ſupra hæc eſt neque in his concluditur, id vtique infinitum eſt, cum quidem mens in ſuperiorem immenſitatem ſuſpexerit, non habens vbi inſiſtat, ſéque notionibus de Deo formandis ſuſtineat, quod hic eſt infinitum atque impenetrabile, principio carens appellat; cum inferiora, & quæ deinceps connexa ſunt, deſpexerit, immortale ac perenne; iam verò cum vtraque contulerit, æternum.
nam [46] æuum neq; tempus, neque temporis pars 46
eſt; nec enim vlla continetur menſura; ſed quod nobis tempus, ſolis curſu dimenſum, id eſt ſempiternis rebus æuum. quod quidẽ cum his, quæ ſunt, pariter extenditur, quaſi quidam motus ac ſpatiũ temporis. Atque hæc ſatis ſit de Deo nunc diſſeruiſſe: neque enim plura perſcrutari tempus eſt, cum ſit nobis propoſitum, non ea, quæ
ad [47] Theologiam pertinent, tractare, ſed quæ ad 47
Oeconomiam. Deum autem cum dico, patrem intelligo, & filium, & ſpiritum ſanctum, neque
[48] ſupra hæc deitate diffuſa, ne deorum turbam 48
intro-

introducamus,neque infra hæc concluſa,ne dei-
tatis penuria damnemur, vel cum Iudæis facien-
tes, ſi Monarchiam ſtatuamus, vel cum gentili-
bus,ſi deorum multitudinem inducamus: in v-
triſque enim ſimile ineſt vitium, quamuis in cō-
49 trariis reperiatur. ſic igitur ſe habēt ſancta [49] ſan-
ctorum, quæ & à Seraphim velantur, terníſque
ſancti glorificantur vocibus, in vnam conueniē-
tibus dominationem ac deitatem. quod etiam a-
50 lius [50] quidam eorum, qui ante nos fuerunt, pul-
51 cherrime,altiſſiméq; philoſophatus eſt. [51] Quo-
niam verò non ſatis id erat bonitati diuinæ, vt
ſolum ſui ipſius contemplatione moueretur,ſed
oportebat bonum longius diffundi, ac manare
latius, quò pluribus ſeſe impertiret; hoc enim
52 ſummæ erat bonitatis; [52] primum quidem ange-
53 licas ac cæleſtes virtutes cogitat, atque [53] ipſa co-
gitatio opus fuit verbo completum, & ſpiritu
perfectum.itáque ſecundi ſubſtiterunt ſplendo-
54 res,primi illius ſplendoris miniſtri, ſiue [54] intel-
lectuales ſpiritus, ſiue ignem quaſi immateria-
lem & incorporeum,ſiue aliam quampiam hiſce
quàm ſimillimam naturam eos eſſe exiſtimandū
55 ſit. [55] Velim equidem dicere immobiles ad ma-
lum, ac ſolo ad bonum motu præditos, vtpote
qui Deo aſſiſtunt,ac primum à Deo illuſtrantur:
quæ enim hic ſunt, ſecundæ ſunt illuſtrationis.
vt tamen eos non omnino immobiles ad malū,
ſed difficiliter mobiles & credam, & dicam, fa-
56 cit is, [56] qui propter inſitum ſplendorem lucife-
ri,propter nimiam animi elationem tenebrarum
& rem, & nomen inuenit,quæque ipſi ſubiectæ

virtutes defecerũt, [57] mali fabricatores, eo, quòd 57
à bono receſſerunt, nobis eiuſdem auctores. Hoc igitur modo, & hanc ob cauſam intelligibilis à Deo conditus eſt mundus, [58] quantum 58
mihi quidem licet his de rebus commentari, tenui ſermone grauia expendenti. his autem primis rectè ab eo conſtitutis, ſecundum cogitat mundum, materialem & viſibilem, [59] hanc in- 59
quam cæli, & terræ, & eorum, quæ in medio ſunt, coagmentationem atque commiſtionem,
[60] laudabilem illam quidẽ propter bonam vniuſ- 60
cuiuſque partis naturam, at verò laudabiliorem ob ſummam concinnitatem & concentum, qui ex vniuerſis conficitur, parte alia cum alia, & omnibus cum omnibus rectè congruentibus ad vnius mundi completionem. nempe vt oſtenderet, poſſe ſe, non modo cognatam ſibi ipſi naturam, verum etiam alienam condere & conſtituere: cognatæ enim diuinitati ſunt intellectuales naturæ ac mente ſola percéptibiles, alienæ verò prorſus quæcunque ſub ſenſum cadunt, & ex his ipſis alieniores etiam eæ, quæ omni carent anima & motu. [61] Sed quid hæc ad nos, inquiet for- 61
te quiſpiam, feſti diei agendi cupidior atque feruidior? perge equum ad metam incitare, his de rebus nobis verba facito, quæ ad ſolennem hunc diem pertinent, & quorum cauſa conſedimus hodie. Ego verò faciam, quamuis paulo altius exorſus fuerim, cum ſtudio, tum ratione coactus. Mens igitur iam ac ſenſus hoc modo altera ab altero ſeparata intra proprios terminos conſtiterant, & opificis verbi magnificentiam in

ſe ipſis

62 ſe ipſis ferebant, [62] taciti tam magnifici operis
laudatores, & præcones celeberrimi. Sed non
63 [63] dum temperatio ex vtriſque, nec vlla facta erat
contrariorum admiſtio, maioris profectò ſapiē-
tiæ, maioríſque in naturis componendis muni-
ficentiæ indicium, neque omnes adhuc bonitatis
diuitiæ ſeſe patefecerant. hoc ſane volens opi-
fex verbum demonſtrare, animal etiam vnum
ex vtriſque, inuiſibili dico atque viſibili natura,
fabricatur, hominem videlicet, & ex materia
quidem, quæ iam ſubſtiterat, corpore accepto, à
ſe ipſo autem vita inſita, quam ſane rationalem
animam & Dei imaginem nouit ſcriptura, quaſi
64 [64] alterum quendam mundum, in paruo magnú,
in terra ſtatuit, Angelum prope alterum, adora-
torem mixtum, viſibilis quidem creaturæ ſpe-
ctatorem, intelligibilis verò myſtem, inferis hi-
ſce rebus imperantem, ſuperis ſeruientem, terre-
ſtrem atque cæleſtem, mortalem, & immorta-
lem, viſibilem, atque intelligibilem, medium
magnitudinis, & humilitatis, ſpiritum eundem
& carnem, ſpiritum propter gratiam, carnem
propter animi elationem; illud quidem, vt per-
maneat, & glorificet benefactorem, hoc verò vt
patiatur, & patiendo commonefiat, atque in-
ſtruatur, qui ob magnitudinem multum ſibi ar-
65 rogaret, [65] animal hîc diuina diſpenſatione gu-
bernatum, & aliò transferendum, &, qui finis eſt
myſterij, ſi ad Deum inclinauerit, diuinitate do-
nandum: ad id enim mea quidem ſententia ho-
minem ducit modicum, quod in hac vita acci-
pit, veritatis lumen, vt claritatem Dei & videat,

& patiatur, dignam illo, qui ipſum & colligauit,
& diſſoluit, & rurſus colligabit altiore quodam
modo. Hunc poſuit quidem in paradiſo, [66] quiſ- 66
quis ille paradiſus eſſet, libero ornatum arbi-
trio, [67] vt bonum eſſet nihilo minus illius, qui 67
elegiſſet, quàm eius, qui dediſſet ſemina, im-
mortalium plantarum agricolam, diuinarum
fortaſſe notionum tum ſimpliciorum, tum per-
fectiorum, nudum ſimplicitate, ac vita minime
artificioſa, & ſine vllo planè tegumento & mu-
nimento: [68] talem enim decebat eſſe primum 68
hominem, [69] atque ei legem, liberi arbitrij ma- 69
teriam, tradidit: quæ quidem lex præſcribebat,
quibuſnam liceret ei frui plantis, & à qua debe-
ret abſtinere. id autem erat lignum ſcientiæ,
neque [70] malitia ab initio ſatum, neque inuidia 70
prohibitum, ne ſuas huc linguas immittant ho-
mines Deo infenſi, néue ſerpentem imitentur,
ſed bonum quidem, ſi in tempore ſumeretur:
contemplatio enim, vt [71] mea fert contempla- 71
tio, planta illa erat, ad quam tutò aſpirare hi ſo-
li poſſunt, qui habitu ſunt perfectiores, non bo-
num verò ſimplicioribus adhuc, & appetitu a-
uidioribus, quemadmodum nec ſolidus cibus
vtilis eſt iis, qui adhuc teneriores ſunt, & lacte in
digent. Poſtea verò quàm diaboli [72] inuidia, & 72
mulieris vi, atque impreſſione, quam illa &
paſſa eſt, tanquam [73] mollior & fragilior, & in- 73
tulit, tanquam accommodatior ad perſuaden-
dum, heu [74] meam imbecillitatem, mea enim 74
fuit primi parentis imbecillitas, traditi quidem
mandati oblitus eſt, & [75] amariſſimo guſtu ſu- 75
peratus,

peratus, eodémque tempore à ligno vitæ, à pa-
radiſo, & à Deo propter improbitatem exul fit,
76 & [76] pelliceis induitur tunicis, carne fortaſſe
77 craſſiore, mortali, & renitente. Atque [77] id pri-
mum agnoſcit propriam turpitudinem, & à
Deo ſe abſcondit. Non nihil tamen etiam hîc
78 [78] lucratur, mortem videlicet, & amputatio-
nem peccati, ne malum eſſet immortale. ita ſup-
plicium vertitur in beneficium: hoc enim mo-
do, mihi ipſe perſuadeo, pœnas Deum ſume-
re. Multis autem prius ob multa, quæ quidem
vitij radix extulit, peccata, ac variis pro cauſa-
rum & temporum varietate edoctus documen-
79 tis, nempe [79] ſermone, lege, Prophetis, benefi-
80 ciis, minis, plagis, [80] eluuionibus, exuſtionibúſ-
que terrarum, bellis, victoriis, offenſionibus bel-
li, ſignis ex cœlo, ſignis ex aëre, ex terra, ex ma-
ri, inſperatis hominum, ciuitatum, & gentium
commutationibus: quæ quidem omnia eò ſpe-
ctabant, vt contereretur peccatum. demum
grauiore eget medicina ob grauiores morbos,
mutua inquam homicidia, adulteria, periuria,
inſanos maſculorum amores, &, quod omnium
81 malorum [81] poſtremum eſt, atque primum, ido-
lorum cultus, & tranſlationem adorationis à
82 Creatore ad creaturas. Hæc [82] igitur quando
maiore indigebant adiumento, maius itidem
conſequuntur. id autem fuit ipſum Dei ver-
bum, quod erat ante ſecula, inuiſibile, incom-
prehenſibile, incorporeum, principium ex prin-
cipio, lux de luce, fons vitæ atque immortalita-
tis, ſimulacrum archetypi, immotum ſigillum,

imago vſquequaque indifferens, patris definitio ac ratio ad [83] propriam ſe confert imaginem, & 83
[84] carnem fert propter carnem, animæque ratio- 84
nali [85] animæ meæ gratia admiſcetur, ſimili ſimi- 85
le repurgans, & in omnibus præter peccatum homo fit, conceptus quidem ex virgine tum [86] a- 86
nima, tum corpore ſpiritu ſancto præpurgata (oportebat enim & generationem honorari, & virginitati præcipuum honorem deferri) prodiens autem Deus vnà cum eo, quod aſſumpſe-
rat, [88] vnum ex duobus contrariis, carne & ſpi- 88
ritu, quorum is quidem deificauit, illa verò deificata eſt. ô noua mixtio, ô incredibilis tempe-
ratio! is, [89] qui eſt, fit, increatus creatur; is, qui 89
capi non poteſt, capitur per mediam animam rationalem, intercedentem inter diuinitatem & carnis craſſitudinem. [90] qui ditat, mendicat: men- 90
dicat enim meam carnem, vt ego diter ipſius diuinitate. qui [91] plenus eſt, exinanitur: exinanitur 91
enim ſua gloria paululum, vt ego illius particeps fiam plenitudinis. [92] Quæ diuitiæ bonitatis? 92
quodnam hoc eſt, quod circa me fit, myſterium? ipſius ego imaginem ſuſcepi, & non cuſtodiui, meam ipſe ſuſcipit carnem, vt & imaginem ſeruet, & carnem immortalem reddat, ſecundam communicat communionem, multo admirabiliorem priore, quanto tunc quidem rem nobis præſtantiorem impertiuit, nunc verò deterioris ipſe fit particeps. Hoc ſanè, quàm illud, diuinius, hoc his, qui recta ſapiunt, longe excellentius. Ad [93] hæc quid dicunt nobis calum- 93
niatores, duri deitatis ratiocinatores, rerum lau-

datatum reprehenſores, in ipſa luce tenebricoſi, in ſapientia inſipientes, pro quibus Chriſtus gratis mortuus eſt, creaturæ ingratæ, maligni fi-
94 gmenta? [94] id Deo exprobras, quod ſummum fuit beneficium? propterea paruus, quòd prop-
95 ter te humilis? [95] quod ad errantem venit paſtor bonus, qui animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, ad montes & colles, in quibus immolabas, atque errantem inuenit, inuentam humeris, nempe his, quibus etiam lignum, impoſuit, impoſitam ad ſupernam vitam reduxit, reductam in permanentium numerum retulit? Quòd lucernam accendit, propriam videlicet carnem, & domum verrit, à peccato mundum expurgans, & drachmam quæſiuit, regiam nimirum imaginem, à paſſionibus obrutam, & conuocat amicas ſibi virtutes ob drachmæ inuentionem,& participes facit gaudij,quas etiam
96 fecerat œconomici myſterij conſcias? [96] quòd præcurrentem lucernam lux ſequitur ſplendidiſſima, & vocem verbum, & ſponſi ductorem ſponſus, parantem Domino populum peculiarem, præpurgantémque ad ſpiritum per aquam. hæc Deo exprobras? idcirco putas deteriore eum eſſe conditione, quòd linteo ſe præcingit,
97 & diſcipulorum pedes lauat, [97] optimámque demonſtrat viam altitudinis humilitatē? Quòd
98 propter [98] animam in terram inclinatam ſeſe demittit, vt ſimul etiam erigat id, quod deorſum vergit præ peccato? cur non illud quoque re-
99 prehendis, quòd cum [99] publicanis manducat & apud publicanos, ac diſcipulos facit publicanos,

canos , vt & ipſe aliquid lucretur ? quid tan-
dem ? nimirum peccatorum ſalutem. niſi [100] ve- 100
rò velit quiſpiam, & medicum criminari, quòd
ad morbos ſeſe inclinet , atque fætores ſuſti-
neat, vt ægris ſalutem det, & eum accuſare, qui
miſericordia commotus , ſe in foueam decli-
net, vt delapſum iumentum ex lege recuperet.
Næ ille [101] miſſus eſt, ſed vt homo : ex duplici 101
enim conſtabat natura, ſi quidem & fatigatus
eſt, eſuriuit, ſitiuit, in angore fuit , lacrymauit
lege corporis . Quòd ſi etiam vt Deus . quid
hoc ? bonam patris voluntatem miſſionem hanc
eſſe putato , ad quem quidem filius omnia ſua
refert , tum vt eum tanquam principium ſine
tempore honoret, tum vt ne videatur Deo con-
trarius , quandoquidem [102] traditus etiam fuiſ- 102
ſe dicitur , ſed & ſe ipſum tradidiſſe, ſcriptum
eſt, itémque ſuſcitatus à patre , atque aſſum-
ptus, ſed & ſe ipſum ſuſcitaſſe, ac reuertiſſe ite-
rum. illa bonæ ſunt voluntatis, hæc poteſta-
tis . at [103] tu quæ eum deprimunt, prædicas, quæ 103
verò extollunt , ſilentio præteris . & quidem
quod paſſus eſt, commemoras; quod autem vo-
lens, minimè apponis. [104] qualia etiam nunc pa- 104
titur verbum ? à quibuſdam vt Deus honoratur
& conglutinatur, à quibuſdam tanquam caro
paruipenditur ac ſeiungitur. vtris nam magis
iraſcatur ? vel potius vtris plus dimittat ? his ne,
qui male componunt, an his, qui perperam di-
uidunt ? nam & illos diſtinguere, & hos con-
iungere oportebat. diſtinguere inquam nume-
ro, coniungere verò deitate. [105] offendis in car- 105
nem?

nem ? hoc etiam Iudæi faciunt. num & Sama-
ritanum appellas ? &, id, quod ſequitur, retice-
bo. non credis deitatem ? id verò ne dæmones
quidem. ô & dæmonibus incredulior, & Iu-
dæis inſipientior. hi filij appellationem æqua-
lis honoris vocem exiſtimarunt, illi eum, qui
ipſos eiiciebat, Deum eſſe cognouerunt: per-
ſuadebantur enim ex his, quæ patiebantur. tu
autem nec æqualitatem concedis, nec fateris
deitatem. melius erat tibi circuncidi, ac dæ-
monibus, vt ridicule quid dicam, vexari, quàm
in præputio & valetudinis integritate improbe
106 erga Deum atque impie affectum eſſe. [106] Paulo
igitur poſt videbis, Ieſum in Iordane, mei ſci- *Matt.1.*
licet expurgandi cauſa, purgari, aut potius a-
quas purgando purificare: nec enim ipſe pro-
fectò purgatione indigebat, qui tollit peccata
107 mundi, atque eundem, diffiſſis cælis, [107] con-
geniti ſpiritus teſtimonio confirmari, tenta-
ri, tentantem ſuperare, Angelos habere mini-
108 ſtros, [108] omnem morbum & omnem languo-
rem curare, mortuos ad vitam reuocare. quàm
velim etiam te, peruerſa iſta opinione demor-
tuum. Dæmones aliâs per ſe ipſum, aliâs per
diſcipulos eiicere, paucis panibus multa homi-
num millia ſatiare, mare ambulare, prodi, cru-
cifigi, & cruci meum peccatum configere, tan-
109 quam [109] agnum offerri, & tanquam ſacerdo-
tem offerre, vt hominem ſepeliri, & vt Deum
110 reſurgere. deinde etiam aſcendere, [110] iterum
venturum cum ſua gloria. Quot mihi conuen-
tus de ſingulis Chriſti myſteriis celebrandi ?
quorum

quorum quidem omnium vna hæc eſt ſumma;
vt ego perficiar, inſtaurer, & ad [111] primum A- 111
dam reuertar. Nunc autem partum quæſo ſu-
ſcipe, & præexulta, ſi [112] non vt Ioannes ab v- 112
tero, at certe quemadmodum Dauid ob re-
quiem arcæ, & [113] deſcriptionem reuerere, ob 113
quam in cælos aſcriptus es, & generationem ve-
nerare, per quam ſolutus es à vinculis genera-
tionis, & [114] Bethleem honora paruam; quæ te 114
in paradiſum reduxit, & præſepe adora; per
quod, cum careres ratione, ab ipſa ratione nu-
tritus es. cognoſce tanquam bos poſſeſſorem
Eſa.1. ſuum, Eſaias te hortatur, & vt aſinus præſe-
pe domini ſui, ſiue ex [115] mundis es animali- 115
bus & legi ſubiectis, & ruminationem redu-
centibus verbi, & ad ſacrificium idoneis, ſiue
ex immundis adhuc, nec ad veſcendum, nec
ad ſacrificandum aptis, & ex gentilium nume-
ro. [116] cum ſtella curre, & cum Magis munera 116
offer, aurum, thus, & myrrham, tanquam re-
gi, tanquam Deo, & tanquam pro te mortuo:
cum paſtoribus glorifica, cum Angelis tripu-
dia, cum Archangelis hymnum cane. commu-
nis ſit ſolennis iſte dies cæleſtibus, terreſtribúſ-
que poteſtatibus: adducor enim vt credam, il-
las quoque hodie nobiſcum vnà gaudio exilire,
ac diem feſtum agere, [117] quippe quæ & homi- 117
num amantiſſimæ ſunt, & Dei ſtudioſiſſimæ,
quemadmodum eas, quas Dauid introducit
poſt paſſionem vnà cum Chriſto aſcendentes,
occurrentes, ac mutuo ſeſe ad eleuandas portas
cohor-

cohortantes. Vnum tantum odio tibi ſit eo-
rum, quæ in ortu Chriſti euenerunt, quam ſci-
118 licet Herodes effecit infantium cædẽ, vel [118] po-
tius iſtam quoque venerare, quaſi coætaneam
Chriſti hoſtiam ante nouam illam victimam
119 mactatam. [119] quòd ſi in Ægyptum aufugerit,
hilari animo & prompto vnà fugito. pulchrum
eſt vnà cum Chriſto, perſecutionem patien-
te, fugere. ſi in Ægypto moratus fuerit, vo-
ca eum ex Ægypto, rite illic adoratum. per
120 [120] omnes Chriſti ætates ac virtutes ab omni re-
prehenſione liber perge. tanquam Chriſti di-
ſcipulus purificare, circumcidere, velamen
121 à generatione inductum auferto: [121] deinde do-
ce in templo, diuinas res vendentes expelle.
122 [122] lapideris, ſi id perpeti opus fuerit. latebis
iacientes, mihi crede, fugies etiam per medium
ipſorum tanquam Deus: Verbum enim lapi-
123 dari nullo modo poteſt. ſi [123] ad Herodem du-
caris, plura ne reſpondeas. verebitur magis
ſilentium tuum, quàm longas aliorum ora-
tiones. ſi flagelleris, etiam reliqua appete, gu-
ſta fel propter guſtum, acetum pota, quære
ſputa, excipe alapas, colaphos. ſpinis corona-
re, aſperitate ſcilicet vitæ, quæ ſecundum Deum
eſt. indue coccinum, accipe arundinem, ne
124 [124] graue ducas, adorari ab illudentibus verita-
tem. poſtremo ſumma animi alacritate Chriſto
125 [125] confixus ſis cruci, commortuus, conſepul-
tus, vt & ſimul reſurgas, & conglorificeris, &
126 conregnes, [126] Deũ videns, quantũ licet, & viſus,
in tri-

in trinitate adoratum, & glorificatum, quem etiam nunc manifeſtari nobis precamur, quantum poteſt ab his comprehendi, qui carnis vinculis ſunt aſtricti, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula Amen.

SCHO-

SCHOLIA IN S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI APOLOGETICVM.

1 POSTQVAM presbyter creatus eſt] *Ne cui forte in ſacris litteris parum exercitato, quibus in primis conabor ſcholiis hiſce meis, quantum fert ratio mei inſtituti, conſulere, aliqua iniiciatur dubitatio, dum videt, ſimul nonnunquàm presbyteri, ſacerdotis, & Epiſcopi mentionem fieri, non alienum putaui, ſtatim in ipſa huius luculentiſſimæ orationis inſcriptione, ſiue ab ipſo auctore, ſiue ab alio quopiam appoſita illa quidem fuerit, aliqua de his tribus nominibus adnotare. Sciendum eſt igitur, quamuis Epiſcopus presbytero, vel Sacerdote verè ſit tum dignitate, tum poteſtate ſuperior, ſiquidem, vt docet S. Hieronymus in epiſt. ad Euagrium, Presbyter in Epiſcopo continetur, Epiſcopus in presbytero non item; tamē conſueuiſſe veteres, eoſdem Epiſcopos, & presbyteros vocare, quia illud, vt ait idē S. Hieronymus, eſt nomen dignitatis, hoc ætatis. id cum ex aliis locis, tum præcipue ex tertio capite prioris epiſt. ad Tim. & ex primo ad Titum aperte colligitur. neq; tamen cum audis hîc, Nazianzenum presbyterum creatum eſſe, velim exiſtimes, eum tunc Epiſcopum eſſe factum. nam, vt S. teſtatur Hieronymus, germanus eius diſcipulus, atq; etiam ex ipſius epiſtola 36. ad Gregorium Nyſſ. colligitur prius Saſimorum, quàm Nazianzenus Epiſcopus fuit. Sed Nazianzi Epiſcopatum eo tempore pater obtinebat, qui iam ætate confectus, cum*

optaret, filium oneris ferendi ſocium, & , quomodo nos dicere ſolemus, coadiutorem habere, curauit, vt vel inuitus presbyter crearetur: quod ipſe grauiter ferens, fugit in Pontum. Quoniam verò ſacerdotium commune eſt ſacerdotis, ac presbyteri munus, eſtq́ fundamentum Epiſcopalis conſecrationis, neq; enim poteſt Epiſcopus conſecrari, qui non ſit ſacerdos, congruenter factum eſt, vt ſimul in eadem oratione declararetur, quæ, quantaq́ ſit ſacerdotij profeſſio, & qualem oporteat eſſe Epiſcopum.

2 Vt à Deo incipias, & in Deũ pariter deſinas] *ipſe nempe eſt α, & ω, primus & nouiſſimus, principiũ & finis; quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. & quidem huius rei inſitam, & quaſi conſignatam in animis notionẽ ita habuerunt omnes, vt externi quoq; ſapientes idem ferme ſuis monumentis teſtatum reliquerint. ex quibus videri poſſit Nazianzenus ex aliqua parte imitatus eſſe Demoſthenem, primam ſuam epiſtolam non ſine aliqua religione hunc in modum exordientem,* παντὸς ἀρχομένῳ σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν πρῶτον ἄρχεσθαι, *quicunq; velit ad grauiorem aliquam orationem, & actionem aggredi, eum decere exiſtimo à Diis primum exordiri. Id cũ eſſet illis de fictis Diis planè perſuaſum, quid nobis tandem faciendum eſt, quibus veri Dei cognitio, eo ipſo menti noſtræ in tantis tenebris clariſſimum lumen præferente, illuxit?*

3 Seceſſionis] στάσεως. *cum alij magnopere eũ hortarentur, vt presbyteri munus ſuſciperet, ipſe contra negabat, & in eo perſtans, in Pontum ſeceſſit. ita vt ſeditio quædam, ſiue ſeceſſio inter ipſum & ceteros facta videretur. quare poſtea reuerſus dicit in extrema hac*

oratione,

oratione, Deum pacis feciſſe vtraq; vnum, & alterum alteris reddidiſſe. id igitur, ni fallor, ſignificans, hac voce στάσεως *oportune vſus eſt. Quod autem pertinet ad Dauidis verba, quæ quidẽ ipſe ex quinquageſimo quarto Pſalmo ſumens apte inſeruit, aduertendum eſt, verbum* φυγαδεύειν*, quod proprie ſignificat fugare, quo ſenſu vſus eſt ipſe Naz. in laud. Gorgoniæ p. 52. v. 54. hîc accipi profugere. neq; verò non hoc etiam modo illud vſurpauit idem Naz. in or. in nat. p. 232. v. 31. nam quod ſequitur, culpa me minime liberantibus, germanus eſt (niſi me fallit) illorum verborum* οὐκ ἀφιεὶς αἰτίας *ſenſus: neq; enim ſic videtur accipiendum illud* αἰτίας*, vt ſit accuſatiui caſus, ſed genitiui, & ſubintelligatur* ἐμὲ*, atq; ita elocutio erit commoda, & maxime tũ aliis, tum huic ipſi auctori noſtro vſitata. cuius rei duo ſatis ſit attuliſſe teſtimonia, vnum ex hac eadem oratione deprompt um: pag. enim 31. ver. 43. ſic legitur,* τάχα ἕτερος ἡμᾶς οὐκ ἀφίησι τοῦ τῆς ἀπειθείας ἐγκλήματος*, alter fortaſſe inobedientiæ culpa minime nos liberabit. alterum ex 2. oratione contra Iulianum p. 304. v. 42.* ἐκεῖνον ἀφεὶς τῆς αἰτίας*, illum culpa liberans.*

4 Si quo forte amore, aut odio rapiantur, à quibus ſupprimi &c.] *id quidem verius etiam, quàm oporteret, eſſe, nemo eſt qui dubitet. amici, inquit S. Hieronymus, plus merito laudant, inimici plus iuſto detrahunt, rarumq; inuenias, qui in vtranq; partem non fauore aut odio, ſed rerum æquitate ducatur. ac rurſus, non æque, ait, inimici audiunt & amici. qui inimicus eſt, etiam in ſcirpo nodum quærit, amicus praua quoq; recta iudicat. &, Salluſtio etiam in Catilinam auctore, vbi amor, aut odium officiunt, haud facile animus verum prouidet. quod quàm pulchrè Theologus noſter* In Proœm in 2. l. in Oſea.

expreſſerit, operæpretiū eſt animaduertere: ideo enim, opinor, verbo illo κλέπτεσθαι vſus eſt, vt innueret, ſolere amorem, aut odium quaſi furum more ita occulere ac ſupprimere veritatem, vt ab hominibus, quorum neminem ferme inuenias ab hiſce animi perturbationibus vacuum, difficulter admodum cognoſcatur.

5 Quando aliquid nos eſſe apud Chriſtianos placuit Deo] cauſam affert, cur diligentius nonnulli omnia ſua conſilia ac facta obſeruarent. & quidem conſequens videbatur, vt diceret, quādo nos Deus multis præſtantiores fecit, aut aliquid huiuſmodi. illuſtrium enim ac nobilium hominum facta obſeruare præcipue ſolemus. ſed vir modeſtiſſimus, propriæ laudationis faſtum euitans, orationem quodam modo inuoluit, neque tamen ita inuoluit, quin, quid ſibi velit, acutius intuenti appareat: primum enim illud τὸ καθ' ἡμᾶς pro ἡμᾶς attice ponitur, quemadmodum & Apoſtolus fortaſſe τὸ κατ' ἐμὲ pro ἐγὼ poſuit initio ſuæ ep. ad Rom. vbi legitur, οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, ita quod in me promptum eſt, id eſt pars mea prompta eſt, vel, vt apertius dicam, ego quidem promptus ſum. ipſum certe Naz. infra p. 18. v. 9. & in oratione περὶ φιλοπτωχίας p. 134. v. 30. τὸ κατ' εἰκόνα pro τὴν εἰκόνα poſuiſſe nemini dubium eſſe poteſt. deinde εἶναί τι pro magni æſtimari ac multum valere, etiam apud S. Paulum poſitū legimus in 2. cap. ep. ad Gal. cum inquit, ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι &c. cui illam apud latinos planè reſpondentem elocutionem, aliquid eſſe, idem prorſus valere, ipſius etiam Ciceronis, latinitatis locupletiſſimi auctoris, teſtimonio confirmari poteſt, qui in epiſtola quadam ſexti libri ad Leptam hæc verba ponit, qui, meus ſcilicet de oratore liber, ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum.

poſtremo

poſtremo ſiquis illo dicendi modo, εὐδόκησεν ὁ θεὸς ἡμᾶς εἶναί τι, tanquam duriore offenditur, legat eundem apertius prolatum & in Lucæ Euang. cap.12. his verbis, ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum; & in ep. Pauli ad Corinthios prima cap.1. alius non multo diuerſis, εὐδόκησεν ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.

6 Quoad fieri poſſit & ratio poſtulet] non ſine cauſa cautus doctor & prouidus hæc verba addidit: quãuis enim ſcandalum vitare, naturali etiam præcepto, quo nullum eſt arctius, teneamur, multaq; liceat hac de cauſa facere, quæ aliâs vitaremus, tamen incidunt ſæpe tempora, quibus ſit, ratione ita poſtulante, ſcandalum negligendũ. vt etiam ſummus ipſe magiſter Chriſtus non dubitauerit aliquando, ne in ſcandalum incurreret, de iure ſuo decedere, vt cum animum induxit, & pro ſe & pro principe ſuorum diſcipulorum Petro tributum pendere. quod & S. Paulus docens, omnia mihi licent, ait, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant; contra verò interdum videatur ſcandalum his, qui nollent veritati acquieſcere, permiſiſſe, vt cum dicentibus Apoſtolis, Phariſæos audito eius verbo ſcandalizatos eſſe, reſpondit ipſe, ſinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum. quo autem tempore liceat ſcandalum negligere, quóue cauere oporteat, id quidem accurate, diſtincteq; docere, nec mei eſt inſtituti, nec fortaſſe etiam ingenij. Sed ſi quis harum rerum ſtudioſior, voluerit iſtæc diligentius ſcrutari, poterit præter cæteros legere S. Thomam in ſecunda ſecundæ quæſt. 43. art. 7. Mihi certe generatim illa regula obſeruanda videtur,

Mat.17.

1. Cor. 10.

Mat.15.

videtur, vt in his, quæ ex noſtra pendeant voluntate, quæq́ ad externa commoda, vel incōmoda pertineant, ſcandalum cauere maxime debeamus: vt enim S. ait Hieronymus ad Ageruchiā, melius eſt rem familiarem minui, quàm ſalutem animæ perire. In his autem, quæ ex Dei præcepto facienda, dicendáue ſunt, quæq́ ad animæ ſalutem attinent, minus ſit curandum. nam vt alter ait B. Gregorius, ſi de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum quàm veritas relinquatur. Noſter profectò S. Gregorius, vt ad ipſum redeam, cum intelligeret, multos fuga illa ſua offenſos eſſe, non videbatur poſſe ſine culpa prætermittere, quin rationes afferret, quibus adductus id feciſſet. quod quidem accuratiſſimè præſtitit, minas illas veritus, quas apud Matt. cap. 18. & apud Marc. 9 proponit is, qui mētiri nullo modo poteſt, ipſa nempe veritas Chriſtus. verbum autem illud ἀψευδὴς *à S. Paulo, niſi me fallit, mutuatus eſt, qui in principio ep. ad Titum ita illud ponit,* ὁ ἀψευδὴς, θεὸς. *quemadmodum & locutionem illam* τιθέναι πρόσκομμα ἢ σκάνδαλον, *ab eodem ſine dubio ſumpſit ex ep. ad Rom. cap. 14.*

In Ezech. li. 1. hom. 7.

7 Quæ vniuſcuiuſque dignitatis rationem habet] *eſt quædam quaſi interpretatio legis æquitatis: prout enim quiſq́ virtute vel excedit, vel exceditur, ita vt hi quidem imperent, illi verò pareant, diuinitùs inſtitutum eſt. Quinetiam Peripateticorū princeps dicebat, quicunque poſſit ratione proſpicere, hunc natura principem eſſe ac dominum, qui verò corpore ad id faciendum idoneus ſit, ſubiectum & ſeruum. Ac rurſus, aliquos quidem eſſe, quibus ſeruire, aliquos autem, quibus dominari, vtile eſt, ſimul & iuſtum; atq́ oportere, hunc quidem parere, illum verò imperare, eo vtique quo natus*

Ar. Pol. li. 1. cap. 1.

ibidem. c. 4.

natus aptusq́; ſit, imperij genere.

8 Alios paſtores eſſe ac doctores] *verba ſunt S. Pauli in ep. 1. ad Cor. cap. 12. & ad Ephe. 4. quorum quidem lectio ad ea, quæ hic à Naz. afferuntur, recte intelligenda, plurimum contulerit. optime verò oſtendit Theologus, quantum oporteat paſtores Eccleſiæ atq; doctores reliquis præſtare, indicans, eos talem debere ad ceteros proportionem habere, qualem habet anima ad corpus, & mens ad animam; quantum enim corpus ab anima diſtat, tantundẽ videntur inferiores animæ partes ſeu potentiæ, quas cum brutis communes habemus, diſtare ab ea, cuius merito quædam nobis eſt cum ſpiritualibus illis ſubſtantiis communitas. quam etiam ob cauſam fortaſſe ſpiritus nonnunquam pars hæc à ſacris ſcriptoribus nuncupatur. In hac autem appoſita ſane & pulchra ratione afferenda, non obſcure videtur verba illa ep. ad Philip. cap. 2.* λόγον ζωῆς ἐπέχοντες *indicaſſe, ſimulq́; germanam illorum, & cum his, quæ antecedunt, congruentem commonſtraſſe ſententiam: cum enim dixiſſet Apoſtolus, Philippenſes inter alias gentes lucere, ſicut luminaria in mũdo, quanam ratione id fieret, oſtendens, ſubiicit,* λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, *quòd ſcilicet, vt hîc nobis explicat Naz. eam ad ceteros rationẽ ſeu proportionem obtinerent, quam obtinet anima ad corpus, vel mens ad animam. nam conſueuiſſe ſcripturam pro anima rationali ac Dei imagine* ζωὴν, *vitam accipere, optimus teſtis eſt ipſe Theologus in or. in Nat. p. 230. v. 25. atq; id eò quidem minus in S. Paulo, ſecus pedes Gamalielis nutrito, mirum videri debet, quò ſæpius ſolent, vt audio, Hebræi chaija vitam pro anima ponere. cuius rei vnum ſatis ſit attuliſſe exemplum ex primo Pſalmi 63. verſiculo: vbi enim 72. habent* ψυ-

χὴν, & noſtra editio animam, Hebraice legitur chaÿa, quod B. Hieron. latine vertit vitam.

9 Vt in membris] ὥσπερ ἐν μέλεσι. quamuis τὸ μέλος & cantum ſignificet, & membrum, tamen in ſecunda hîc ſignificatione accipiendum videtur, non in prima; vt ſuſpicari quiſpiam poſſit ob illam, quæ ſequitur, vocem ἁρμονία. ſed in membris quoque excellentem quandã licet animaduertere harmoniam. id ita eſſe præterquàm quòd ex duobus, quos ſupra indicauimus, S. Pauli locis, apertè colligitur, præterea ex quatuor ſimillimus huius ipſius auctoris planè confirmabimus. primus eſt in or. de pace. 1. p. 117. v. 28. (neque enim grauabor, vt lectorum commoditati proſpiciam, paginarum quoque & verſuum numerum notare) vbi ex ipſa etiam membrorum congrua inter ſe menſione, & quaſi concentu pacem commendans, his verbis vtitur, καὶ μελῶν συμμετρίαι, καὶ συμφωνίαι. alter in orat. de amore erga pauperes p. 139. v. 39. quo loco idem fere agens, pro eo, quod hîc dixit, ὥσπερ ἐν μέλεσι, poſuit, ὥσπερ ἐν σώματι. Tertius in orat. ad Heronem philoſophum p. 161. v. 26. vbi de Lazaro à Chriſto à morte ad vitam reuocato loquens, huiuſmodi verba affert, συνάγων ὀστᾶ πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρμονίαν πρὸς ἁρμονίαν, connectens oſſa oſſibus, & harmoniã harmoniæ. Quartus denique in oratione de Theologia ſecunda p. 203. v. vltimo. vbi concinnam oſtendens membrorum inter ſe compactionem, ad vſum, ſimul & ad pulchritudinem accommodatam, hæc verba ponit, πολλὰ δ' ἂν ἔτι φιλοσοφήσαις περὶ μελῶν, καὶ μερῶν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων εὐαρμοστίας πρὸς χρείαν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος συνεστώτων τε καὶ διεστώτων, προεχόντων τε καὶ προεχομένων &c.

10 Spiritus harmonia connexæ & compactæ] quem-

quemadmodum enim corpora loco coniunguntur, ſic animæ ſpiritu coaptantur. id autem , & quod proxime ſequitur, dixit ſequutus S. Paulum ad Ephe.4. vbi inquit, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

11 Aeque mihi quidem incommodum &c.] *ἴσον ἐμοὶ κακὸν &c. quod mihi viſus ſum obſeruaſſe, id nolui reticere, nempe ſolitum eſſe noſtrum hunc auctorē, pro ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, non ſolū illud ἐμοὶ δοκεῖν vſurpare, ſed etiam ἐμοὶ ſimpliciter. id tum ex hoc loco, tum ex aliis quatuor facile cognoſces, ſi rectè conſideraueris: mihi enim illos tibi indicaſſe ſatis fuerit. primus eſt in hac ipſa oratione p.28. v. 48. alter in or. in natalem diem Domini p.229.v.7. tertius in eadem oratione p.230.v. 33. quartus in or. de Spiritu ſancto p.226.v.51.*

12 Omnes imperare velle, atque neminem imperium ſuſcipere] *locus is diu me torſit. ſenſum, quē vellet auctor exponere, videbar mihi quidem perſpicere: neque enim erat obſcurum, propoſitum eſſe ei, oſtendere , non ideo ſe presbyteri munus detrectaſſe , quòd neſciret, æquum eſſe, vt quemadmodum in ciuili rep. ita & in Dei Eccleſia aliqui quidem imperent , aliqui verò pareant . & iccirco non minus incommodum atque inordinatum fore , ſi omnes imperium ſubterfugerent, ac ſi omnes illud appeterent . ſequeretur nimirum peſtiferum illud vitium ἀναρχίαν quam vocant , hoc eſt, diſſoluta quædam ſine vllo principe viuendi licentia. quā nihil minus quàm immodeſtam ſeruitutem incommodi afferre, pulchrè Plato in 8. ep. Dionis propinquis oſtē-*

dit his verbis, δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα πάγκακον, ἔμμετρος δ' οὖσα πανάγαθον: ſeruitus enim & libertas immoderata quidem vtraq; poſtremũ omnium malorum eſt, moderata verò ſi fuerit, omniũ bonorum optimum. ac rurſus in 12. de leg. μελετητέον εὐθὺς ἐκ τῶν παίδων ἄρχειν τε ἄλλων, ἄρχεσθαι θ' ὑφ' ἑτέρων, τὴν δ' ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ παντὸς τοῦ βίου ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπους θηρίων, curandum eſt ſtatim à pueris, vt & imperẽt aliis, & aliorum imperata faciant. principe autem carens licentia eximenda eſt ex omnibus tum hominibus, tum hominum imperio ſubiectis pecudibus, nempe ſine imperio. dicebat etiam Cic. de leg. l. 3. nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Quid plura? ipſe ſapiens Prou. 11. vbi non eſt gubernator, inquit, populus corruet. Id igitur propoſitum eſſe Naz. oſtendere, facile intelligebam, ſed quomodo hunc ſenſum ex verbis colligerem, non habebam, ſiquidem, vt habent impreſſi codices, & pleriq; etiam manu ſcripti, ita legeretur, πάντας τε ἄρχειν ἐθέλειν, καὶ μηδένα ἄρχεσθαι: cum enim duo inter ſe oppoſita membra ad propoſitum oſtendendum afferenda eſſent, vel quòd omnes, vel quòd nemo imperare vellet, id afferebatur, quod in vnum recidere videbatur: omnes enim velle imperare, & neminem velle imperari, ad idẽ tendere videtur. re igitur cum nonnullis amicis meis eruditiſſimis viris & huius auctoris ſtudioſiſſimis communicata, vt omnes ſcrupulum agnouerunt, ſic nemo fuit, qui eum mihi ex animo euelleret. cœpi tandem ſuſpecta habere verba, & cum omnes hac de cauſa, quot quot ſunt in Vaticana bibliotheca, Nazianzeni lucubrationum codices euoluiſſem, reperi tres ex eis probatiores

batiores loco ἄρχεσθαι habere δέχεσθαι. gauiſus profecto ſum non mediocriter: ita enim omnia iam adeo aperta ac plana videntur, vt nullus amplius reſidere poſſit ſcrupulus: idem enim planè eſt, neminem velle τὴν ἀρχὴν ſiue τὸ ἄρχειν δέχεσθαι atq; omnes τὴν εἴτε λειτουργίαν χρὴ λέγειν, ob operis ſcilicet difficultatem (graue enim munus erat apud Athenienſes λειτουργία) εἴτε ἡγεμονίαν, ob gradus nimirum dignitatem (hoc enim ſignificatur honos, illo demonſtratur onus) φεύγειν. quæ quidem verba auctor ſtatim ſubiungit, rationem reddens, cur non minus hoc, quàm illud, quòd omnes vellent imperare, incommodum ſit atq; inordinatum, & maximum dedecus ac detrimentum, quod inde ſequeretur, ante oculos ponens. quàm facile autem fuerit, vt librariorum negligentia ex δέχεσθαι ἄρχεσθαι fieret, nemo eſt, quin videat.

13 Si nullus eſſet Rex] *locum inſinuat Oſee Propheta cap. 3. vbi ſecundum 70. interpretationem, quam Naz. & omnes illius temporis ſunt ſequuti, ita legitur, Diebus multis ſedebunt filij Iſraël ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus.*

14 Quemadmodum neque nautam probatum &c.] *attende Nazianzenum, quemadmodum non damnat omnino poteſtatem quampiam in Eccleſia aliquem accipere, modò diuinis rebus ſtudium impertierit, ſic eos tacite reprehendere, qui ſtatim ad ſummum proſilire ſtudent dignitatis gradum. nam ſicut nemo debet ad proram aſpirare, quin prius probatum ſe remigem præſtiterit, nec antè clauum capeſcere, quàm proræ regendæ diutius præfuerit, &, vt ex recta rei militaris diſciplina, fortem primum militem quempiam eſſe oportet, dein-*

tet, deinde præclarum cohortis præfectum, poſtea ducem atq; imperatorem, ſic Eccleſia ſe quiſq; primo dignum oſtendere debet, tum altari pie miniſtrare, demũ animarum inſpiciendarum & curandarum munus, ſi deferatur, non admodum recuſare. Sed nolo te ignorare Naz. ſimilitudinem illam, qua tum hîc, tum in orat. in S. Baſilium vtitur, remigis, proretæ, & gubernatoris ſumpſiſſe ex Ariſtophanis comœdia, ἱππεῖς quæ inſcribitur, vbi hæc verba leguntur, ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, κᾆτα κυβερνᾶν, *remigẽ oportere primum fieri ante quàm gubernacula capeſſas, deinde proram regere, & ventos obſeruare, tum demũ gubernare. id ipſius etiam Ariſtophanis interpres ibi aduertit, & quidem non ſine aliqua inſigni Theologi noſtri commendatione: inquit enim,* ἐντεῦθεν δέ τινι τῶν τῆς παρ' ἡμῖν θρησκείας ἱεροφαντῶν δαιμονίως μετηρύθμισται τό, ἐπαινῶ τὸν ναύτην νόμον *&c. hinc autem quidã noſtræ religionis Hierophanta diuine tranſtulit aptauitque illud, laudo nautarum legem &c. adſcribit autem verba, quæ leguntur in Naz. or. in Baſ. pag. 83. v. 39. vſque ad illud* διάσκεψιν.

15 Quod ſuſpicetur forte quiſpiam &c.] *hoc vitium noſtris etiam temporibus viget, vt nemo ferè adduci poßit, vt credat, quenquam Epiſcopatum, aut aliũ huiuſmodi dignitatis gradum vere & humilitatis cauſa reiicere, ſed ſtatim ſuſpicetur, ſimulatè id eum facere, & ſpe maioris adipiſcendæ. adeò magna virtus eſt ſpernere honores, quos pleriq; concupiſcunt: qua enim ratione huiuſmodi hominum ſuſpiciones remoueas, reperias planè nullam: contemptus enim gloriæ, vt S. inquit Augu-* De ciu. Dei l. 5. cap. 19. *ſtinus, in conſpectu Dei eſt, iudicio autem non aperitur humano. Sed qui ipſos poteſt contemnere honores, is*

etiam

etiam haud difficulter poterit ſuſpicantium temeritatē contemnere. equidem non negauerim, & fuiſſe ſuperiore memoria, & noſtra etiam eſſe nonnullos, qui ex animo id faciant, muneris grauitatem & periculi magnitudinem recto, vt quiſq; deberet, iudicio expendentes. quin viſus ſum mihi, huius virtutis & conſtantiæ hominem vnum, aut alterum non obſcure cognouiſſe.

16 Qui vnus clariſſimus eſt ac ſplendidiſſimus] *ſolus enim habet immortalitatem & lucem habitat inacceßibilem, vt S. inquit Paulus 1. Tim. 6.*

17 Qui litterarum ſtudia coluerint] τῶν περὶ λόγους ἐσπουδακότων. λόγοις *hîc dicit, opinor, ſeculares quas vocant diſciplinas, ac præcipue rhetoricen, cui, vt ipſe narrat in laudatione Cæſarij fratris, in Palæſtinæ gymnaſiis, hiſce tunc ſtudiis florentibus, operam dedit. in qua quidem ſignificatione & alibi hac voce vtitur, & vero apertißime his duobus in locis, in eadem, inquam, laud. Cæſarij p. 50. v. 29. & in S. Baſilij itidem laud. p. 76. v. 3. Quòd autem eorum, qui in huiuſmodi arte ſint verſati, nemo fere ſoleat quietem ac ſolitudinem admodum amare, verißimum eſt: multitudini enim & foro, inquit Cicero, nata eſt eloquentia. atqui eam Theologus & initio adamauit, & poſtea tempeſtate iactatus ac fluctibus, vt pluribus refert in orat. ad patrem. p. 72. v. 17. Deo vouit, & vero etiam eius ſuauitate guſtata, maiori in dies, vt fit, deſiderio ſectatus eſt.*

18 Nihil enim mihi quidem videbatur optatius, quàm clauſis ſenſibus &c.] *hac vere Theologo digna ſententia ita captus quodammodo ac delectatus eſt, vt eandem in 1. orat. de Theologia p. 142. v. 4. eiſdem ferè verbis poſuerit. in ea autem explicanda videri poßit Platonem aliqua ex parte imitatus: is enim*

Socratem

Socratem in Phædone ſic diſſerentem introducit, tunc certe optime ratiocinatur animus, cum nihil horum ipſum angit, nec auditus, nec viſus, nec dolor, nec voluptas, ſed quàmmaxime ſecum ipſe verſatur, multa ſalute corpori dicta, & , quoad fieri poteſt, nihil cum eo communicans, neq; conferens, ipſam appetit veritatem.

19 Docti à Deo] διδακτοὶ θεοῦ. *hæc verba, vt etiã in ipſius orationis margine adnotaui, duobus in locis ſacræ ſcripturæ leguntur, in Eſ. 54. & Ioan. 6. & quamuis vulgata editio in Ioan. habeat docibiles Dei, tamen malui ponere (docti à Deo) vt habet eadem in Eſaia; atq; etiam in 2. cap. 1. ad Cor. vbi græce, quamuis alia de re agatur, idem tamen verbum legitur: id enim ſiue ſenſum, ſiue vocabuli proprietatem ſpectes, accommodatius omnino eſt. nam* διδακτὸς *non tam eum, qui doceri poteſt, quàm qui iam docetur, ſignificat, vnde etiã Naz. illi oppoſuit* τὸν διδάσκοντα, *non* διδακτικὸν, *id eſt eum qui docet, non eum qui aptus eſt ad docendum. & diuina id planè pollicetur promiſsio, fore vt omnes, quicunque videlicet voluerint, & hoc dono dignos ſe præſtiterint, à Deo vtiq; doceantur. cui opinioni accedit latina ex 70. tranſlatio, quæ eo, quem diximus, Eſaiæ loco habet, Et ponam omnes filios tuos diſcipulos Dei. quo vno tantum loco leguntur verba illa, quæ à Chriſto apud Ioan. adducuntur. ita vt non ſine cauſa dubitetur, cur dixerit, eſt ſcriptum in prophetis. reſpondẽt fere omnes, id factum eſſe, quia quamuis verba ipſa apud Eſaiam ſolum reperiantur, tamen ſententia eorum apud plures prophetas ſcripta eſt, ſiquidem crebra ab eis fit mentio de Dei eruditione atq; doctrina. quam communem reſponſionem ſicut improbare nõ audeo, ſic conſiderandum propono, num alia fortaſſe facilior ac planior afferri poſ-*

ſit, vt

ſit, vt ſcilicet dicamus, verba illa (*ſcriptũ eſt in Prophetis*) *ita accipienda eſſe, ac ſi dixiſſet, ſcriptum eſt in libro Prophetarum. hoc enim verum efficitur, etiam ſi in vno tantum reperiatur Propheta. id vt facilius ego quidem credam, adducor etiam illa 13. cap. Act. auctoritate, Videte ergo, ne ſuperueniat vobis, quod dictum eſt in Prophetis, Videte contemptores & admiramini &c. & tamen nec verba hæc, nec eorum ſenſus apud plures, quòd ego ſciam, reperiuntur prophetas, ſed apud vnum Abacuc. Neque verò quicquam te illud moueat, quòd Eſaias quidē vnus eſt ex quattuor, maiores quos vocamus, Prophetis, Abacuc verò ex minoribus, quos proprie nunc quidem intelligimus, cum dicimus, in Prophetis, ſiue in libro Prophetarum ſcriptum eſt: hæc enim diſtinctio non tam primum ab ipſa ſacra ſcriptura, quàm poſtea ab Eccleſiaſticis doctoribus inuenta eſſe videtur: cōſtat enim in Euangeliis ſæpe ſub hoc nomine Prophetarum contineri etiam maiores.*

20 Perueni enim ad ipſum iam colophonem orationis] *Colophonem pro extrema cuiuſq; rei parte poni, nemo eſt qui neſciat. Vnde tamen ortum id habuerit, non ſatis conſtat. quare cum ego hoc ipſo loco in margine cuiuſdam vetuſtiſſimi codicis* σχόλιον *quoddā repererim, in quo huius rei ratio affertur, non parum diuerſa ab illis, quas Strabo li. 14. & Budæus in ſuis commentariis attulerunt, non alienum putaui, illud huc totidem verbis trāsferre. inquit igitur:* κολοφῶνα τὸ ἀκρότατον καὶ τὸ κεφάλαιον ἀπὸ τοιαύτης ἱστορίας. κολοφώνιοι στασιάσαντες, ἦλθον εἰς σμύρναν καὶ συνῴκησαν τοῖς σμυρναίοις, εἶτα τῶν σμυρναίων ἐξελθόντων εἰς πόλεμον, κλείσαντες οἱ κολοφώνιοι τὰς θύρας τῆς σμύρνης, οὐ προσεδέξαντο αὐτοὺς. μετὰ ταῦτα ἔδοξε, τοὺς σμυρναίους λαβεῖν τὰ

σκεύη

σκεύη αὐτῶν, καὶ ἀπαναχωρῆσαι τῆς πόλεως τῆς ἰδίας. ἔμειναν οἱ κολοφώνιοι ἔχοντες τὴν σμύρναν. ἐπειδὴ οὖν οἱ κολοφώνιοι δύο πόλεις εἶχον τήν τε κολοφῶνα καὶ τὴν σμύρναν, καὶ ἐν τῷ περί τινος βουλεύεσθαι, ὅπου ἂν προσέθεντο, τοῦτο ἐκράτει, ὡς δύο ψήφοις τιθέντων αὐτῶν, διὰ τοῦτο κολοφῶνα λέγουσιν τὸ ἀκρότατον καὶ κεφάλαιον. Colophonem vocant extremam ac ſummam cuiuſq; rei partem ab huiuſmodi hiſtoria. Colophonij inter ſe diſſidentes Smyrnam venerunt, ibiq; vnà cùm Smyrnæis habitarunt. deinde Smyrnæis ad bellum egreſſis, Colophonij Smyrnæ portas cum clauſiſſent, eos non admiſerunt. poſtea placuit, vt Smyrnæi res ſuas acciperent, & de propria ciuitate decederent. manſerunt Colophonij Smyrnam tenentes. Quoniam igitur Colophonij duas vrbes habebāt & Colophonem & Smyrnam, atq; in conſultationibus quocunq; ipſi adhæſiſſent, id obtinebat, vtpote qui duo ferrent ſuffragia, idcirco colophonem vocant extremam ac ſummam cuiuſq; rei partē. hæc ille quiſquis ſit, ſcholiorum auctor. Quænam autem harum opinionum verior ſit, nec ſatis nunc quidem iudicari poſſe arbitror, nec multum intereſt ſcire, modo illud teneamus, Naz. cum vellet oſtendere, ſe iam ad id perueniſſe, quod caput erat huius orationis (cum enim duas ſupra rationes attuliſſet, quibus adductus presbyteri munus ſubterfugiſſet, ad tertiam, quæ rem maxime continebat, mox aggreditur, muneris ſcilicet obeundi difficultatem) appoſite poſuiſſe hoc nomen Colophonem, optimos imitatū ſcriptores, qui etiam prouerbij loco dixerunt κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, faſtigium imponere. pro quo noſter hic auctor in orat. in Baſil. p. 77. v. 15. vſus eſt τὴν κορωνίδα ἐπενέγκειν, coronidem inferre, & in or. in Athan. p. 105. v. 8. alio, τὸ κεφάλαιον ἐπιθεῖναι, idem planè ſignificante;

tante : ita enim prorſus intelligendus eſt locus ille, nec eſt accipiendum verbum illud τὸ κεφάλαιον *pro capite, ſiue homine Epiſcopatui præpoſito: tūc enim* τὴν κεφαλὴν *dixiſſet potius. Sed volens oſtendere, Conſtantium Imp. regno ſuo, ceteroqui minime malo, malum faſtigium impoſuiſſe, eo quod orthodoxos perſecutus eſſet, & Gregorij illius Cappadocis oppoſiti paſtoris (ita autem eum appellat quòd in Athanaſij veri atq; optimi paſtoris locū ſuffectus eſſet) confirmator ac defenſor fuiſſet. quod & ipſe cum extremum ſpiritum ederet, confeſſus eſt, dicens, trium ſibi malorum, ſuoq́; regno indignorum cō-ſcium eſſe, cognatorum cædis, Apoſtatæ electionis(Iulianum enim Cæſarem appellauerat) & innouationis fidei, vſus eſt* τὸ κεφάλαιον ἐπιθεῖναι *eodem ſenſu, quo Plato in 3. ep. ad Dionyſium* κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, *apicem ſiue faſtigium imponere.*

21 Gregem regere &c.] *& diuinus auctor Plato de leg. 6. ſcriptum reliquit,* ὅτι δύσκολόν ἐστι τὸ θρέμμα ἄνθρωπος, καὶ χαλεπὸν τὸ κτῆμα, *& eius condiſcipulus Xen. initio ſuæ Cyri Pædiæ, quam nos dudum in latinū conuerſam edidimus, pluribus verbis oſtendit, multò homini difficilius eſſe, ipſis hominibus, quàm ceteris animantibus imperare. Sed quanto non ſolum grauius, verumetiam luculentius rem hanc tractauerit Theologus noſter, ſi contuleris, facile cognoſces. me quidem certè nec illud parum delectat, audire, quanta ſermonis feſtiuitate paſtoricias omnes ante oculos ponat delicias, ne Ciſſybio quidem prætermiſſo. eſt vero* τὸ κισσύβιον *poculi genus paſtorum proprium* ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, *ab hedera, vel quòd ex hedera fieri, vel quòd hedera circundari ſoleret. eius in primis mentionem fecerunt Homerus & Theocritus.*

22 Nam & quæ tandem ſit iſtarum animantiũ virtus ?] *quamuis enim non ſolum de mutis animantibus, ſed etiam de his, quæ omni planè ſenſu atq; anima carent, verba facientes, dicere ſoleamus τοῦ ἵππου, τοῦ φυτοῦ, τῆς χώρας ἀρετὴν, ideſt equi, plantæ, agri virtutẽ; tunc tamen abutimur nomine : virtus enim cum ſit, vt ait Ariſtot. 2. Eth. habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, non cadit in ea, quæ ſunt rationis expertia. Sed virorum virtus propria eſt, à quibus & nomen accepit apud latinos. græcè verò ἀρετή dicitur, auctore Simplicio in 3. lib. Phyſ. ἀπὸ τοῦ αἴρειν ἄνω, ideſt ex eo, quòd ſurſum eleuet, quemadmodũ contrà κακία ἀπὸ τοῦ κλᾶν ab eo, quòd flectat ac deprimat. quæ certe his, quæ rationis expertia ſint, conuenire minime poſſunt.*

23 Tanquam argentum vel aurum &c.] *reſpexit, niſi me fallit, ad illud S. Pauli: Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fænum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtũ erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit, ſi cuius &c. quos igitur inquit S. Paulus ſuperædificare aurum, argentum, & lapides pretioſos, hos ſignificat Naz. tanquam argentum, vel aurum nihil adulterinum ſonare. quos verò ſcribit S. Paulus ſuperædificare ligna, fænum, & ſtipulã, hos dixeris ex Naz. aliquid in ſe ipſis ferre vilioris materiæ, & digna ardentiore igne, quo ſcilicet aliqua peccati labe inquinati poſt hanc vitam vrentur.*

24 Solet principum vitiis infici tota ciuitas] *hoc certè principibus diligenter etiam atq; etiam conſiderandum eſſet: hoc enim pernicioſius (latinæ ait eloquentiæ parens) de republica merentur vitioſi principes, quòd*

Cic. de leg. lib. 3.

pes, quòd non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem; neque ſolùm obſunt, quòd illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, pluſq; exemplo, quàm peccato nocent. Solet enim (ore fundebat ille diuina eloquentia plane aureo) ciuium multitudo ſuorũ principum mores tanquam exemplar aliquod intueri, & ad illorum rationem ſeſe effingere: & quamuis veriſſimum ſit, facilius vnumquemque principum vitia, quàm virtutes imitari: vt enim B. inquit Hieron. in ep. ad Lætam, procliuis eſt malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imitaris vitia. quid mirũ? vitium profectò præſentibus vtens voluptatibus, facile ad ſe allicit pleroſque, virtus autem laborioſa atque ardua incedens via, paucos admodum habet ſectatores. id inquam quamuis veriſſimum ſit; tamen virtutem quoque principum non paucos habere imitatores, tum aliàs ſæpe, tum maxime hoc tempore licet animaduertere: quis enim non videat, poſtquam Eccleſiæ gubernaculis, diuino plane munere, Pius V. Pont. Max. præpoſitus eſt, tantam & in vrbe Roma, & in aliis ſuæ ditionis oppidis factam eſſe morum mutationem, vt libido in pudicitiam, luxuria in temperantiam, impietas denique, ipſius nomen ſequuta, in pietatem verſa videatur? Chryſoſt. de ſacerd. ſer. 3. cap. 14.

25 Interrogate ſacerdotes legem] *hinc diſce, non cuiuſuis eſſe legem ſuo arbitrio interpretari, ſed adeundos eſſe ſacerdotes, atque ipſos de ea interrogandos; quippe quorum proprium munus eſt, legem Dei non ſolum rectè noſſe, ſed etiam aliis peritè exponere: Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirẽt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. quòd ſi Prophetæ verba aliquãtum immutata adducit Naz. nolim admireris: id enim licet videre, non modo eum, &* Malach. 2.

reliquos tum græcos, tum latinos Eccleſiaſticos doctores, verum etiam ipſos Euangeliſtas & Apoſtolos ſæpè feciſſe. quod autem ad ipſa Aggæi verba rectè percipienda pertinet, poteris, ſi quid deſiderabis, per te ipſum D. Hieron. & aliorum peritiſſimorum virorum in eum cōmentarios legere: mihi enim plerunque loca indicaſſe, ſatis fuerit. ad quæ tamen intelligenda & ad interiores eis ſenſus accommodandos, ſi ad quem finem, & quibus adiunctis à Naz. afferantur, accuratè perpenderis, maximo tibi adiumento vbique fuerit. id autem mihi ſemel te admonuiſſe, ſatis ſit.

26 Quaſi quandam, opinor, ſtipulam, quę ſcintilla ac vento &c.] *alluſit, vt puto, ad illa verba 82. Pſal. ſicut ſtipulam ante faciem venti. & quidem nulla ſimilitudine aptius, quàm hac, potuit hominum ad vitia contrahenda procliuitatem ante oculos ponere. nā quemadmodum ignis materiæ facili ad exardeſcendum admotus, impediri non poteſt, quin totam peruadat, præſertim ſi ventum nanciſcatur ſecundum, qui flammam deinceps perferat, ſic fieri vix poteſt, quin vitium, quod vnum inuaſerit, per omnes propinquos pariter vagetur, cum illud nequitiæ venti continenter inflamment: adeo lubrica eſt & præceps huiuſcemodi peſtis.*

27 Primum igitur eorū, quæ dixerimus &c.] πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο ὧν εἴποιμεν. *cum plerique manuſcripti codices habeant* ὧν εἴπωμεν, *in ſuſpicionem veni aliquando, retinendum eſſe* εἴπωμεν; *& loco* ὧν *legendum* ὥς: *ita enim ſenſus apertus eſſet, & commodus. nam cum incipiens narrare, quas res habeat oportet, is, qui animabus curandis præſit, dixiſſet,* ὅν γε πρῶτον μὲν δεήσει *&c. nunc multis interpoſitis, velim auctorem, vt ſæpe ſolet, ſermonem reſumendo dicere,* πρῶτον μὲν δὴ

τοῦτο

τοῦτο, ὡς εἴπομεν, εὐλαβεῖσθαι ἄξιον, *primum igitur id, quẽadmodum diximus, operæpretium eſt cauere. ſed nullius codicis auctoritate fultus, non ſum auſus quicquam omnino in ipſa oratione immutare, hîc tamen nolui reticere, quod mihi in mentem venerit ſuſpicari. quod ſi minus placet, non erit mea quidem ſententia cum plerisque manuſcriptis legendum* ὧν εἴπομεν, *eorum, quæ diximus (neque enim plura, ſed vnum tantum ad hanc rem pertinens hactenus dixit) ſed cum impreſſis & nõnullis manuſcriptis,* ὧν εἴποιμεν, *eorum, quæ dixerimus. nam ſic quoque ſenſus elicitur ſatis commodus: quamuis enim, ſi verba negligentius pertranſeas, non plures, ſed vnam tantum rem huic primæ ſubiũgere videatur, cum poſt illud* δεύτερον δὲ, *non ſequatur* τρίτον δὲ, *tamen ſi diligentius conſideraueris, inuenies, duas eum res ſubiungere, vt tres omnino ſint, quas dicat rectum animarum curatorem habere oportere, vnam, vt purus ſit à malo; alteram, vt probitate ceteris præſtet; tertiam, vt eximiã quandam teneat hominum regendorum facultatem. nam ipſe etiam S. Paulus non ſatis habuit dicere, oportere Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, & quæ ſequuntur: ſed addidit; debere eũdem & ad docendum, regendumq́; idoneum eſſe.* 1. Tim. 3. & Tit. 1.

28 Vel potius pictorum malũ exemplar] μᾶλλον δὲ ζωγράφων φαῦλον ἀρχέτυπον. *quoniam* ζωγράφοι, *pictores, hi proprie dicuntur, qui imaginem aliquam ex archetypo ſiue exemplari exprimunt, cuiuſmodi non videntur eſſe Epiſcopi ſiue presbyteri, ſed potius ipſum archetypon & exemplar, in quod alij reſpiciẽtes, pulchras vel turpes imagines effingant, atque inde virtutis, vel vitij exempla petant, prout illi probi, aut improbi fuerint (vnde & S. Paulus 2. Theſſ. 3. dicebat, vt noſmet-*

ipſos formam, τύπον, daremus vobis ad imitandum nos; ac rurſus 1. Tim. 4. exemplum, τύπος, eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate; & B. Petrus ep. 1. cap. 5. neque vt dominantes in clerus, ſed forma, τύποι, facti gregis) idcirco puto ſolertem ſcriptorem, ſermonem quaſi corrigendo, dixiſſe vel potius pictorum malum exemplar. nam quòd mox in admonitione inijcit, néue illud in nos cadat prouerbium, qui alios curare profitentur, ipſi ſcatent vlceribus, id videtur innuere, quod alter tempore quidem poſterior, doctrina autem, ſanctitate, atque humilitate nequaquam

Greg. 1. paſt. cura cap. 9. *inferior Gregorius latè explicauit his verbis: Ei, qui regimen appetit, conſiderandum eſt, quia, cum curā populi electus præſul ſuſcipit, quaſi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere paßiones viuunt, qua præſumptione percuſſum mederi properat, qui in facie vulnus portat?*

29 Vel certe quàm maxime fieri poſſit] *recte additum non ſolum humilitatis, ſed etiam veritatis cauſa;*

Iob 14. *qui enim mundus ſit à ſorde, eſt planè nemo, etiam ſi vna dies ſit vita ipſius ſuper terram. & ſi dixerimus, quo-*

1. Ioan. 1. *niam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

30 Neque verò debemus vllum nobis boni atque aſcenſus terminū conſtituere] *nimirum in via*

Greg. 3. p. paſt. cur. c. 1. admonit. 35. *vitæ non progredi, regredi eſt. manſiſti, periſti, S. inquit Auguſtinus. In hoc quippe mūdo, alter ait eximius Eccleſiæ doctor, humana anima quaſi more nauis eſt contra ictum fluminis conſcendentis, vno in loco nequaquā ſtare permittitur, quia ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur.*

Gen. 19. *Hùc pertinere puto quòd Angeli illi Loth monuerunt, ne reſpiceret poſt tergum, nec ſtaret in omni*

circa re-

circa regione, ſed in monte, virtutum fortaſſe culmine, ſaluum ſe faceret. quod cum non obſeruaſſet eius vxor, meritò verſa eſt in ſtatuam ſalis, hominibus fidelibus quoddam præſtans condimentum (vt B. Aug. verbis vtar) quo ſapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplum. Neque verò vllam aliam ob cauſam exiſtimauerim Phariſæum illum minus Publicano iuſtificatum abijſſe, quàm quòd non diuino mandato, ſed Publicani vita ſeſe dimetiens ad perfectionem iam ſibi perueniſſe videretur; quo nihil poteſt eſſe aut ſtultius aut pernicioſius. id ſane intelligens diuinus Apoſtolus, fratres, dicebat, ego me non arbitror comprehendiſſe, vnum autem, quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. ad quem etiam locum puto hîc Naz. alluſiſſe, cum dixit, ἀλλ' ἐπίβασιν ἀεὶ ποιεῖσθαι τὸ ἐν ποσὶ τοῦ ἑξῆς. *quod ego quidem ſenſum magis, quàm verba ſequutus, latine ita expreßi, ſed in dies magis, magisq́; progredi. quòd ſi lubet verbum verbo reddere, dicendum fuerit, ſed aſcenſum ſemper facere id, quod eſt in pedibus, eius, quod deinceps ſequitur. quod cum latine parùm commode, nec ſatis clare dici videretur, non habui religioni, à græco dicendi modo aliquantum recedere, ceteroquin ſtudioſißimus ipſorum quoque verborum, quoad eius fieri poteſt, ſeruandorum.*

De ciu. Dei l. 16. c. 30.

Luc. 18.

Philip. 3.

31 A quo omnia & in quem omnia] *ipſe enim omnia creauit, regit, ac moderatur, & ad ipſum omnia tanquam ad vltimum finem referuntur, in quem omnes profecto & pro ſummis beneficiis gratias agentes, & bona poſtulantes, dies, noctéſque reſpicere debemus. id autem non multo ſecus dixiſſe videtur, quàm ipſe Apo-*

ſtolus ad Rom.11. *quoniam ex ipſo, & per ipſum & in ipſum omnia.*

32 Velut planta vi manibus attracta &c.] *pulchra certè ſimilitudo, & ad propoſitum oſtendendum maxime accommodata. quare eadem iterum ac ſæpius vtitur in orat. de pace prima & ſecunda p.115.v.21.& pag.119.v.42. intelligens videlicet eam Epiſcopis diligenter obſeruandam eſſe: amari enim tanquam parens, non timeri tanquam tyrannus Epiſcopus debet. metus igitur abſit malus diuturnitatis cuſtos, charitas retineatur vel ad perpetuitatem fidelis: vt enim inquit ipſe in extrema oratiuncula ad patrem,* βουλομένων, οὐ τυραννουμένων ἐστὶ τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον. *Id ita eſſe confirmat hic* Naz. *Apoſtolorum Principis teſtimonio. presbyteros priore ſua ep.cap.5. admonentis, vt eum, qui apud ipſos erat, gregem Chriſti ſic paſcerent, & curarent, vt ille ſibi non inuitò atque ingratis, ſed ſua ſponte ac voluntate obtemperaret: hanc enim eſſe veram illius loci ſententiam, ſi quis forte ad hanc diem dubitauit, velim iam ſibi tanti Theologi auctoritate inductus plane perſuadeat.*

33 Quod ipſius proprium eſt] *cum enim ex contrariis, ad quandam tamen temperantiam redactis, ſit compoſita, continens in ea reperitur diſsidium. vt non ineptè dicatur concordia diſcors, vel diſcordia concors: compoſitio nimirum principium eſt pugnæ, pugna diſiunctionis, diſiunctio ſolutionis: quæ.n. contrahit amicitia, eadem diſsipat diſcordia.*

34 Quæ ſane diuina diuinitus ad nos delata eſt] *cum plures olim extiterint de anima humana opiniones vel quòd ex traduce eſſent, vt quomodo corpus ex corpore, ſic anima oriretur ex anima, vel quòd olim con-*

plim conditæ in theſauro haberentur Dei, & ſingulis ſingulæ demitterentur, vel quòd de cælo ſua ſponte laberētur in corpora, vel quòd quotidie corporibus ſimul creatæ infunderentur, reliquis omnibus exploſis atque reiectis, poſtrema hæc, quam etiam hîc tangit Naz. tanquam vera & à Catholica Eccleſia approbata, prorſus retinenda eſt.

35 Ob alias cauſas quas ſolus nouit is, qui colligauit Deus.] *Doctores ſcholaſtici, in his quoq; ſicut in aliis perſcrutandis diligentiores, conati ſunt, nonnullas inueſtigare, vt eſt videre apud Magiſtrū ſent. lib. 2. diſt. 1. K. ſed de his, vt D. Auguſtini verbis vtar, aut nō eſt tractandum, aut inter pios, perfectóſq; tractandum eſt. eas certe, quas hîc affert Naz. eaſdem repetit, in vnum tamen redactas, & in or. περὶ φιλοπτ. p. 132. v. 39. & initio oratiunculæ ad Virginem, & in or. in Nat. p. 230. v. 29.*

36 Loca quidem medicus, momenta &c.] *Cum tribus ex rebus propoſuerit oſtenſurum ſe animarum curandarum artem ipſa medicina difficiliorem, præſtātioremq; eſſe, ex materiæ ſcilicet ratione, ex facultate ſcientiæ, & ex fine operationis, prima abſoluta, nunc ad ſecundam videtur aggredi.*

37 Magnum oculum Dei &c.] *magnus plane oculus, ſiquidem non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autē nuda & aperta ſunt oculis eius.* Hebr. 4. *quod autem ſequitur, & iuſtitiæ præſidis, ita mihi in mentem venit vocem illam græcam τῆς δίκης latine reddere: coniicio enim virum in omni doctrinarum genere verſatiſſimum ad id reſpexiſſe, quod finxerunt antiqui τὴν δίκην Deam quandam iudiciorum eſſe, quæ, vt ſcribit Plato in 4. de legibus, Deum aſſidue conſequeretur, vin-*

tur, vindex eorum, quæ à diuina lege deficerent, eius verò ἄγγελον*, id eſt nuncium, ſiue indicem ponebant Nemeſim omnium vel leuium, & volucrium verborũ ſpeculatricem. Nazianzenus porrò eadem in eandem, vt ſuſpicor, ſententiam voce vſus eſt in orat. in Cæſarium fratrem p. 48. v. 27. & in Athanaſium p. 106. v. 45. cum de Iuliani morte loqueretur: inquit enim* κατὰ Περσῶν ἐκεῖνον ἡ δίκη καλῶς ἐξώπλισεν. *&,* Πέρσαις ἡ δίκη δοῦσα τὸν ἀλιτήριον, ἐκεῖ δικάζει. *Perſis iuſtitiæ præſes, diuina ſcilicet ſententia, ſceleratum illum cum tradidiſſet, illic eum iudicat. eodem etiam ſpectare vox hæc videri poſſit in Act. 18. à Barbaris iactata, qui vidiſſent viperam D. Pauli è naufragio vix dum emerſi, manum inuaſiſſe: dictitabant enim,* πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης, ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. *vtique homicida eſt homo hic, quem cum euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere. vbi autem vulgata editio habet vltio, diuina ſcilicet iuſtitia, quæ nullum crimen inultũ eſſe ſinit, aliàs legitur, fas. quod quidem videtur noſtræ coniecturæ non parum fauere: quã enim antiqui* τὴν δίκην*, eandem* θέμιν*, id eſt fas appellaſſe videntur.*

38 Aut excuſamus excuſationes in peccatis] *quod ſanctus Dauid Pſal. 140. vt à ſe auerteret, Deum pie precabatur, non ignorans ei, qui peccatum velit excuſare, veniæ nullum locum eſſe: quemadmodum enim confeſſio initium eſt ſanctitatis, ita excuſatio iram iuſti iudicis & vindictam maxime prouocat, nec minus ſerpentina illorum obduratio, quos deinceps ex 57. Pſ. deſignat, dicens, eos, ne ſalutaria ſapientium virorum percipiant monita, aures ſibi ipſis obſtruere, non ſecus ac ſoleat aſpis, ne magorum audiat incantationes.*

39 Odio habentes in portis arguentes &c.] *Viro, ait*

ro, ait Sapiens, qui corripientem, dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. Grande ſane vitium eſt, eum, qui te corripit, odiſſe, præſertim ſi ingenue id & aperte faciat; quod auctor ex verbis ab Amos Propheta ca. 5 ſumptis, intelligi voluit: quæ enim in portis fiunt, aperte & publice fiunt. vnde illud, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. is autem modus loquendi frequens eſt in ſacra ſcriptura, quoniam in porta, vt ait B. Hieron. iuxta veterem Iudaici morem populi fuiſſe iudicia ſæpe legimus, vt nec agricola ad cauſam veniens, frequētia ciuitatis, & nouo terreretur aſpectu; nec vrbis habitator longe ab vrbe properaret, & ſubuectionem quæreret iumentorum. Prou. 29. Pſal. 9.

40 In eo, qui abſconditus eſt, cordis homine] *verba ſunt B. Petri in 1. ep. cap. 3. per abſconditum autem cordis hominem intellige mentem ipſam, illum inquam interiorem hominem ei ſoli apertum & cognitū, qui videt renes & cor. quem etiam S. Paulus ab exteriore ſeparans, dicebat, Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Hierem. 20. 2. Cor. 4.

41 Qui nos intus oppugnat] *perennem illum inimicum noſtrum indicat, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates; qui nos facile, niſi induamus armaturam Dei, addicunt morti peccati: ſtipendia enim peccati mors.* Epheſ. 6. Rom. 6.

42 Siue etiam exhibeatur] *non ſunt verba hæc prætermittenda: oſtendit enim, niſi me fallit, non ſatis eſſe, vt animarum curator probus ipſe tum verbo, tum opere appareat, ſed oportere etiam, vt operam ſuam aliis opportune*

Mat.5. *portune præſtet;qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

43 Animam ſubleuare] *non incommode mihi ipſe videor verbum verbo reddidiſſe, præſertim cum ei ſoleat aliquando Naz. opponere τὸ βαρεῖν. propriè tamen ſignificare videtur πτερῶσαι, pennas aptare, & quaſi alitem reddere. vnde etiam Plato Polit. lib. 5. πτερῶσαι dixit equites è peditibus conſtituere, & Xenophon Pæd. 4. vocat equitem ἄνθρωπον πτηνὸν hominem alatum. & ipſe Naz. in or. in Baſil. p. 98. v. 30. appellauit quodammodo magnum illum virum τὸν τῆς ἐρημίας πτερωτὴν, quaſi dicas alarum ſtructorem, quòd ſcilicet aptus eſſet, qui ſolitudinis ſtudioſis alas aptaret, quibus ad contemplandũ ſubleuarentur. has forte alas efflagitabat manſuetus Dauid, cum dicebat, quis mihi dabit pennas ſicut*
Pſal.54. *columbæ, & volabo & requieſcam? Aptiſſimè igitur demonſtrat hîc Naz. Epiſcopi munus eſſe, animæ noſtræ quaſdam quaſi alas accommodare, quibus poſſit à terrenis hiſce rebus ſoluta atque expedita in cœlum liberè euolare.*

44 Chriſtum in cordibus per ſpiritum ad habitandum inducere] *Adumbrat locum illum ep. ad Epheſ. 3. virtute corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, loco tamen verbi, quo vſus eſt Apoſtolus, κατοικῆσαι, quod ſignificat habitare, poſuit, vt propoſito deſeruiret ſuo, εἰσοικίσαι, quod ſignificat, habitare facere, ſiue ad habitandum inducere, ſicut & μετοικίσαι ex vno loco in alium transferre, & ad habitandum deducere; quo quidem vſus eſt Lucas Act. 7. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, & transferam vos trans Babylonem. ex quo patet etiam ſupra, vbi impreſſi codices habent,*

bent, μετώκισεν αὐτ̃ εἰς τ̃ γῆν ταύτην, legendum eſſe, μετώκισεν per ι. quod ego certa cõiectura ductus, in meo libello iamdudum cum emendaſſem, inueni modo ita eſſe ſcriptum in exemplari illo Vaticanæ bibliothecæ vetuſtiſſimo.

45 Id nobis Pædagogus vult lex] *imitatus Apoſtolum ad Gal. 3. Legem Pædagogum metaphorice appellat, quòd quemadmodum Pædagogus pueros impotentiores coërcet, & rudiores nonnihil erudit, quoad iam continentiores, peritioreſq; facti, poſſint à præceptore recte inſtitui, ita lex timore, hominum vitia comprimebat, eoſq; ad virtutem aliquantum informabat, donec ad verum magiſtrum Chriſtum deduceret.*

46 Legis conſummator & finis Chriſtus] *finis enim legis Chriſtus, dicebat S. Paul. ad Rom. 10. omnes enim Prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. addidit autem, opinor, vocem illam τελειωτὴς, conſummator, ſiue perfector, qua ipſe etiam Apoſtolus vſus eſt in ep. ad Hebr. 12. vt oſtenderet, Chriſtum fuiſſe finem legis perficientem, non interficientẽ, vt B. Auguſtini verbis vtar, finem quouſque eamus, non vbi pereamus. finem denique non in conſumptionem, ſed in conſummationem.* Mat. 11. In Ioan. tract. 55. In Pſal. 54.

47 Vnum ex vtriſque, & per vnum vtraque] *gladius verè ex vtraque parte acutus contra Hæreticos: vna enim percutit letaliter Neſtorium diuina ab homine diuidentem (vt verbis vtar Doctoris, ex latinus ſimilitudine huic noſtro propius accedentis) altera Eutychetem in diuinis humana vacuantem: quorum vtrunque meritò catholica fides refutauit. nam, vt eiuſdem verbis iterum vtar, qui eſt factus forma ſerui, forma Dei eſſe nõ deſtitit, nec alter cum altero, ſed vnus in vtroq;,* S. Leo de ieiun. 7. menſis. ſer. 6. S. Leo ſer. eodem.

quod non

quod non multo ſecus noſter iam dixerat Theologus, vnũ ex vtriſq; & per vnum vtraq;. quæ ipſa verba eodem plane modo poſita reperiuntur in 6. Synodo Conſtantinop. ſub Agathone celebrata act. 4. fo. 12. D. vbi & infra, fo. 48. F. plura ad hanc doctrinam pertinentia poteris legere.

48 Duoque inter ſe diſtantia &c.] *quid quæſo diſtantius, quàm excelſa illa diuinitas ab infima hac carnis craßitudine? & tamen vtraq; in vnum nouo plane & miro quodam modo copulata eſt, anima rationali interueniente, quæ quandam cum vtraq; habet affinitatem: eſt enim hæc quaſi in medio quodam vtriuſq; ſpacio collocata, carnis quidem tanquam contubernalis; Dei verò tanquam imago.*

49 Generatio formationis cauſa virgo mulieris gratia] *oportebat enim, vt idem inquit in orat. in Nat. Domini, & generationem honorari, & virginitati præcipuum honorem deferri. ideo & naſci, & ex virgine puriſsima naſci voluit. atq; ita naſcendo noſtram quoq; ſanctificauit natiuitatem, ex virgine autem naſcendo, virginitatis dignitatem ſanciuit.*

50 Bethleem propter Edem, præſepe propter Paradiſum] *congruenter allegoria vtens, ponit, Bethleem Edem, præſepe paradiſo reſpondere: quemadmodum enim præſepe in Bethleem, ita paradiſus in Edem continebatur. plantauit enim Deus paradiſum in Edem ad orientem. ſubiungit autem, vt puto, parua & patentia pro magnis & abſconditis, quia per paradiſum hominis beatitudo figuratè ſignificabatur. quapropter etiã in Edem plantatus fuiſſe ſcribitur, in ſpiritualibus videlicet deliciis: deliciæ enim Edem dicuntur hebraice, ad orientem ad lumen ſcilicet ſapientiæ: ab oriente enim lumen no-*

Gen. 2.

men nobis exoritur, cælumq́ conſurgit.

51 Cæleſtem, deinde terreſtrem] vnigenitus enim filius, qui eſt in ſinu patris, de cælo, vbi ſecundum diuinitatem erat ab initio, in terram nouiſſime deſcendens, carnem aſſumpſit. itaq́ Chriſtus excritur Deus & homo, οὐράνιος, καὶ ἐπίγειος. eiſdem verbis vſus eſt in principio orat. in Nat.

52 Teſtimonio deſuper confirmatus] vox enim de cælo facta eſt, Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi: quod enim Lucas ἐξ οὐρανοῦ, id Naz. dixit ἄνωθεν. quæ quidem vox frequens reperitur in ſacris literis in hoc ſenſu, vt ſignificet ſuperne ſiue è loco ſuperiore, è cælo videlicet. ita vt Cyrillus & plerique expoſitores græci eo etiam loco Io. 3. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, eodem modo hanc vocem ἄνωθεν interpretati ſint. vbi tamen vulgata noſtra editio habet denuò. nec ego quicquā immuto, præſertim cum S. etiam Paulus ad Gal. 4. aperte ea in hoc ſenſu vſus ſit, inquiens, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis? & quidem Nicodemum ſic accepiſſe verbum Domini, vt putaret, debere hominem denuo naſci ex his, quæ obiecit, perſpicuum eſt, ſiue rem ipſam carnaliter ſecum reputans, id commiſerit, ſiue etiam verbi illius ἄνωθεν ambiguitate deceptus, vt videtur putaſſe Theophylactus: quamuis enim non græce, vt ſcripſit Ioannes, ſed hebraice credendus ſit Chriſtus allocutus eſſe Nicodemum, tamen nihil obeſt, opinor, quominus hebraice etiā loquendo potuerit huiuſmodi aliquam vocem proferre, quæ ambiguitatem apud eum pareret. Luc. 3.

53 Gentes frementes & populi meditantes inania]

ania] *verba ſunt 2. Pſal. à Dauide pia quadam cum querimonia prolata, cum diuino ſpiritu afflatus, multo ante proſpiceret grauiſſimas contumelias atq; iniurias, quas in Chriſtum Dominum, fruſtra tamen, illaturi erant impij gentiles, ſimul & perfidi Iudæi: per gentes enim intelligunt pleriq; Romanos milites, qui Pilato aſſiſtebant, per populos Iudæos, qui Annam & Caipham ſectabantur. Sed horum locorum diligentior expoſitio erit potius ex probatioribus tum græcis, tum latinis interpretibus petenda, quàm à me expectanda, cui non tam illa explicare propoſitum eſt, quàm indicare.*

54 Aduerſus maligni imperium] κατὰ τοῦ πονηροῦ κράτους. *illud* τοῦ πονηροῦ *non vt adiectiuum, quemadmodum videri poſſet alicui, accipiendum puto, ſed vt ſubſtantiuum, vt ſcilicet malitiæ auctorem diabolum ſignificet. in quo quidem ſignificatu ferè accipi ſolet à græcis interpretibus hoc nomen* πονηρὸς *tum in Euangeliis, tum in Apoſtolorum epiſtolis, quoties maſculini eſt generis & ſingularis numeri. hîc certe ita omnino accipiendum eſſe, alter eiuſdem auctoris locus planum faciet. nam in or. ad Arianos p.169.v.13. de ſpinea, quam pro nobis noſter tulit Dominus, corona verba faciens, inquit,* ὃς τὸν νικητὴν ἡμῶν ἀπεστεφάνωσε, *quæ ſcilicet ſpinea corona ei, qui nos deuicerat, coronam detraxit. nempe id ipſum, quod hîc, aliquanto apertius oſtendens, ſpineam videlicet Chriſti coronam crudeli nos dæmonis tyrannide plane liberaſſe: per mortem enim deſtruxit eum, qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum. quem igitur hîc dicit, vt ſæpiſſime ſolet,* τὸν πονηρὸν, *eundem appellat ibi* τὸν νικητὴν. *quem quidem locum eo tibi ſtudioſe lector, libentius monſtraui, quòd ibidem nonnulla ſubſequuntur, quæ legere ſi non fueris grauatus, totam hanc, quam*

Hebr.2.

nunc in

nunc in manibus habemus, orationis partem multo & facilius intelliges, & guſtabis ſuauius. quàm autem ſuaue ſit, ſingulas Chriſti paſſiones meditari, & maximas, quæ inde in vniuerſum genus humanum redundarunt, vtilitates perpendere, ſcit is, cui ipſius munere datum eſt id vel modice experiri.

55 Ad lignum vitæ adduceret à quo &c.] τῷ ξύλῳ τοῦ ζωῆς προσάγουσα, οὗ &c.) *Quidam illud* τῷ ξύλῳ *inſtrumentaliter, ita dixerim, acceperunt, per lignum vitæ inteligentes crucem, & illud* οὗ *quaſi aduerbialiter poſitum pro loco, quò nos Chriſti crux reduxit. quod, ni fallor, non ita ſe habet. nā (præterquàm quòd Theologus nuſquam, quantum ego memini, crucem vocat* τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, *ſed potius vel* τὸ ξύλον *ſimpliciter, vt in or. de filio. 1. p. 212. v. 49.* ἐπὶ τὸ ξύλον ἀνάγεται, *inquiens,* προσπήγνυται. *vel vt in or. ad Arianos p. 168. v. 6.* τὸ ξύλον τῆς ἀτιμίας, *ideſt lignum ignominiæ, quòd ſcilicet nullum eo tempore genus mortis ignominioſius haberetur. quapropter etiam Apoſtolus cum dixiſſet, factus obediens vſque ad mortem, addidit, mortem autem crucis) ſi talem ſenſum exprimere voluiſſet, dixiſſet potius* διὰ τοῦ ξύλου, *vt dixit eo, quem proxime notauimus, loco, quàm* τῷ ξύλῳ &, ὅθεν ἠλλοτρίωσεν, *non* οὗ. *germanus igitur huius loci ſenſus mea quidem ſententia talis eſt, vt oſtendat, omnes Chriſti actiones, quas ſupra numerauerat, non ſolum in ipſa paſſione, ſed etiā ante eam, & poſt eam obitas, eò pertinere, vt nos ad lignum vitæ, à quo lignum ſcientiæ alienauit, reducat: Adam enim perſuaſus à muliere, vt de ligno ſcientiæ guſtaret, à ligno vitæ & ſe ipſum, & omnes ſimul poſteros alienauit. quod autem hic dixit* τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς προσάγειν, *id ſane, vt ipſum ſe ipſum exponentem faciamus, in*

Philip. 2.

mus, in or. de ſilio 2. p. 212. v. 50. non multo ſecus, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς ἀποκαθίστησιν, *ad lignum vitæ reſtituit.*

56 Alieno tempore atque incommodo guſtatum] *hoc adiunxit tacite quodammodo eorum calumniæ reſpondens, qui, ſerpentem imitati, dictitabant, aut mala erat arbor illa, aut bona. Si mala, non debuit plantari; ſi bona, non debuit prohiberi. tu verò dic, nec malitia ab initio plantata eſt: bona enim erat natura atque etiam vſu, ſed ſi ſuo tempore guſtaretur, ab his ſcilicet, qui iam eſſent perfecti, nec inuidia prohibita: neq; enim bona erat his, qui adhuc eſſent imperfectiores & appetitu auidiores: perfectorum enim eſt ſolidus cibus, eorũ, qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. & quamuis natura bona illa quidem eſſet, multo tamen erat obedientia melior. nec potuit perfectius demonſtrari, quantum bonum ſit obedientia, quàm prohibendo ab ea, quæ non erat mala. nũquid verò non potuit Dominus iure ſuo eam interdicere ſeruo, cui præſertim tanta aliorum ſuauiſſimorum fructuum copia in paradiſo ſuppeteret? non igitur Domini ſalutare præceptum criminetur ſeruus, ſed ſuam potius accuſet intemperantiam atque incontinentiam. Sed hac de re plura potes, ſi lubet, legere & apud S. Auguſtin. de verbis Domini in Luc. ſer. 34. & apud ipſum Naz. in or. in Nat. Domini p. 230. v. 40. & apud Io. Damaſcenum cap. 28. p. 39.*

Hebr. 5.

57 Deinde iſti quidem &c.] εἶτα οἱ μὲν *&c. cum quadam* ἐμφάσει *pronunciandum videtur illud* εἶτα: *vt enim notat interpres Ariſtoph. in Pluto, ſolent Græci* ἐν τοῖς τῆς βαρύτητος σχήμασιν *in principiis ſæpe ponere* τὸ εἶτα, *hoc modo*, εἶτα ὁ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων σὺ πλοῦτος ἐσίγας; *quod autem ſequitur ob aliena incom-*

moda

moda proprias percipiunt moleſtias, vt ait quidam ex his, qui apud eos ſapientes habentur, ſine dubio ſumptũ eſt ex procœmio illius Hippocratis libelli, περὶ φυσῶν, de flatibus qui inſcribitur, vbi docens medicinam è numero earum artium eſſe, quæ his quidem, qui eas tenent, laborioſiſſimæ, iis verò, qui illis indigẽt, opportuniſſimæ ſunt, rationem affert huiuſmodi, ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς ὁρέει τὰ δεινά, θιγγάνει τε ἀηδέων, καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσιν ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας. οἱ δὲ νοσέοντες ἀπαλλάσσονται τῶν μεγίστων κακῶν διὰ τὴν τέχνην, νούσων, πόνων, λύπης, θανάτου. *nam medicus quidẽ inſpicit grauia, attingitq; inſuauia, & ob aliena incõmoda proprias percipit moleſtias. ægroti verò liberantur maximis malis per hanc artem, morbis, afflictationibus, dolore, morte. Vides igitur non ſolũ ſententiam hinc ſumptam eſſe, ſed etiam ipſa planè verba, niſi quòd ad communis græcorum linguæ vſum redegit Naz. quæ ille Ionice protulerat, vt pote qui, Doricus quamuis eſſet, tamen Democrito (vt ſcribit Aelianus) gratificandi cauſa Ionica lingua in omnibus ſuis ſcriptis vſus eſt. Vtrum autem libellus ille verè ſit Hippocratis, videntur recentiores quidam medici in dubium vocaſſe. quorum opinioni nolim ſuſpiceris id fauere, quòd Naz. teſtimonium illinc ſumens, Hippocratis nomen reticuit: hoc enim frequens auctor hic noſter facit, atque etiam alij antiqui ſcriptores græci, vt certorum quoq; auctorum teſtimonia proferat ſuppreſſis eorum nominibus. In laudatione certè Cæſarij fratris p. 50. v. 31. vbi eadem, quæ hîc, illius libelli verba ponit, proxime Hippocratis mentionem fecerat. Sed hanc controuerſiam medicis relinquamus, modo illud nobis conſtet, Theologum & tanquam eximij cuiuſdam medici dictum illud probaſſe, & propoſito ſuo commodè aptaſſe. Sed quoniam ille,*

quem indicaui, laudationis Cæſarij fratris locus præterquàm quòd huic quem tractamus, non parum conducit, eſt etiam per ſe ipſe pulcherrimus, & intellectu non ita facilis, non grauabor illum ego tibi, amantiſſime lector, plane, fideliterq́ue interpretari, ſenſu, quem ibi intendebat auctor, breuiter præmonſtrato. Qui igitur ſciret ex Rhetorum præceptis, iis, quæ iam vim obtinuerunt, paſſionibus non nimis obſiſtendum eſſe, illis quodammodo conſentiens, non prorſus negat graue eſſe hominum imbecillitati huius vitæ bonis priuari, ſed tamen oſtendit, non tam Cæſarij vicem dolendam eſſe ob illa, ſi quæ amiſerat, commoda, quàm gaudendum ob ea, quibus liberatus erat incommodis; id autem ſingulari ille quidem artificio præſtitit, figura illa τὸ ἀντίθετον, *quod Græci vocant, qua ſenſus ſenſui opponitur, elegantiſſime vſus, membra comprehendente complura. Sed nos breuitatis ſtudio id tantum, quod ad rem pertinet, vnà cum proximo ſuperiore apponemus. Inquit igitur,* οὐκ ἐπιδείξεται λόγοις, ἀλλ᾽ ὑπὸ λόγων γε θαυμαθήσεται, οὐ φιλοσοφήσει τὰ ἱπποκράτους καὶ γαληνοῦ καὶ τῶν ἀντιθέτων ἐκείνοις, ἀλλ᾽ οὐδὲ κακοπαθήσει νόσοις, ἰδίας ἐπ᾽ ἀλλοτρίαις συμφοραῖς λύπας καρπούμενος. *non oſtentabit eloquentiam, at ab eloquentia certe celebrabitur. non commentabitur Hippocratis & Galeni præcèpta, atque eorum, qui ſunt ipſis oppoſiti (oppoſitos autem ipſis appellat, opinor, alios aduerſæ ſectæ medicos: ſæpe enim, vt belle dicebat Heſiodus,* οἱ ὁμότεχνοι ἀντίτεχνοι, *id eſt, vt verbum verbo, quoad fieri poteſt, reddam, coartifices aduerſi artifices) at nec fatigabitur morbis, proprias ob aliena incommoda moleſtias percipiens. cum autem dicit, fore eum liberum à morborum laboribus, noli eos intelligere labores, quos ex propriis morbis tolerandus, ſed quos ex alienis cu-*

nis curandis exciperet , quemadmodum perſpicuum ſit conſideranti Apolog. vnde hûc digreſſi ſumus, locum, ſimul & illum , ex quo demonſtrauimus poſtrema hæc verba ſumpta eſſe, Hippocratis *libelli de flatibus . cuius quidem doctiſſimi medici ſtudioſum fuiſſe* Naz. *vel illud argumento eſſe poſſit , quòd in eadem oratione non multo ante ſummæ laudis loco id tribuit* Cæſario *, quòd* Hippocratis *iureiurando nihil prorſus egeret, his verbis,* μηδὲν ἱπποκράτους ὁρκιστοῦ προσδεόμενος *, nihil* Hippocrate *iuriſiurandi auctore indigens . appellat nimirum* Hippocratem ὁρκιστὴν*, quod pulcherrimum illud iuſiurandum, quod in ipſo ſuorum operum veſtibulo ritè affigitur, & ipſe religioſe iurauerit, & omnibus diſcipulis ſuis itidem iurandum propoſuerit. de quo & B.* Hieron. *ad Nepotianum,* Hippocrates*, inquit, adiurat diſcipulos ante, quàm doceat, & in verba ſua iurare compellit. in eo autem præter alia probi & grati animi indicia, illud inerat, pretij ſe ob medicinam faciendam accepturũ eſſe nihil. intelligebat ſcilicet vir ſapiens , quicunq; humaniſſimam hanc artẽ mercede exercerent , eos reddere illam fermè ſeruilem. vt vel hoc vno nomine immortalem gloriam, quam ſibi ipſe optauit, ſi id, quod Deo teſte promiſerat, tenuiſſet, meritò conſequutus eſſe videatur . hoc eſt igitur ſanctiſſimum illud iuſiurandum, ad quod vt ab* Hippocrate *adigeretur* Cæſarius *, nihil opus eſſe, affirmabat Gregorius, quòd videlicet per ſe ipſe omnia, quæ eo comprehendebãtur, diligentiſſime obſeruaret, & inprimis artem medendi ingenuè , liberaliterq; tractaret. id ſi verè de medicis noſtri temporis dici poſſet, & ipſi melius audirent , & nobiſcum ægrotantibus commodius ageretur.*

58 Nobis autem qui &c.] *ἡμῖν δὲ οἷς &c. hoc δὲ*

reſpondet illi μὲν *decem verſus ante poſito, cum dicebat,* εἶτα οἱ μὲν *&c. quod libuit adnotare, quoniam, cum alia eiuſdem modi particulæ ſint interpoſitæ, non ita facile eſt aduertere. niſi autem aduertatur, nonnihil obſcuritatis affert huic loco, in quo propoſitum eſt auctori, argumento à minori ad maius quod vocant, demonſtrare, quanto ſtudio, quantaq́ue ſcientiá opus ſit eis, qui animabus curandis ac ducendis præſint, ne Pacuuiano illi dicto ſint obnoxij, qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.*

59 Puluerem ſpiritui dedamus] δοῦναι τὸν χοῦν τῷ πνεύματι. χοῦς ἀπὸ τοῦ χέειν *à fundendo, vt puto, proprie terram fuſilem ſignificat. vnde etiam S. Paulus 1. Cor. 15. dixit* τὸν πρῶτον ἄνθρωπον χοϊκὸν, *id eſt* πήλινον ἢ γήϊνον: *formauit enim Deus hominem,* χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, *limum ſumens de terra. quod autem docet hic Theologus, id eſt, non mediocri opus eſſe ſcientia ad præſtandum, ne præſtantior pars deteriori ſeruiat, ſpiritus ſcilicet carni, ratio ſenſui, anima corpori, ſed, quemadmodum recta lex poſtulat, deterior ſub præſtantioris imperium ſubiungatur. id ipſum apertius in orat. contra Eunomianos p. 196. v. 49. dixit,* τί οὐ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ὑποζεύγνομεν, τὸν χοῦν λέγω τῷ πνεύματι; *cur non præſtantiori deterius ſubiugamus, puluerem dico ſpiritui? quod cum per ſe difficile ſit, tum verò multò difficilius reddi oſtendit ex variis eorum, qui curandi ſunt, rationibus atque appetitionibus. Hoc autem argumentum copioſiſſime, ſimul & religioſiſſimè tractatum habemus à B. Gregorio initio tertiæ partis ſuæ paſtoralis curæ, hunc ipſum Naz. locum, vt ipſe profitetur, libenter ſequuto. quos ſi contuleris, adeo ſe vtrunque hac quoque in re vigilantem præſtitiſſe intelliges, vt non teme-*

Gen. 2.

re poſſis , ex eo nomen illos inueniſſe, ſuſpicari.

60 Diſpenſatorem ſe præbere] *reſpexit, opinor, ad illud Luc. 22. quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens &c. cui conſentiens S. Paulus 1. Cor. 4. dicebat, hoc autem quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Verè autem debet Epiſcopus, non ſolum fidelem ſe & diuinorum myſteriorum, & ſuarum actionum diſpenſatorem præſtare, ne ea, quæ Domini ſunt, ſibi vendicet, ſed etiam prudentem, vt non ſemper, nec quoduis cuilibet proferat, ſed ſuo quodq; tempore quãtum cuiq; conueniat atq; expediat, tantum impertiatur, pro morum, ſtatuum, ſtudiorum, naturarumq; diuerſitate. quæ cum tanta ſit, quantam pulcherrime exponit ipſe Naz. & Ariſt. etiam in 2. Rhet. oſtendit, vere beatus dici poteſt, qui talis fuerit inuentus.*

61 Impellamus ad contumaciam] πρὸς ἀπόνοιαν ἐρεθίζωμεν. ἀπόνοιαν *hoc ego loco non deſperationem, ſed cõtumaciam interpretor: ſenſus enim eſt, quoſdam eiuſmodi eſſe ingenij, vt, ſi velis ipſos crebris obiurgationibus exagitare, frenum momorderint, & contumaces prorſus euaſerint, ad omne facinus audaciores facti: peccatores enim (vt S. Auguſtini verbis vtar) ſi frontem verecundiæ abiecerint, liberius peccabunt. cum enim, B. ait Greg. prauus quiſq; impudenter innoteſcit,* 3. paſt. cur.
quo liberius omne facinus perpetrat, eo etiam licitum c. 1. adm. 32
putat, & quod licitum ſuſpicatur, in hoc procul dubio multiplicius mergitur. Neq; verò minus his, qui in contumaciam, quàm qui in deſperationem delabuntur, aptari poteſt verbum illud καταβαπτίζοντες. *cuius tamen loco nonnulli ſcripti codices habent* καταπιέζοντες, *id eſt deprimentes, ſiue conculcantes. & quidem videor mihi animaduertiſſe Naz. nunquã hoc nomine* ἀπόνοια *pro*

deſperatione vſum eſſe, ſed illo ἀπόγνωσις: hoc enim quamuis ſæpius vtatur, non tamen pro deſperatione vel ſocordia, quemadmodum ferè interpretati ſunt alij, ſed modo pro contumacia vel arrogantia, modo pro dementia ſeu inſania vtitur. nec grauabor vtriuſq; ſignificatus nonnulla tibi exempla conſideranda proponere. ac prioris quidē hæc ſint, in or. in S. Baſil. p. 89. v. 11. in or. prima de pace p. 116. v. 46. in or. ad Nectarium p. 227. v. 18. & in or. de recto ordine p. 153. v. 26. vbi quidem vſus hoc verbo ἀπονοεῖσθαι pro rebellare, ſubiungit ὧν φύγωμεν τὴν αὐθάδειαν, μηδὲ τὴν ἀπόνοιαν μιμησώμεθα, quorum, eorum ſcilicet, qui contra Moyſem rebellauerant, fugiamus pertinaciam, nec imitemur contumaciam: id enim contumacium proprium eſſe videtur, vt ab aliorū voluntate atq; conſilio deſciſcant, & arbitrium ſuum, libidinemq; ſequantur. poſterioris verò ſignificatus iſthæc duo ſatis fuerint exempla, quorum primum eſt in or. ad Patrem p. 40. v. 14. vbi dicens ſtatutum eſſe ſibi, mediam quandam inter cupiditatem ac timiditatem viam tenere, vt ſcilicet nec prorſus recuſaret miniſterium, nec maius, quàm quod ferre poſſet, onus ſuſciperet, quòd alterum eſſet inobedientis, alterum arrogantis, ſubdit, μᾶλλον δὲ ἀπονοίας ἀμφότερα, vel potius dementiæ ſiue inſcitiæ vtrunq;. quod autem dementiam ſiue inſcitiam hoc loco ἀπόνοια, non ſocordiam ſignificet, volo ipſe tibi Naz. declaret, qui cum in Apol. p. 31. v. 53. idem plane agens, cauſam redderet, cur vtrunq; illorum extremorum improbaſſet, ait, τὸ μὲν γὰρ εἶναι θρασέων, τὸ δὲ ἀπειθῶν, καὶ ἀπαιδεύτων ἀμφότερα, illud enim temerarij, hoc inobedientis, vtrunq; verò imperiti hominis eſſe ſtatuo. quod igitur illîc dixerat, ἀπονοίας ἀμφότερα, hîc dicit ἀπαιδεύτων ἀμφότερα. vt dubium nemini iam

ni iam eſſe poßit, quin ἀπόνοιαν ἀντὶ τῆς ἀπαιδευσίας *pro inſcitia ſiue imperitia poſuerit. Alterum vero eſt in ep. 1. ad* Cle. *p. 313. v. 40. vbi Apolinarium refellens, qui negabat* Chriſtum *mentem aſſumpſiſſe, infert,* ἄνελε οὖν μετὰ τοῦ νοὸς καὶ τὴν σάρκα, ἵνα ᾖ σοι τέλειον τὸ τῆς ἀπονοίας, *deme igitur vnà cum mente etiam carnem, vt perfecta tua ſit dementia. quo loco licet animaduertere, pulchra eum verborum* τοῦ νοὸς καὶ τῆς ἀπονοίας *alluſione vſum eſſe: nihil enim aliud eſt* ἡ ἀπόνοια, *quàm quædam* τοῦ νοὸς ἀπόστασις, *mentis alienatio. id ipſum nec minus eleganter, eandem rem tractans, fecit in altera ad eundem ep. p. 315. v. 1. & 3. his verbis,* ἡ ἀνόητος αὐτῶν περὶ τοῦ νοὸς δόξα, *demens ipſorum de mente opinio. &,* ἀνοίᾳ τὸν νοῦν περικόπτοντες, *dementia mentem execantes. Sed horum verborum occaſione venit mihi in mentem, notare, non obſeruaſſe* Naz. *differentiam, quam in quodam antiquiſſimo* σχολίῳ *in apolog. minore inter* ἀπόνοιαν *&* ἄνοιαν *poſitam reperi huiuſcemodi,* ἡ ἀπόνοια μανία τις οὖσα καὶ ὑπερηφανία μισεῖται, ἡ δὲ ἄνοια καὶ νωθεία στέρησις οὖσα φρονήσεως, ἐλεεῖται μᾶλλον ἢ μισεῖται, *dementia inſania quædam cum ſit & inſolentia, odium concitat; ſtultitia verò & fatuitas, cum ſit priuatio intelligentiæ, miſericordiam potius, quàm odium commouet. hæc igitur differentia, vt vera ſit, à* Naz. *certe hoc loco non eſt ſeruata: pro eodem enim in 2. ep. poſuit* ἄνοιαν, *pro quo in prima poſuerat* ἀπόνοιαν, *nec dubium cuiquam eſſe poteſt, quin Apolinario eam tribuerit dementiam, quæ ad inſaniam atque inſolentiam pertinet, quæque odio digna eſt, non illam, quæ priuatio eſt intelligentiæ, & miſericordia potius, quàm odio digna videtur. Plato quidem in extremo* Timæo ἄνοιαν *demẽtiam, quam animi morbum recte appellat, loco generis poſuiſſe videtur, eique*

duas ſpecies ſubieciſſe, μανίαν & ἀμαθίαν, id eſt inſaniam & inſcitiam. Sed hæc tum à græcis, tum à latinis ſcriptoribus confunduntur.

62 Via regia vtique gradiendum eſt, & cauendum &c.] *quamuis prouerbij ferè loco dicatur (vt legitur in Num. cap. 20. & 21.) ὁδῷ βασιλικῇ πορεύεσθαι, via regia gradiri, publica ſcilicet ac militari, itemq́; nec ad dextram, nec ac ſiniſtram declinare, tamen cum audis, καθὼς αἱ παροιμίαι φασὶν, quemadmodum dicunt prouerbia, nolim ita dictũ exiſtimes, vt dici vulgo ſolet, quemadmodum dicit prouerbium, ſiue, vt eſt in prouerbio: non enim id ſibi voluit Naz. ſed idem eſt, ac ſi dixiſſet, quemadmodum monet nos Sapiens in Prou. locus autem, quem innuit, eſt in libro Prou. cap. 4. quo quidẽ loco Salomon monet diuinitus, neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram partem declinandum eſſe. per dexteram verò partem eam intellige, quæ modum tranſgreditur, quæq́; apparet potius, quàm ſit, dextera: quæ enim verè dextera eſt, eam profectò Sapiens eo ipſo in loco plurimum commẽdat, dicens, Vias enim, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus; peruerſæ verò ſunt, quæ ſunt à ſiniſtris.*
Eccl. 10. *quid ni? cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius.*

63 Qui ſcite ſciturus ſit animas gregis] *verba mutuatus eſt à 27. cap. Prou. vbi græce ita legitur γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου. illud autem Naz. γνωστῶς γνωσόμενος præterquàm quòd iucundam quandã parit verbi alluſionem, quam ego quoad potui conatus ſum ſeruare, maximam præterea vim habet ad oſtendendum boni paſtoris munus eſſe, oues ſuas non modo exterius, verumetiam interius plane cognitas ha-*
Io. 10. Pſal. 22. *bere, vt vocet eas nominatim, ducat, & reducat,*

ac demum

ac demum in loco paſcua collocet.

64 Suo cuiq; tempore verbi quaſi tritici menſuram dare ac &c.] *locum illum Luc. 12. iterum aperte demonſtrat, ſimul & innuit, quid præcipue intelligere debeamus per menſuram tritici, verbi ſcilicet ac doctrinæ, qua quidē animæ nihilo minus, quàm corpora tritico, aluntur. quanquam bonorum quoq; operum & ſpectatæ vitæ exemplum eodem pertinere, recte dici poſſe videatur. Quod autem ſequitur, ac diſpenſare in iudicio, ita ego quidem intelligo, vel in publico loco, & quaſi in iudicij throno conſtitutus, vel certe in æquitate & rectitudine iuſtitiæ, æquam ſuo cuique tempore & congruam partem tribuendo; in quam ſententiam commodè idem verbum accipitur in Pſal. 9. Parauit in iudicio thronum ſuum. quod quaſi explicans ſubiungit, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia.*

65 Quæcunque de mundis aut de mundo] *diſiunctiue ita locutus eſt, quoniam, cum duo extent mundi, immaterialis vnus & inuiſibilis, materialis alter & viſibilis, aliquando quidem ſeparatim de his tractant* Theologi, *alterum ab altero diſtinguentes, quemadmodum & conditos fuiſſe exiſtimarunt græci, intelligibilem ſcilicet primum, deinde ſenſibilem, aliquando verò coniunctim, vniuerſum ſimul pro vno aggregato ex vtriſq; accipientes, quemadmodum & creatos eſſe, contendunt latini. id ita eſſe ex quinq; eiuſdem auctoris locis poterit, qui vult, per ſe ipſe aperte cognoſcere: ego enim breuitati ſtudens, ſatis habebo, illos indicare. Primus igitur eſt in or. ad Patrem p. 64. v. 27. Secundus in or. contra Eunom. p. 197. v. 45. Tertius in or. de Theol. 2. p. 206. v. 50. Quartus in orat. in Nat. p. 230. v. 7.*

Quintus

Quintus in orat. in Bapt. p. 251. v. 10.

66 Inferiorem inquam & humanam] *Nam ſi ſupremam illam ac diuinam rationē ſpectes, nihil prorſus præter rationem occurrere poteſt: quemadmodum enim peritus artifex, licet ex artis ſuæ præceptis omnia modo & ratione elaboret, ignaris tamen atq; imperitis ſecus in præſentia videtur; ita nobis, in occultis diuinæ prouidentiæ iudiciis perſcrutandis cæcutientibus, multa præter rationem euenire videntur. vnde etiam vana illa & verè fortuita inuenta fluxerunt, fortuna, caſus, fatum, & huiuſcemodi Chriſtiano homine plane indigna. cuius eſt, ſeſe demittere, & cauſarum ignorationem ſuæ imbecillitati ac fragilitati acceptam referre,*
Pſal. 72. *donec intret in ſanctuarium Dei, vbi poßit in ipſo verbo tanquam in purißimo ac lucidißimo quodam ſpeculo rerum omnium rationes intueri.*

67 Tum primo, tum ſecundo] *vterq; manife-*
Baruc. 3. *ſtus & viſibilis, ſi quidem in primo in terris viſus eſt, &*
Io. 19. *cum hominibus conuerſatus, in ſecundo videbunt, in quē transfixerunt. agnoſce & tertium quendam Chriſti aduentum occultum & inuiſibilem, quo non deſiſtit quotidie ad electorum animas ſaluandas venire in ſpiri-*
Threni 4. *tu: ſpiritus enim oris noſtri Chriſtus Dominus, in cuius vmbra viuemus in gentibus. id enim ipſe viſus eſt beni-*
Ioan. 14. *gnißime polliceri, cū diceret, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. quod quidem & antea præ-*
Leuit. 26. & 2. Cor. 6. *dixerat, inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos.*

68 De reuerſione] περὶ ἀναλύσεως. *Tametſi negare non auſim, ἀνάλυσιν dici poſſe etiam reſolutionem illam ſiue diſſolutionem, quæ in vniuſcuiuſq; morte accidit, dum anima à corpore ſeparatur, tamen magis proprie putarim hoc nomen ſignificare reuerſionem eò, vnde huc ve-*

huc venimus, quæ illam diſſolutionem conſequitur; cum enim anima ex corpore exceſſerit, tum domũ reuertiſſe videtur, quam ipſam diſſolutionem, quæ διάλυσις potius, vel κατάλυσις dici videtur, quàm ἀνάλυσις, vt colligi poteſt ex Naz. in or. ad eos, qui ex Aegypto venerant p.163.v.28. vbi de Petro illo Athanaſij iam mortui ſucceſſore verba faciens, inquit, ὁ δὲ πρὸς τὴν αὐτὴν κατάλυσιν ἢ ἀνάλυσιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις ἐπείγεται, hic vero ad eandem diſſolutionem, vel reuerſionem ob eadẽ præmia feſtinat, κατάλυσιν dixit, vt puto, rationem habens ſeparationis animæ à corpore, ἀνάλυσιν, reuerſionis ad ſuperna loca, vnde ad infera hæc defluxit. & quidem id, quod primo & per ſe cupiunt ſancti viri, non eſt animæ à corpore ſeparatio (quin hanc abhorrent & ipſi magis, quàm optent, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri: mors enim, vt dicit S. Auguſtin. de Ciu. Dei l.13. 2.Cor.5.
c.8. cum eam morientes patiuntur, cumq; in eis vt moriantur, facit, nemini bona eſt, ſed laudabiliter toleratur pro tenendo vel adipiſcendo bono) ſed reditus ad cæleſtem illam patriam: cum enim anima nobis à Deo inſpirata ſit, & prope Deum eſſemus aliquando, non loco, ſed animo, illinc autem poſtea ob peccatum decideri-mus, congruè reuerſio dicitur noſtra rurſus cum Deo conciliatio. quo fit vt putem commodè illud ad Philip.1. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, ita nos poſſe interpretari, vt dicamus, deſiderium habens reuerti & eſſe cum Chriſto, quomodo etiam S. Hieronymus in Apol. contra Rufinum interpretatus eſt, itémque illud 2. ad Timoth. 4. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐπέστηκε, tempus meæ reuerſionis inſtat. vbi Oecumenius ἀνάλυσιν ait, reditum dicit ad Chriſtum, qui creauit. Sed vt ibi nihil ego quidem immuto, ita hîc, cum

dicit

dicit Naz. περὶ τῆς χριστοῦ ἀναλύσεως, reuerſionem, vnde venerat, Io. 13. *(à Deo enim exiuit & ad Deum rediјt) prorſus intelligo, non mortem, quæ proximo illo ſuperiore verbo* παθημάτων *apte comprehendi poteſt. at reuerſionem ſiue aſcenſionem, niſi hac voce* ἀναλύσεως *exprimatur (quod fortaſſe non careret reprehenſione) omnino prætermiſiſſet: quæ enim ſequūtur,* ὅσα τε περὶ ἀναστάσεως *&c. non ad ipſum Chriſtum, ſed ad vniuerſum genus humanum referuntur. Quòd autem* ἀνάλυσις *pro reuerſione recte accipiatur, præterquam quòd ex ipſo Naz. ſatis patet, tum in or.* περὶ εὐταξίας, *p. 150. v. 21. tum initio ep. 40. ad Olympium; tribus præterea, quatuórve teſtimoniis planum faciam. primum ſit ex libro Sap. cap. 2.* οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀναλύσας ἐξ ᾅδου, *non eſt cognitus qui ſit reuerſus ab inferis. ſecundum ex Luc. 12.* προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, *expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis. tertiū ex Dion. de Eccl. Hierarchia c. 3.* ὁ μὲν ἱεράρχης εὐχὴν ἀρξάμενος, ἐπὶ πᾶσαν ἔρχεται τὴν τοῦ ἱεροῦ χώρου περιοχήν. ἀναλύσας δὲ πάλιν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον, ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς τῶν ψαλμῶν μελῳδίας, *Hierarcha quidem precem ſacram ſuper diuinum altare cum perfecerit, ab ipſo thuris incendendi initium faciens, ad omnem venit ſacri loci circuitum. reuerſus verò iterum ad diuinum altare, exorditur ſacram Pſalmorum melodiam. quartum deniq; ex Greg. Nyſeno in or. in Baſilium fratrem,* προτιμοτέρα τοῦ πεπλανημένου βίου ἡ πρὸς δεσπότην ἀνάλυσις, *potior profecto, præſtantiorq́; eſt errante hac vita & vaga reuerſio ad Dominū. Quid quæris amplius? dies me deficiat, ſi velim, quot verbis, quótve nominibus vtatur Naz. in noſtra, Chriſtiq́; reuerſione ſignificanda, ſingulatim enarrare,* προσλαμ-

βάνεσθαι,

βάνεσθαι, ἀφίπτασθαι, μετοικίζεσθαι, ἀποδημεῖν, ἐκδημεῖν, ἐπανελθεῖν, itemq́; ἀποδημία, ἐκδημία, ἀνάβασις, ἄνοδος, μετάθεσις, ἀποκατάστασις, μετάστασις: ex quibus vides duo poſtrema prope accedere ad id, de quo agimus, ἀνάλυσις.

69 Sermone &c.] *τὸν λόγον. λόγον hîc intelligere debemus non ipſum verbum, Dei filium, quem quidem vnicam eſſe hypoſtaſim, veriſſimum eſt, ſed ſermonem, qui fit de ipſa trinitate, quem profecto vel in vnam hypoſtaſim contrahere, vel in tres diuerſas atq; alienas diſtrahere, peccatum eſt grauiſſimum vtrunq;, quamuis ex contrariis oriatur: neq; enim ſunt immediata; quorum ſi vnum eſt fugiendum, vt malum, alterum vtique eſt appetendum, vt bonum; cuiuſmodi eſt virtus ac vitium, veritas & falſitas. at in mediatis vtrunq; eſt fugiendum tanquam exceſſus ac defectus, vt prodigalitas & auaritia, quorum mediũ liberalitas laudanda: oſtentatio & diſſimulatio, quorum medium veritas amplectenda. Sic igitur Græciſmus (ita dixerim) & Iudaiſmus tanquam exceſſus ac defectus vituperantur, Chriſtianiſmus verò quaſi medietas quædam probatur. Dextrum Scylla latus, læuũ implacata Charybdis obſidet: tu in medio nauiga, vtrunque periculoſum latus euita. Vt autem de hiſce duabus, tribúsve falſis peruerſiſq́; de Dei eſſentia opinionibus, plura ego quidem diſſeram, non puto te expectare: id enim alterius eſt inſtituti, acrioriſq́; ingenij, & doctrinæ firmioris. non deſunt complures tum græci, tum latini grauiſſimi ſcriptores, apud quos poterit, qui volet (velle autem debebit quicunque ſenſerit ſe aptum atq; idoneum eſſe) iſthæc commodius perlegere. mihi ſatis fuerit aliquot locos huius ipſius auctoris demonſtraſſe: quos ſi contuleris, alter alteri multam lu-*

tam lu-

tam lucem afferet. lege igitur in laud. Baſilij p. 84. v. 39. In or. de Theol. 1. p. 143. v. 5. In or. ad eos qui ex Aegypto venerant p. 164. v. 42. In or. ad Arianos p. 169. v. 47. In or. ad Cl. Epiſ. p. 183. v. 3. & in or. Nat. p. 229. v. 45. Nam quod ad verba attinet, voces illas atheíam & polytheíam, cum quo modo latine exprimerem, niſi vellem longiore vti verborum circuitu, non haberem, malui græcas retinere. neq; verò Sabellij hæreſim atheíam ideo nuncupat, quòd Deum nullum eſſe omnino putaret, quemadmodum Diagoras ille Melius & Theodorus Cyrenaicus, qui propterea etiam athei dicti ſunt; ſed quòd ita diuinas hypoſtaſes reſolueret vel componeret, vt non magis vnum omnes, quàm nihil ſingulas eſſe definiret. quin etiam Epicuri de Diis ſententiam in extrema oratione contra Eunomianos atheíam vocat. vt non ſolum athei hi dici poſſe videantur, qui apertè Dei naturam ſuſtulerunt, ſed etiam illi, qui eam non ex veræ fidei regula, ſed ſuo arbitrio metiuntur. & quidem non minoris impietatis eſſe videtur, Deum ex ſua libidine fingere, quàm prorſus negare. Quod autem ſequitur, Qui nimis apud nos ſunt orthodoxi, oſtendit veriſſimum eſſe Terentianum illud, vt nequid nimis: cui etiam aſſentiens Poëta Lyricus, cecinit, eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum. μεσότης ἡ ἀρετὴ, κακίας ὑπερβολὴ πέλεται. *bonum enim ac virtus exceſſu atque defectu aque corrumpitur, quemadmodum regula non minus additione, quàm detractione peruertitur. Hoc nimirum*

Eccl. 7. *intelligēs Salomon admonebat, noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt: hoc enim eſt velle eſſe ipſa iuſtitia iuſtiorem, ipſa ſapientia ſapientiorem, ipſa demum rectitudine rectiorem. tu verò regiam tene*

viam,

viam, ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram. Prou.4.

70 Ex noua iſta reſolutione] ἐκ τῆς καινῆς ταύτης ἀναλύσεως. *ita habent probatiores manuſcripti codices, itaq; prorſus legendum videtur, non vt habent impreßi,* κενῆς. *id patet ex alio loco or. in Athan. p. 101. v. 50. vbi inquit,* τὸ εἰς ἀριθμὸν ἕνα τὰ τρία συστέλλειν ἀθεότητός ἐστι, καὶ τῆς σαβελλίου καινοτομίας, ὃς καὶ πρῶτος θεότητος συστολὴν ἐπενόησε, *in numerum vnum tria cõtrahere impietatis eſt, & innouationis Sabellij, qui primus deitatis contractionem excogitauit. ibi igitur vocauit Sabellij hæreſim* καινοτομίαν, *id eſt nouũ quoddam inuentum, propter hanc* καινὴν ἀνάλυσιν ἢ σύνθεσιν, *nouam videlicet reſolutionem vel compoſitionem.*

71 Ex Arij, quæ recte dicitur inſania] κατὰ τὴν ἀρείου καλῶς ὀνομασθεῖσαν μανίαν. *Arius, hæreſis illius auctor, quæ Dei Eccleſiam diu multumq; vexauit, die feſto* ἄρεος, *id eſt Martis, natus eſſe fertur, atq; inde etiã nomen traxiſſe. quoniam verò* τὸν ἄρη *græci vocabant* τὸν φιλοπόλεμόν καὶ μανιώδη δαίμονα, *bellicoſum & veſanum dæmonem; belle hûc alludens, & hîc dixit Naz.* κατὰ τὴν ἀρείου καλῶς ὀνομασθεῖσαν μανίαν, *& in or. ad Heronem p. 159. v. 31. non multo ſecus* ἄρειος ὁ καλῶς μετὰ τῆς μανίας ὀνομαζόμενος, *Arius qui recte ab inſania nominatus eſt. atq; eandem prorſus ob cauſam & in laudatione Baſilij, & in or. in Athan. p. 101. v. 43. vocat eundem* τῆς μανίας ἐπώνυμον, *inſaniæ cognominem, quòd ſcilicet* φερωνύμως *ita dictus ſit.*

72 Neque tria principia inter ſe oppoſita educentes &c.] μήτε τρεῖς ἀρχὰς ἀλλήλαις ἀντεπεξάγοντας *&c. Iterum hîc ſumit tertiam illorum opinionem, qui nimis erant orthodoxi, quos quoniam dixerat ſupra, tres quodammodo vicißim ſibi aduerſantes Deos*

ponere, vſus hoc nomine ἀντιθέοις, congruenter nunc vtitur hoc participio ἀντεπεξάγοντας, ſumpta, ni fallor, metaphora à bello: ἀντεπεξάγειν enim proprie dici videtur de copiis, quæ contra aduerſas copias educuntur. cum verò omnes iam illas tres ſententias iterum poſuerit vſq; ad illud verbum πεφεύγαμεν, merito nos duorũ vetuſtorum codicum auctoritatem ſequuti, quæ ſubſequebantur ab illo μήτε vſq; ad illud δέον, tollenda duximus: ſunt enim eadem, quibus primo Arianorum & nimis orthodoxorum errores explicauerat. quos cum iam, vt oſtendimus, aliis verbis retulerit, fruſtra hûc illa denuo irrepſerãt, librariorum imperitia forte in paginam ex margine tranſlata, vbi eſſent ab aliquo appoſita, vt oſtenderet, quibus verbis id auctor ſupra explicaſſet, quod poſtea aliis aliquanto diuerſis repetebat.

73 Similiter ex vno iſtorum atque ex omnibus neceſſe eſt claudicare veritatem] ὁμοίως ἐξ ἑνὸς τούτων *&c. hoc non ita eſt intelligendum, quaſi velit inferre, non minus veritatem claudicare, ſi in vno tantum offendas, quàm ſi in duobus aut in tribus: neq; enim dubium eſt, quin quò pluribus offendas, eò magis neceſſe ſit claudicare. non igitur æqualitatem vſquequaq; hic infert aduerbium illud* ὁμοίως, *quemadmodum nec in or. de amore erga pauperes p. 132. v. 26. vbi ait,* πάντες γὰρ πτωχοὶ ὁμοίως ἐλεεινοί; *omnes enim pauperes ſimiliter ſiue æque ſunt miſerabiles, nõ quòd nõ ſint alij aliis miſerabiliores (id enim ita eſſe, ipſe ſtatim ſubiungit) ſed quòd nullus plane eorũ reperiatur, quin aliqua dignus ſit miſericordia, quacunq; de cauſa noſtra ope indigeant. æque enim contingit omnibus pauperibus, vt miſerabiles ſint, illud non continuo, vt æque miſerabiles. Atque etiam Sap. 6. cum legis,* ὁμοίως τε προνοεῖ περὶ πάντων, *& æqua-*

liter eſt

liter eſt illi cura de omnibus, noli ita intelligere, quin fateare, quibuſdam Deum maiora, quibuſdam minorã dona largiri, quamuis nemo omnium ſit, cuius ille curã non gerat. Eadem igitur ratione dicit hîc, veritatem ſimiliter ſiue æque ex vno illorum, atq; ex omnibus claudicare, quòd ſcilicet ad efficiendum vt claudicet, ſatis ſit vel vno tantum ex illis tribus, quibus, quaſi quibuſdam pedibus, recta graditur, offendere. quod quidem cauere, rem eſſe omnium difficillimam oſtendit etiam in or. de recto ordine p. 152. v. 42. his verbis, τί θαῤῥήσομεν, νοῦν, ἢ λόγον, ἢ ἀκοὴν, ἐν τρισὶ τούτοις τοῦ κινδύνου σαλεύοντος; καὶ γὰρ νοῆσαι χαλεπὸν, καὶ ἑρμηνεῦσαι ἀμήχανον, καὶ ἀκοῆς κεκαθαρμένης ἐπιτυχεῖν ἐργωδέστερον, *quare confidemus, intelligentia, an oratione, an auditu, cum in tribus iſtis periculum vertatur? etenim intelligere difficile eſt, enuntiare perarduum, auditum purgatum nanciſci, operoſius. Merito igitur dicebat S. Auguſtin. veritatem tutius audiri, quàm prædicari, atque etiam ipſe Naz. in or. de recto ordine p. 152. v. 21. magnum eſſe, docere, ſed diſcere, tutius.*

74 De prima omnibus ſpe] περὶ τῆς πρώτης πᾶσιν ἐλπίδος. *ita appellare conſueuit Theologus excelſam illam Trinitatē, Patrem, Filiū, & Spiritū ſanctum: nec iniuria: in Deo enim trino & vno debemus, tanquã benigniſsimo & clementiſſimo, ſpem noſtram reponere, non deſiſtentes tamen interea virtutes, quantum nobis, eodem iuuante, licet, exercere. id vt quiuis perſpicere poſsit, alium hac de re locum apertiorem commonſtrabo. is eſt in or. de recto ordine p. 154. v. 51. vbi inquit,* τὸ μέγιστον ἡ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος, *id quod maximum eſt, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti co-*

gnitio , confeſſióque primæ noſtræ ſpei.

75 Æmulationem quidem habent,ſed non ſecundum ſcientiam &c.] *verba ſumpta ſunt ex 10. cap.ep.ad Rom. quemadmodum & quæ ſequuntur,nec multis vapulabant plagis , ex 12. Luc. vnde licet colligere, non parem omnium fore pœnam, ſed horum quidem leuiorem , horum verò grauiorem pro leuitate & grauitate criminum , atq; omnium certè grauiſſimam eorum , qui malitia atq; improbitate à Domini voluntate receſſerint.*

76 Certo ictu percutiens] κρούσας καιρίως : *non opportune mea quidem ſententia ſignificat hoc loco καιρίως(quod ſolet,vt certe fecit in or.in Nat.p.230.v.42.* εὐκαίρως *dicere Naz.) ſed certo ictu & quaſi letaliter, quemadmodum in or. contra Iulian. 2.p. 304. v. 13.* καιρίαν πληγὴν*, letalem plagam dicit , atq; etiam alibi p. 184. v. 30. dixit* τὸ γὰρ ἀνύποπτον καιριώτερον*, quod enim ſuſpectum non eſt, letalius & pernicioſius eſſe ſolet.oſtendit igitur Naz. ſpem eſſe,fore,vt qui non malitia , ſed quadam præpoſtera æmulatione errent , aliquando corrigantur , ſi quis ſermo vel exterius per prædicationem,vel interius per inſpirationem adhibitus ab eo,qui eſt, vt S.Auguſtin. verbis vtar, interioris hominis magiſter interior,non vano,ſed certo ictu percutiat, & , vt vernacula lingua dici ſolet , ad viuum feriat. id autem quàm euidenter, quamq; eleganter demonſtret, ſermonem cum ferro , mentem prægnantem cum pyrite lapide conferens, licet videre atque adeo admirari.*

77 Iniquitatem in excelſum loquuntur , quaſi Iannis & Iambris &c.] ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντων *&c. verba ſunt Pſalmi 72. in quibus ne Nazianzeni ſenſum euerterem ; qui , cum ſit ei propoſitum, illos per-*

illos perſtringere, qui de Trinitate male & ſentiebant & diſſerebant, & contra iſtos tum hic, tum etiam apertius in Laud. Baſilij pag. 88. v. 29. adducat hoc teſtimonium, verbum illud excelſum, ſecutus 70. tranſlationem, retulit ad excelſam illam Trinitatem, neceſſe mihi fuit, nonnihil à vulgata noſtra lectione recedere, quæ habet in excelſo. quam tamen in ipſo Pſalmo omnino ſequendam eſſe exiſtimo, præſertim cum in hebræo habeatur de excelſo; quod quidem, quod ad ſenſum attinet, videtur cum latino coincidere: ſignificat enim, homines tantæ arrogantiæ eſſe atque impudentiæ, vt, quaſi in ſupremo omnium loco conſtituti, ſiue ex ſublimi loco verba facientes, palam audeant ſuam iactare iniquitatem. cui ſententiæ ſuffragatur antiquiſſima illa Chaldæorum interpretatio, quæ (vt dicunt) habet de excelſo cordis ſui, præ animi ſcilicet elatione atque ſuperbia. Demum, vt accepi (ego enim, vt verum ingenue fatear, hebraicam linguam noui plane nihil, ſed quoties opus fuit, non ſum grauatus, certos homines, qui eam tenent, conſulere, & in primis Antonium Agellum Clericum regularem, non minus linguarum intelligentia, quàm colendi Dei ſcientia præſtantem, nonnunquam etiam Marianum Victorium Reatinum, probatum Theologum, ac bene de ſacris litteris merentem) niſi velimus ab hebraica littera plane recedere, nullo modo poſſumus ibi per excelſum intelligere ipſum Deum. nam cum duo apud Hebræos, vt aiunt, extent nomina, excelſum ſignificantia, quorum vnum proprium Dei epithetum eſt, Elion, alterum cõmune cuiuſuis celſitudinis, Marom, hoc, non illud hic legitur, idq; adiuncta præpoſitione mim, quæ vbiq; de apud eos, non in ſignificat. Quod autem ſequitur, quaſi

Iannis aut Iambris, Magorum illorum, quos in Exodo legimus à Pharaone contra Moyſem vocatos, nomina ſunt, à S. Paulo in 2. Timoth. 3. poſita, ſiue ex aliquibus Hebræorum, qui interierint, libris, ſiue ex traditione, ſiue ex reuelatione ea perceperit. Origenes quidem in Matt. Tractat. 35. ita reliquit hac de re ſcriptum, Quod ait Apoſtolus, ſicut Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, non inuenitur in publicis ſcripturis, ſed in libro ſecreto, qui ſupra ſcribitur Iannes & Mambres liber: vnde auſi ſunt quidam epiſtolam ad Tim. repellere, quaſi habētem in ſe textum alicuius ſecreti, ſed non potuerunt.

78 Ob inſcitiam & quæ hanc conſequitur cōfidentiam] *veriſſima enim eſt vulgata illa ex Thucydidis ore Græcorum ſententia, inſcitia quidem confidētiam, ratiocinatio autem cunctationem affert. atque etiam Hippocrates in lege illa ſua,* θρασύτης, *inquit,* ἀτεχνίην σημαίνει, *confidentia inſcitiam coarguit. Sed & ipſe Naz. in or.* περὶ εὐταξίας *ait,* θράσος ἀμαθίας ἔκγονον κακὸν εἶναι, *confidentiam inſcitiæ filiam eſſe peſſimam.*

79 Et pulchras conculcant veritatis margaritas] *pulchre alludit ad illud Matt. 7. quo monemur, ne mittamus margaritas noſtras ante porcos, ſimul & innuit, quid per margaritas intelligamus, pretioſa videlicet veræ fidei myſteria.*

80 Circumlati & contorti &c.] *adumbrat, niſi me fallit, locum illum ad Epheſ. 4. vt iam non ſimus paruuli fluctuantes & circumlati omni vento doctrinæ. quod profecto patiebantur hi, quos hic perſtringit Naz. vnde etiam in eadem fere, qua S. Paulus, metaphora perſiſtens, ſubiungit, multisq; litteris quaſi puluere ventis facile*

tis facile proiectis. & quidem nullo tropo potuit aptius ante oculos ponere eorum diſciplinæ leuitatem, qui, ſpretis veris ac ſolidis doctoribus, huc illuc ad quoſcunque magiſtros fluctuãtes feruntur: quid enim facilius, quàm puluis vento diſiicitur? neq; verò non frequens in ſacris litteris huiuſmodi reperitur metaphora, tanquã puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Comminuam eos Pſal. 1.
vt puluerem ante faciem venti. Sicut puluis turbine Pſal. 17.
raptus ex area. Oſee 13.

81 Ab his, qui docent ad doctrinam ipſam ſeſe transferentes] ἀπὸ τῶν λεγόντων ἐπὶ τὸν λόγον. ſic habent omnes ferè manuſcripti codices, quibus fidem adhibendam eſſe oſtendit ea, quæ ſequitur aptiſſima comparatio. Senſus igitur eſt, eos, quos tanquam leues, inconſtanteſq; reprehendit, pro eo, vt magiſtrorum, quos ſunt ſectati, inſcitiam damnent, ad ipſam veræ fidei doctrinam vituperandam inepte ſeſe transferre, vt qui lumen cæcutientibus oculis non cernentes, & ſonum hebetioribus auribus non percipientes, non oculorum, aut aurium putant culpam eſſe, ſed ſolis & vocis.

82 Ex animis autem in eo vtique facilius inſcribitur, quem &c.] huic ſententiæ conſentit id, quod ipſe de ſe dicit in his carminibus, quæ de ſuæ vitæ ratione non minus eleganter, quàm pie conſcripſit. ἐγὼ δ' ὑπόειξα πόθοισι παῖς ἔτ' ἐών, ἁπαλῇ δὲ νέην ὑπεδέξατο μορφὴν εὐσεβίης ψυχή. Ego vero ceſſi deſideriis, puer adhuc cum eſſem, teneraq; recentem ſuſcepit formam religionis anima. Et quidem quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruauit odorem teſta diu. Quod ſi ſecus fiat, duplex negotiũ exhibebitur pio ſcriptori concinno, & iam impreſſos characteres delendi, & alios probatiores inſcribendi. vt non iniuria quodammodo videatur nobiliſ-

ſimus ille tibicen Timotheus duplicem mercedem, vt narrat Quintilianus, ab his diſcipulis exigere ſolitus fuiſſe, qui alteri doctori operam dediſſent: difficulter enim eraditur (vt S. Hieronymi verbis vtar) quod rudes animi perbiberunt. Concinnum autem ſcriptorem καλλιγράφον *dicunt græci eum, qui concinnis politisq; litterarum notis, & rectis lineis cuncta deſcribit, ſecus atq; ille faceret, ad quem Magnus Baſilius poſtremam illam ſuam feſtiuam epiſtolam miſit, quæ &* καλλιγράφῳ *ironicè inſcribitur. Belle etiam cum his conueniunt ea, quæ ipſe Naz. docens, quo tēpore liceat de Deo philoſophari in or. contra Eunom. p.195. v.40. attulit, dicens,* ἡνίκα ἂν σχολὴν ἄγωμεν ἀπὸ τ ἔξωθεν ἰλύος καὶ ταραχῆς, καὶ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν συγχέηται τοῖς μοχθηροῖς τύποις, καὶ πλανωμένοις οἷον γράμμασι πονηροῖς ἀναμιγνύντων κάλλη γραμμάτων ἢ βορβόρῳ μύρων εὐωδίαν, *cum ſcilicet vacui fuerimus ab externis ſordibus, ac perturbationibus, nec permiſerimus principem noſtram partem turpibus, errantibusq; formis confundi, tanquam deformibus litteris pulchritudines admiſcentes litterarum, vel cœno vnguentorum odorem.*

Ep. 7. ad Lætam.

83 Mali & maligni typi] οἱ πονηροὶ, καὶ τοῦ πονηροῦ τύποι. τ πονηρὸν *malignum vocat ipſum dæmonem, tanquam omnis malitiæ auctorem ac ducem. quod libuit aperire, quia non licuit idem eadem facilitate, eodemq; lepore latinè reddere, quo græcè eſt conſcriptum.*

84 Neque blandimentis] οὔτε χειρὸς ἐπαφαῖς, *nec manus contrectationibus, ſonant verba; ſignificat autem geſtum illum, quo ſolemus pecudibus, aut etiam hominibus blandiri, manu dorſum eorum, aut caput contrectantes. non diſſimile eſt illud Xenophontis in extrema Socratis apologia, vbi facit ipſum Socratem A-*

pollodo-

pollodoro, qui dixiſſet, grauiſsime ſe quidem ferre, quòd videret, eum iniuſtè mori, ita reſpondentem, τὸν δὲ λέγεται καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν, σὺ δὲ ὦ φίλτατε ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως, ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα ἐπιγελάσαι. *hunc autem fertur contrectantem, ſiue demulcentem eius caput (ita enim prorſus interpretandum eſt illud participium* καταψήσαντα, *non deteſtatū. quæ, malum, fuiſſet iſta ratio, vt vir ſanctiſsimus morti propinquus hominis ſui ſtudioſiſſimi, & maxime ſimplicis caput deteſtaretur?) dixiſſe, tu verò, amantiſsime Apollodore, malles me iuſte quàm iniuſte morientem videre? ſimulq́ꝫ riſiſſe. Et meritò ſanè riſit hominis inſcitiam, qui putaret ſatius eſſe iuſte, quàm iniuſte mori. qui quidem vulgaris eſt error, vt etiam hodie apud Chriſtianos frequentes huiuſcemodi rudium hominum voces exaudiantur, qui iniuſtè ſe detrimento, aut pœna affici conquerantur, quaſi mallent iuſte id ſibi contingere. At pueri ludentes (dicebat mo-* Horat. ep. 1. *ralis ille Poëta) Rex eris, aiunt, ſi recte facies. hic murus aheneus eſto, Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Nempe ſapienti viro, qualis erat Socrates, vel vnum id ad conſolationem ſatis eſſe poſsit, ſi ſciat & cogitet, iniuſtè ſe quidem pati: melius eſt enim vt bene facientes,* 1. Pet. 3. *ſi voluntas Dei velit, pati, quàm male facientes. neq́ꝫ .n. ſupplicio affici malum eſt, S. ait Dionyſ. ſed ſupplicio* De diu. nom. cap. 4. *dignum eſſe.*

85 Ita cum ex multis, ac differentibus &c.] *oſtēdit Antiſtitem, tametſi vita & moribus ſimplex ſit oportet, debere tamen gubernandi ratione multiplicem eſſe,* ἁπλοῦς τὸν τρόπον, πολυειδὴς τὴν κυβέρνησιν, *dixit ipſe in S. Athanaſij laudatione, nempe quòd (vt & S. Chry-* De ſacer. ſer. *ſoſt. libello illo ſuo, argumenti huic non diſsimilis, ſcrip-* 6. cap. 5.

tum reliquit) cum neceſſe ſit, ſacerdotem eorum hominum conſuetudine vti, qui & vxores habent, & liberos educant, & ſeruos poſſident, & diuitiis circumfluunt multis, & publicas res agunt, & cum imperio ſunt, varium quidem illum eſſe oportet: varium autem dico non fraudulentum, non adulatorem, non ſimulatorem: ſed multa quidem libertatis, atque ingenuitatis plenum, ſcientem autem & ad alios ſe accommodare vtiliter, cũ rerum occaſio id poſtulet, & ſuauem eſſe ſimul & auſterum: nec enim debet vno modo aduerſus omnes, quibus praeeſt, ſe gerere. Sed quàm eleganter aptiſſima etiã allata ſimilitudine idem expreſſerit alter celeberrimus Eccleſiæ doctor, huic noſtro συνώνυμος, non te pigeat audire. Pro qualitate, inquit, audientium formari debet ſermo doctorum, vt & ſua ſingulis congruant, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat: quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, niſi, vt ita dixerim, quædam in cithara tentiones ſtratæ chordarũ? quas tangendi artifex, vt non ſibimet ipſi diſſimile canticum faciant, diſſimiliter pulſat. & idcirco chordæ conſonam modulationem reddũt, quia vno quidem plectro, ſed non vno impulſu feriuntur. Vnde & doctor quiſque, vt in vna cunctos virtute caritatis ædificet, ex vna doctrina, non vna, eademq́ exhortatione chorda tangere audientium debet. Id ipſum igitur declarat Theologus ex eorum qui gubernandi ſunt, varietate, quòd ſcilicet aliqui quidem lacte indigeant, cuiuſmodi erant Hebræi illi, quos S. Paulus in 5. cap. ſuæ ep. ita alloquitur, Facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. quem locum apertè tetigit hîc Naz. atq; alterum etiam fortaſſe 1. Cor. 3. tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potũ dedi, non eſcam: non dum enim poteratis. cui plane conſentiens

S. Greg. in proleg 1. partis paſt. curæ.

ſentiens alter princeps Apoſtolus Iudæis per Aſiam diſperſis ſcribebat,ſicut modo geniti infantes,naturale,& ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Ex quibus omnibus conficitur, non debere prudentem verbi diſpenſatorem altiora myſteria cuilibet patefacere,ſed tantum ablactatis: quem enim, dicebat clariſſimus ille Propheta, docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus. 1.Pet.3. Eſa.28.

86 Alij autem cum eam, quam loquimur, inter perfectos ſapientiam &c.] *quemadmodum ſupra docuit,paruulis non eſſe ſuppeditandum ſolidiorem doctrinæ cibum, ita nunc demonſtrat, eundem his, qui iam adeo fuerint adulti, vt illum commodè capere & concoquere poßint,negandum non eſſe: hoc enim tenacis, illud profuſi,vtrunq; verò imperiti diſpenſatoris eſſet. id autem agens, plures tangit S. Pauli locos: nam cum dixit,eam, quam loquimur inter perfectos,ſapientiam,reſpexit illud 2. cap.1.ad Cor. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. cum, qui ſint iam ſenſibus ſatis exercitati ad diſcretionẽ veri,ac falſi, illud ad Hebr. 5. qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. cum laudabili augeantur augmento, illud ad Coloſ.2. creſcit in augmentum Dei:verba enim ſi ſpectes græca, inuenies ferè eadem. cum deniq; perficiens in virum, & in menſuram ſpiritualis ætatis &c. illud 4. ad Epheſ. in virum, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. quo loco operæprecium fuerit animaduertere, videri Theologum non corporalem ibi, ſed ſpiritualem ætatem intelligendam innuere.*

87 Et ad hæc quis idoneus?] *quaſi dicat nullus. quomodo etiam ex græcis codicibus,à quibus abeſt particula*

ticula illa, quæ in latinis legitur, tam, intelligenda videtur eadem verba apud S. Paulum 2. Cor. 2. vnde hûc tranſlata ſunt vnà cum ſubſequentibus; non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum veritatis. quibuſcum alia mox Prophetæ & Pſalmiſtæ verba, non tanquam aquam vino, ſed vt vinum vino, ſummo artificio miſcet: cum enim ait, miſcentes vinũ aquæ, reſpexit illud Eſ. 1. Caupones tui miſcent vinum aquæ, vel, vt habet vulgata editio, vinum tuum mixtũ eſt aqua. quo loco S. Hieronymus à præceptore ſuo nihil plane diſcrepans, dicit, omnem doctorem, qui auſteritatem ſcripturarum, per quam poteſt audientes corripere, vertit ad gratiam, & ita loquitur, vt non corrigat, ſed delectet audientes, vinum ſanctarum ſcripturarum violare, atq; corrumpere ſenſu ſuo. Cum autem apponit Naz. eum, qui lætificat cor hominis, ſermonem, intendit animum ad illud Pſal. 103. & vinum lætificet cor hominis, belle innuens, quid poſſis, per vinum lætificans cor hominis, myſtice intelligere, ſolidam ſcilicet fidei doctrinam, qua nihil lætius, nihil ſuauius, nihil vberius.

88 Ventriloqui] ἐγγαστρίμυθοι. τοὺς ἐγγαστριμύθους, *vel* ἐγγαστρίτας *vocaſſe antiquos exiſtimo eos, quos putabant in ventre dæmones habere, ſciſcitantibus reſponſa dantes. legitur ſanè hoc vocabulum græce in Leuit. cap. 19. cuius loco habetur latine Magi, & 1. Reg. 28.* γυνὴ ἐγγαστρίμυθος, *mulier habens Pythonem; & quidem huius græci verbi ratione habita, puto S. Auguſtinum in 2. l. de Doct. Chr. c. 23. puellam illam habentẽ ſpiritum Pythonem, de qua in Act. 16. ventriloquam feminam nuncupaſſe. quòd ſi lubet de eo diligentius exquirere, lege Calij Rhodigini antiquarum lectionum comment. l. 5. cap. 10.*

89 Ser-

89 Sermonibus ex terra editis, & in terram demerſis] *verba ſumpta ſunt ex Eſa.cap.29.quibus vult Naz. oſtendere, eos, de quibus loquitur, quaſi quoſdam Necromantes ſermonem ex terra edere, ideoq́ eundem etiam, vtpote vanum ac temere effutitum, in terram recidere ac demergi. crediliſſe autem antiquos illos Gentiles, Dæmonum arte deceptos, è terra oracula fundi, patet etiã ex illo Cic. loco de Diu.l.1. vbi inquit: Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.*

90 Qui de manibus noſtris requiretur] *intendit animũ ad illas minas Ezech. 33. ſemel atq; iterum negligentibus, maliſque ſpeculatoribus propoſitas.*

91 Præclare enim cum eo agatur, cui vel ad ſummam ſenectutem ſermo acceſſerit canus] *Sermonem canum vocat cano & prudente homine dignum: cani enim ſunt ſenſus hominis. Non cani, non* Sap. 4. *rugæ, dicebat etiam gentilis ille orator, repente auctoritatem afferre poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas* Cic. de Sen. *fructus auctoritatis capit extremos. neq; verò non idem in Bruto tali quadam, quali hîc Naz. vſus eſt allegoria, cum, inquiens, ipſa oratio iam noſtra caneſceret, haberetq́ ſuam quandam maturitatem & quaſi ſenectutem. Quin & illud, quod in 5.li.de Fin. ex Platonis ſententia refert, beatum eſſe, cui etiam in ſenectute contigerit, vt ſapientiam, veraſq́ opiniones aſſequi poßit, apte quadrat ad id, quod hîc ſtatuit Theologus, præclare cum eo agi, cui vel ad ſummam ſenectutem ſermo acceſſerit canus.*

92 Fuiſſe quandam olim apud Hebræos legem &c.] *Cum his conuenit quod ſcribit S. Hieronymus ad Paulinum, librum videlicet Ezechielis Prophetæ prin-*

tæ principia, & finem tantis habere difficultatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legerentur: & alibi eoſdē dicit librum Cant. canticorum ne in manibus quidem tenere permiſiſſe, niſi quis ad ætatem perfectam, maturamq́ue perueniſſet. Quod quidem optimum, vtiliſſimumq́ue inſtitutum tantopere probauit Nazianzenus, tantoperéque damnauit contrarium, vt non ſatis habuerit ſemel eius meminiſſe, niſi etiam iterum id ipſum ac tertio in memoriam redigeret, tum in ea, quam de recto ordine, tum in ea, quam contra Eunom. ſcripſit oratione p.156.v.44. & p.196.v.25. vbi etiam quando, & quibus, & quatenus liceat de Deo philoſophari optime docet. & re vera multæ noſtrorum quoq́ue temporum hæreſes hinc ortæ videntur, quòd nullus liber ſignatus fuerit nec ſcientibus, nec neſcientibus litteras. At Aegyptios, aliosq́ue gentiles plurimū in eo ſtudij poſuiſſe, ne ipſorum libri, reconditis quibuſdam de rebus conſcripti, diuulgarentur, hiſtoriæ tum ab aliis, tum à Clemēte Alexandrino in lib. Strom. traditum eſt. Quod autem ſequitur, quemadmodum lapides illi &c. de his lapidibus ſcriptum eſt in libro Ioſue cap. 4. Sed vt locum indicaui. ſic quæ mihi in mentem venit, dubitationem, nolo diſſimulare. ea autem eſt, quòd non diſtinctionis, vt videtur facere Naz. ſed monumenti gratia poſiti videbantur lapides illi: & quamuis non ignorem, conſueuiſſe Naz. in his, quæ de veteri teſtamento ſumit, non modo ordinem, aut verba, ſed ipſum etiam ſenſum nonnihil interdum immutare, vel quod putaret id, vt propoſito deſeruiret ſuo, non eſſe à ratione alienum (quod & in Matt. Euang. cap. 10. factum videtur in illis verbis, veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum &c. quæ

&c. quæ quidem ſumpta videntur ex Mich. 7. ſed alteri propoſito aptata) vel quia non ex ipſis libris huiuſmodi exciperet teſtimonia, ſed memoriæ fideret. quæ fallit nonnunquam viros quantumuis peritos. tamen vereor, ne maior hæc cuipiam videri poſſit licentia. mihi igitur ſatis fuerit, nodum commonſtraſſe. Soluat qui poteſt.

93 Prius ferè, quàm primum capillum depoſuerimus] *Græcis quamuis mos eſſet comam nutrire, idq́; vt ait Euſtathius in 2. lib. Iliad. non ſolum ad pulchritudinem, ſed etiam ad terrorem. vnde Achiuos Homerus ſæpe dicit* καρηκομόωντας, *hoc eſt comatos, ſiue comam nutrientes, tamen non ſolum luctus tempore (quod & patientiſſimum illum Iob ſcriptum eſt obſeruaſſe) ſed etiam in adoleſcentia, ſeu integra iam ætate tonderi ſolebant: tunc enim eodem auctore comam detonſam conſecrabant Apollini* κουροτρόφῳ, *adoleſcentium nutritori, & fluminibus, huncq́;* θρεπτήριον πλόκαμον *vocabant, eam, opinor, ob cauſam, quòd eum quaſi nutritionis præmium offerebant (nutritionis enim cauſam Apollini & fluminibus ob humectam feruidamq́; naturam acceptam ferebant) illum* πενθητήριον, *luctuoſum, ſiue lugubrem. videtur igitur S. Gregorij quoq; tempore mos iſte viguiſſe apud Nazianzenos comæ in adoleſcētia deponendæ. & quidem non ſine aliqua ſollemni ceremonia, quando* κουρόσυνα *vocabāt feſtum diem, quem hoc nomine agebant, quemadmodum &* ὀνομαστήρια *eū, quo primum nomen eis impoſitum fuiſſet (quod quidem decima ab ortu die fiebat apud antiquos) &* κατοικίσια *eum, quo primum ſedem in aliquo ſolo, vel in aliqua domo collocaſſent. quorum ab eodem mentio facta eſt initio orationis in ſanctum Baptiſmum.* Iob 1.

94 Et patronos] καὶ τοὺς προστάτας. *προστάτας appellat, opi-*

lat, opinor, veteris ac noui teſtamenti propugnatores, & quaſi patronos : vt enim ait Plutarchus in Marij vita, πάτρωνας καλοῦσι τοὺς προστάτας οἱ ῥωμαῖοι, *quos* προστάτας *Græci, Romani vocant patronos. ſic & aliquanto poſt ipſe Naz. appellat ſacerdotem ſiue Epiſcopum* τὸν τῆς ἀληθείας προστάτην, *veritatis defenſorem aut patronum. & in or. in Athan. p. 105. v. 7. vocat Conſtãtium Georgij illius Cappadocis* βεβαιωτὴν καὶ προστάτην, *confirmatorem ac patronum. ſic etiam S. Paulus ad Rom. 16. Phœbem illam pijßimam feminam commendans, ait,* καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐγεννήθη καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ, *etenim ipſa adiutrix vel fautrix multorum extitit, & mei ipſius: id enim ipſum eſt, quod habet vulgata editio, etenim ipſa quoq; aſtitit multis & mihi ipſi.*

95 Non ex lectione] οὐκ ἐντεύξεως. ἐντυγχάνειν *præter tritas illas & omnibus notas ſignificationes plura ſignificat: aliâs enim ipſo etiam Naz. interprete in or. de filio 2. p. 217. v. 5. ponitur pro* ζητεῖν ἐκδίκησιν, *id eſt aliquem contra aliam appellando, vltionem quærere; cuiuſmodi eſſe videtur illud Rom. 11.* ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ ἰσραήλ, *appellat ſiue interpellat Deum aduerſum Iſraël, & Act. 25.* περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι, *de quo ſcilicet S. Paulo omnis multitudo Iudæorum appellauit ſiue interpellauit me, exclamantes, non oportere eum viuere amplius. id ipſum paulo ante dixerat* αἰτούμενοι κατ᾽ αὐτοῦ δίκην, *poſtulantes aduerſus illum damnationem. Aliâs verò ſignificat (ne ab ipſius Naz. verbis recedam)* τὸ πρεσβεύειν ὑπέρ τινος τῷ λόγῳ τῆς μεσιτείας, *id eſt legatũ agere ſiue legatione fungi, pro aliquo mediatorem ſeu deprecatorem ſe præbendo. cuiuſmodi eſt illud Rom. 8.* ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, *qui etiam interpel-*

terpellat ſiue deprecatur pro nobis. itemq́; Hebr. 7. πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν, *ſemper viuens ad interpellandum ſiue deprecandum pro eis. Aliâs denique ponitur pro legere: quemadmodum enim cum hominibus coram loquendo agimus, ſic cum libris legendo. hoc ſenſu dixit Magnus Baſilius in poſtrema ſua epiſtola* ὁποῖόν τι κἀμοὶ συμβέβηκε τοῖς γράμμασιν ἐντυχόντι τοῖς σοῖς, *id quod mihi contigit, litteras legenti tuas. pari igitur ratione* ἔντευξιν *pro lectione poſuit Naz. non ſolum hoc loco, ſed etiam in laudatione Gorgoniæ p. 55. v. 1. cum dicit,* θείων λογίων ἔντευξιν ἢ ἀνάπτυξιν, *diuinorum eloquiorum lectionem vel explicationem. quod autem hîc dixit, eorum ſiue inſcitiam ſiue temeritatem accuſans, qui ſtatim audent ſacerdotes ſe profiteri, idem verbis non multo diuerſis protulit in orat. de recto ordine p. 153. v. 24.* ἡμεῖς δ᾽ ἂν μικρᾶς δοξαρίου τύχωμεν, ἢ οὐδὲ τούτου πολλάκις, ἀλλ᾽ ὡς ἔτυχε δύο ἢ τρία ῥήματα τῆς γραφῆς ἐκμελετήσωμεν καὶ ταῦτα παρεικεκομμένως καὶ ἀνοήτως· τοῦτο ἐκεῖνο ἡ αὐθημερινὴ σοφία, *nos autem, ſi paruam gloriolam aſſequuti fuerimus, vel ne hanc quidem ſæpenumero, ſed vt contigit, duo aut tria verba ſcripturæ examinauerimus, eaq́; inſcite, hoc illud eſt, vno die adepta ſapientia.*

96 Sacer iam inde ab incunabulis Samuel] *id quidem cum ironia atque indignatione protuliſſe videtur contra eos, qui quaſi Samueles quidam viderentur ſibi ipſi digni eſſe, qui Dei miniſterio adhuc iuniores fungerentur. Samuelē enim vix dum ablactatum Domino à matre dedicatum fuiſſe, & puerulum miniſtrare cæpiſſe in conſpectu Dominì ante faciem Heli ſacerdotis, patet ex 1. & 2. cap. 1. lib. Reg.*

97 Quærimus vocari ab omnibus Rabbi] *hoc*

 eſt ma-

eſt magiſtri ac doctores. id quod & Chriſtus Dominus apud Matt. 23. diſcipulos inſtruens ſuos, reprehendit ac damnat. quod autem ait, quærimus, ſe ipſum coniungens, frequẽs id facit Naz. vt, dum aliorum arguit crimina, ſe vnà cũ illis adnumeret, S. Paulum in hoc quoq; imitatus, qui id ſæpè fecit, vt exempli cauſa, cum ait, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. idq; non ſine cauſa, nec ſine arte: fit enim hoc modo, vt odium facilius vitemus, æquioribusq; & attẽtioribus iis vtamur, quos corrigimus. Nam quod ſubiicit, nec vſquam eſt littera, omnia oportet intelligere ſpiritualiter, eos, opinor, irridet quodam modo, & merito carpit, qui, vt B. Gregorij verbis vtar, ad allegoriæ ſenſum violenter inflectunt omnia, & dum verba accipere hiſtoriæ iuxta litteram negligunt, oblatũ ſibi veritatis lumen abſcondunt. cumq; laborioſe inuenire in eis aliud intrinſecus appetunt, hoc, quod foris ſine difficultate aſſequi poterant, amittunt. Regia igitur via & hic tenenda eſt, neque ſoli litteræ prorſus inhærendum, nec curioſius, quàm par ſit, conquirenda vbiq; allegoria. illud enim, ipſo affirmãte Naz. in 2. de Paſch. or. Iudæi quodammodo eſt, & hominis abiecti, hoc vero ſomniorum coniectoris, ὀνειροκριτικόν. quæ quidem vox vt quandam habet affinitatem cum illa, qua hîc vtitur Naz. cum inquit, λῆρος πλατὺς τὰ ὀνείρατα, ſic non parum affert adiumenti ad veram huius loci ſententiam percipiendam.

Eph. 4.

Ep. ad Leonardũ Epiſcopũ cap. 4.

98 Vir admirabilis] *ὦ θαυμάσιε. honeſta quidem appellatio, ſed quadam cum ironia: cuiuſmodi & illud Platonis eſt in 3. ep. ad Dionyſium. τὸν κολοφῶνα ὦ θαυμάσιε ταῖς ὑποσχέσεσιν ἁπάσαις νεανικώτατον ἐπέθηκας, Colophonem ſiue finem, ô vir admirabilis, promiſ-*

ſis omni-

ſis omnibus præclariſſimum impoſuiſti.

99 Rogandi perductores] *προσαγωγῶν δεηθῆναι. προσαγωγὺς vocat, opinor, quos nos hodie vernacula lingua ſenſales, ſiue mediatores nuncupamus, qui ſcilicet, cum aliquid inter aliquos negocij contrahendum eſt, interpretes ſe præbent, & conciliatores. Perductores autem, verbum verbo reddens, viſus ſum mihi non incommode dicere, recordatus, hoc vocabulo in eandem fere ſententiam vſum eſſe non ſolũ Plautum, ſed ipſum etiam Cic. in Ver. 3. cum ait, lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.*

100 Vt ipſe etiam Deus ex multis &c.] *facit id nonnunquam Naz. vt cum vult quidpiam extollere, eo potiſſimum nomine dicat Deum lætari, quod ſcilicet conſentaneum videatur, prout quiſq; præſtantiſſimus eſt, ita præſtantiſſima quaq; re delectari. quod autem hîc de ſapientia, idem dicit in poſtrema orat. in Greg. Nyſſ. & in 3. de pace p. 124. v. 3. de charitate: nec mirum, vtraq; enim eximij quidpiam in ſe continet, & ambæ demum in vnum conueniunt, atque omnes virtutes, quæ ſunt in mente noſtra diſiunctæ, in Deo ſunt vna virtus. Multis verò nominibus appellatur Deus, quãuis eſſentia vnus ſit & ſimplex, quia, vt ait Theodoretus, ab actionibus, & efficacia diuini viri diuina imponere nomina conſueuere: variis igitur pro varietate conceptuum Deum nuncupamus nominibus, vt vel ſic diuerſa, multipliciaq; bona, à ſumma illa bonitate largè fluẽtia ſignificemus.*

101 Supra petras ſeminare & loqui in aures non audientium] *ad duo ſcripturæ loca alludit his verbis, prioribus quidem ad illam ſeminatoris parabolam, quæ legitur Matt. 13. & Luc. 8. poſterioribus verò*

ad illam Eccleſ. 25. ſententiam, μακάριος ὁ διηγούμε-νος εἰς ὦτα ἀκουόντων. beatus qui loquitur in aures audientium.

102 Eſt malum, quod vidi ſub ſole &c.] *duo hîc Salomonis dicta ex diuerſis locis in vnum contraxit. quod ſolet etiam S. Hieronymus, præceptorem imitatus ſuum, nonnunquam facere: præpoſuit autem ſententiæ, quam ex Prou. 26. allaturus erat, verba illa 6. Eccleſ. vt apertius ante oculos poneret, quantum malũ ſit, ſapientiam ſibi arrogare, cum vera ſapientia ſit, noſſe ſe minime ſapientem eſſe, & à vera primaq́ſ ſapien-*

1.Cor.8. *tia plurimum diſtare. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eũ ſcire. Hinc etiam Socrates iure apud gentes omnium ſapientiſsimus habitus eſt, quòd id tantũ ſe ſcire diceret, quòd nihil ſciret. quin etiam apud Chriſtianos maximam admirationem mouiſſe, & ſalutis ſuæ aliquam ſpem reliquiſſe videtur. tanta præ ſe tulit religionis, pro-*

Rom. 1. *bitatis, atq́ humilitatis indicia. reliqui fere dicentes, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.*

103 Opinionem propriæ ſapientiæ &c.] *τὸ οἴεσθαι τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται. pulchra ſententia, niſi male vertendo peruertatur. ſenſus eſt, opinionem, quam quis habeat, ſapientiam ſe iam eſſe adeptum, plurimum*

3.p.paſt.cur. c.1.adm.25. *obſtare, quo minus verè ſit ſapiens. nam (vt alter ait Greg. tempore quidem poſterior hoc noſtro, pietate verò, humilitate, ac rerum diuinarum ſcientia nequaquã inferior) dum ſe præ ceteris ſapientes arbitrantur, ſequi alios ad melius intellecta deſſiciunt. non diſsimile videtur quod Hippocrates in ſua illa lege ſcripſit his verbis, θρασύτης ἀτεχνίην σημαίνει. δύο γὰρ, ἐπιστήμη τε καὶ δόξα, ὧν τὸ μὲν ἐπίστασθαι ποιέει, τὸ δὲ ἀγνοεῖν. confidentia inſcitiam*

inſcitiam coarguit: duo enim, ſcientiaq́ & opinio, quorum hoc quidem, vt ſcias, efficit, hoc vero, vt ignores. quod cum verum ſit de humana quoq; ſapientia, quanto magis de diuina? ſi quis igitur vult eſſe ſapiens, ſtultus fiat, vt ſapiens ſit: venit enim Chriſtus Ieſus, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. 1. Cor. 3. Ioan. 9.

104 Omnibus omnia facti ſunt, vt omnes lucrifacerent] *verba ſunt ab ipſo S. Paulo 1. Cor. 9. præ nimia ipſius caritate prolata, quibus oſtendit, ſe, vt omnes, quantum in ipſo eſſet, ſaluos faceret, omnibus omnia factum eſſe, non mentiendo, vt S. ait Auguſtin. ſed compatiendo, & aliorum omnium malis omnibus, tanquam ſi ſua eſſent, miſericordis medicinæ diligentiam procurando. Videtur autem Naz. vulgatæ noſtræ editioni ſuffragari, quæ quamuis in græcis, quotquot viderim, codicibus legitur πάντως τινὰς, omnino aliquos, ipſa tamen habet omnes, vt Naz. hîc ponit, τοὺς πάντας.*

105 Mitto labores, vigilias, timores &c.] *licet animaduertere Naz. hîc breue quoddam S. Pauli encomium contexiſſe, multis hinc inde ipſius ſententiis, verbiſq́ collectis. quorum quidem priora ex 2. Cor. 11. fere omnia ſunt excerpta, & maximo cum artificio ordinata, quemadmodum nec ſine arte ibi ab Apoſtolo collocata, diſpoſitaq́ fuiſſe, docet S. Auguſtin. de doctr. Chr. lib. 4. cap. 7. poſteriora verò partim ex aliis eius epiſtolis, partim ex Act. Apoſt. quæ quoniam ſunt complura & ſatis pleriſq; nota, non habui neceſſe omnia, ſed occultiora tantum & maiore animaduerſione digna demonſtrare: ſolet enim nimia quoq; diligentia faſtidium plerunque, & ſatietatem parere.*

106 Populum peculiarem] *περιούσιον. hoc vocabulum nuſquam me legiſſe memini præterquàm in ſa-*

cris literis. & quidem in nouo teſtamento ſemel tantum, in ep. ad Tit. 2. in veteri quater, Exod. 19. Deut. 7. 14. & 26. quibus omnibus ex locis, quamuis in primo, quem præcipue reſpexit fortaſſe Naz. vulgata noſtra editio habeat acceptabile, tamen quia hæc dictio illi potius ἐυπρόσδεκτ@, ſeu δεκτὸς reſpondere videtur, quàm huic περιούσιος, malui, peculiarem vertere. quod etiam vocabulum, vel certe illud in peculium vel ſubſtantiam, habet ſemper vulgata editio in veteri teſtamento, quoties græce legitur περιούσιος vel εἰς περιποίησιν, vel περιουσιασμὸς, quæ legitur Eccl. 2. quibus omnibus in locis hebraice idem omnino ſemper habetur, ſegullà. Segullà autem (vt ij mihi reſpondent, quibus hac in re vtor conſiliariis) rem quandam indicat ſelectam & ſeparatam à cæteris, vt dubium nullũ eſſe videatur, quin 70. idem ſignificare voluerint illa voce περιούσιος, ſiue εἰς περιποίησιν, quæ legitur 1. Pet. 2. & Mal. 3. quanquã Aquila quidem ibi etiam habet περιούσιος, quam recte Symmachus (vt notat Theodoretus in ſuis in Exodum quæſtionibus) interpretatus eſt ἐξαίρετος. quin ipſe etiam Naz. ita eam interpretari videtur in or. περὶ φιλοπτ. p. 134. v. 38. dum ait, ὁ περιούσιος λαὸς καὶ ἐξαίρετος: Iſraëlem enim elegerat Dominus Deus ſuus, vt eſſet ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. tali verò voce vſi ſunt 70. (ſi credendum eſt Theophylacto) cupientes populum eum exprimere, qui circa Domini ſubſtantiam procurandam & opes verſetur: οὐσία enim ſubſtantia latine dicitur. vnde etiam nonnulli περιούσιον ſubſtantialem ſiue ſubſtantiuum interpretati ſunt. neq; verò non eodem tendere videntur latinæ dictiones. nam & peculiũ dici videtur, quod quis ſeparatũ à cõmunibus rationibus poſſidet; & peculiare

id eſſe

id eſſe dicimus, quod habet quis præcipuũ ac proprium, nec commune cum aliis.

107 Quotidianam procurationem] τὴν καθ' ἡμέραν ἐπιστασίαν. *tangit aperte locũ illũ 2. Cor. 11. inſtãtia mea quotidiana. vbi græcè legitur,* ἡ ἐπισύστασις μου ἡ καθ' ἡμέραν. *quæ ego cum inter ſe conferrem, videbar videre parum conuenire, cum vox illa, quam ponit Naz.* ἐπιστασία *accuratam quandam procurationem ſignificet, altera verò, quam in S. Pauli epiſtola legebam,* ἐπισύστασις *infeſtam incurſionem ſiue incurſum: quomodo non ſolum Græci interpretati ſunt, ſed ipſe etiã S. Auguſtin. de Doctr. Chr. lib. 4. cap. 7. incurſus, inquiens, in me quotidianus. rem igitur expendens, conſideraui ſenſum, qui ex Naz. verbis colligebatur, ipſius Apoſtoli propoſito magis eſſe conſentaneum illo, quem conficiebant verba, quæ apud eum græce legebantur. Nam cum multa perſtrinxiſſet, quæ ipſius corpus extrinſecus vexabãt, propoſitum ei erat, tranſire ad ea, quæ animum interius cruciabant. id quod verbo hoc* ἐπιστασία *præclare exprimitur, non autem illo* ἐπισύστασις. *quod corporis potius, quàm animi vexationem innuit. quomodo etiam omnes Græci, vocabuli vim ſequuti, expoſuerunt. Latinorum verò pleriq;, non græcum vocabulum attendentes, ſed S. Pauli propoſitum & contextum conſiderantes, optime huius loci ſenſum aſſequuti ſunt. quem etiam potius, quàm alterum, videtur vulgata editio latina explicare voluiſſe: inſtantia enim latinè non incurſum, ſed ſolicitudinem & aſsiduitatem ſignificat. in quo quidem ſenſu aperte ponitur Eph. 6. vigilantes in omni inſtantia. quo loco græce legitur* προσκαρτερήσει. *Quid plura? cœpi ſuſpicari, mendum aliquod in græcis Apoſtoli verbis ineſſe, ſcrutatus ſum omnes, quorum mihi copia fuit, ſa-*

crorum librorum codices, inueni tandem, vetuſtiſſimum illum, qui ſecretiore in loco Vaticanæ bibliothecæ aſſeruatur, maiuſculis litteris maiori ex parte conſcriptum, loco illorum verborum ἡ ἐπισύστασις μου, *habere* ἡ ἐπίστασις μοι. *cui lectioni adſcribere etiam vetuſtiſſimum Vrbinatis bibliothecæ, copioſæ ſane & locupletis, codicem, à Federico Duce, vt erat vir maximi animi ac ſplendidi, vſque Conſtantinopoli vnà cum aliis nonnullis lectiſſimis libris petitum, certior poſtea factus ſum à Io. Andrea Palatio, qui cum humaniores litteras ea in vrbe ſumma cum omnium voluntate ac laude profiteatur, magnam habet illius tractandæ facultatem. Gauiſus igitur ſum non mediocriter, & maximas S. Gregorio gratias egi, qui mihi occaſionem obtuliſſet, huius loci emendandi: neminem enim fore exiſtimo, cui non arrideat hæc lectio, cum viderit, eam & cum Apoſtoli ſententia, & cũ Naz. verbis, quibus eandem explicat, præclarè conuenire: Id enim dixit Naz.* ἐπιστασίαν, *quod S. Paulus* ἐπίστασιν: *vtrunque enim ab eodem verbo* ἐφίστημι *deductum, idem ſignificat, diligentem ſcilicet alicuius rei curationem & adminiſtrationem, quomodo hîc accipi debere, & ipſe S. Paulus oſtendit, dum ſubdit,* ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, *ſolicitudo omnium Eccleſiarum: & apertius etiam Naz. dum nonnulla ſua interponit verba, quibus illud Apoſtoli explicat, dicens* τὴν τῶν καθ' ἕκαστον κηδεμονίαν. *& quidem id erat S. Paulo eo in loco propoſitum, vt demonſtraret, ſibi præter alios labores illud quoque inſtare muneris, vt in ſingulorum curam dies noctesque incumberet. id quod per illud verbum* ἐπίστασιν *tam commode exprimitur, vt putem hanc non ſolum propriam illius ſignificationem eſſe, ſed penè ſolam. ita vt veniat mihi in mentẽ ſubuereri, ne in 6. ca. 2. Mach.*

vbi le-

vbi legitur δυσχερὴς ἡ ἐπίστασις τῆς κακίας, id eſt, vt habet etiam vulgata editio, grauis incurſio malorum, mendũ lateat oppoſitum ei, quod latuiſſe in S. Paulo, iam probauimus, & quemadmodum ibi loco ἐπισύστασις, oſtendimus legendum eſſe, ἐπίστασις, ita hîc contra loco ἐπίστασις, legendum ſit, ἐπισύστασις. quæ dictio incurſionem ſiue controuerſiam ſignificat. Sed vt demus, ἐπίστασιν quoq; poſſe interdum id ſignificare, hîc certe non pro ἐπισυστάσεως, hoc eſt conſpiratione vel incurſione, ſed pro ἐπιστασίας καὶ κηδεμονίας procuratione, & cura accipi debere, ſatis, ſuperq; demonſtratum exiſtimo.

108 Scandalizabatur alius, & Paulus vrebatur] *ſic enim ipſe de ſe dicebat 2. Cor. 11. quis ſcandalizatur et ego non vror? oſtendens nimirum quantopere animo angeretur ob cuiuſuis offenſionem. nam in ſacra ſcriptura, quemadmodum ignis pro tribulatione & afflictione ponitur, vt Pſal. 16. igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas: ſic incendi aut vri pro tribulari & affligi, vt Pſal. 9. dum ſuperbit impius, incenditur pauper.*

109 Nunc ſeparat, nunc caritatem confirmat] *duo hîc ſignat Apoſtoli loca 1. Cor. 5. & 2. Cor. 2. quorum in vno nouercæ violatorem ab Eccleſiæ ſocietate & communicatione ſeparari iubet, vt reſipiſcat, ac pœniteat, in altero eundem reſipiſcentẽ iam ac pœnitentem recipiendum monet, & caritatem in eum confirmandã eſſe, ne nimia animaduerſione & caſtigatione depreſſus, abundantiore triſtitia abſorberetur. Næ ille vir plane diuinus intelligebat, æquè malum eſſe, damnationem nullum veniæ locum relinquentem, & remiſſionem ſine correctione, quòd hæc quidem, habenas nimium relaxãdo, præcipitem agat, illa verò aſtringendo, ſuffocet.*

110 Ieſu mortificatione tanquã pulchro quodã ornaméto pulchrè delectatur] *ὡς καλῷ τινι κόσμῳ τῇ ἰησοῦ νεκρώσει ἐγκαλλωπίζε)*. *græce iucunda ſit alluſio. quam quidem nos ex emẽdatioribus codicibus reſtitutam, ne iterum amitteremus, vtcunque ſeruare ſtuduimus. locus autem Apoſtoli, quem tangit, eſt 2. Cor. 4. vbi inquit, mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. quibus verbis innuit in eo ſe ſibi complacere, & quodammodo ſeſe oſtentare, quòd aßiduis paßionibus, quas propter Euangelium patiebatur,*
1. Cor. 15. *Ieſu Chriſti mortem præ ſe ferret. quapropter & alibi dicebat, quotidie morior propter veſtram gloriã fratres.*

111 Primus poſt Chriſtum] *hoc dixit, ni fallor, quoniam ante Chriſtum etiam Moyſes ſimili quadam*
Deut. 32. *precatione pro filiis Iſraël vſus fuerat, dicẽs: Aut dimitte eis hanc noxam, aut, ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. id autem ſanctißimi viri & maxime pij, dum dicebãt paternis (vt S. Auguſtini verbis vtar) maternisq; viſceribus, ſecuri tamen dicebant, attendentes iuſtitiam & miſericordiam Dei, vt quia iuſtus eſt, ne perderet iuſtos, quia miſericors, ignoſceret peccatoribus.*

112 Ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerit Euangelium] *ἀπὸ ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ &c. verba ſunt ipſius S. Pauli ad Rom. 15. quibus declarabat, ſe Chriſti Euangelium ab Hieruſalem, & omnibus locis circa eam ſitis, vſq; ad Illyricum prædicaſſe, idq; non perfunctorie, quod aiunt, ſed complete & cumulatè.*

113 Stulti quidam Principes Taneos] *plures Eſaiæ locos (quod & ipſe poſtremo aperit) apte contexit. quorum primus eſt in 19. cap. reliquos in margine adnotatos reperies. explicationem autem eorundem ſiquis de-*

quis deſiderabit, eam poterit vel ex ipſo Propheta, vel ex doctiſſimis, quæ extant, illius libri commẽtariis commodius petere.

114 Cordi intelligenti & anxio, & vere tinea oſſium] τῇ αἰσθητικῇ καρδίᾳ καὶ λυπηρᾷ, καὶ ὄντως σὴς ὀστέων. *ſenſus eſt ſatis clarus: dicit enim curandarum animarum munus cordi non ſtupido ac dolorem percipiẽti adeò laborioſum ac moleſtum eſſe, vt verè dici poſſit tinea oſſium eius, qui ſana mente præditus cogitet, quantum ſibi & quàm periculoſum onus incumbat. Reſpexit autem, niſi me fallit coniectura, duo eiuſdem Prou. cap. 14. loca. id ita eſſe puto te quoq; cariſſime lector, affirmaturum, ſi tamen græcum codicem legeris. nam in latino, vt ſunt ſæpe in illis quidem Salomonis opuſculis diuerſi, vix vllum apparet iſtius ſententiæ veſtigium. in principio igitur eius, quod dixi, capitis græce hæc verba leguntur,* καρδία ἀνδρὸς αἰσθητικὴ λυπηρὰ ψυχὴ αὐτοῦ, *cor hominis intelligens anxia anima ipſius. in fine autem iſthæc,* σὴς δὲ ὀστέων καρδία αἰσθητική, *tinea vero oſſium cor intelligẽs. ex vtriſq; ergo ſimul iunctis videtur Naz. ſententiam ſuo propoſito accommodatam confeciſſe.*

115 Quia laqueus facti ſumus in ſpecula] ὅτι παγὶς ἐγενήθημεν ἐν τῇ σκοπιᾷ. *hunc locum impreſſi codices Oſee 5. ita habent,* ὅτι παγὶς ἐγενήθη τῇ σκοπιᾷ. *Sed* ἐγενήθητε *legendum eſſe, & ex Naz. & ex vtraq; tum ex Hebræo, tum ex 70. latina verſione, & ex probatiſſimo illo Vaticanæ bibliothecæ exemplari, in quo ita eſt ſcriptum, omnino patet. Velim equidem præpoſitionem etiam illam* ἐν *ibi reperiſſe. Sed, vt verum dicam, abeſt. ego tamen eam in Nazianzeni vetuſtiſſimi codicis auctoritatem ſequutus, reponere non dubitaui: ſenſum enim apertiſſimum reddit. is autem mea quidem ſententia talis*

tia talis eſt, vt ſacerdotibus Propheta, diuini iudicij terrore propoſito, exprobret, quòd, cum in alto dignitatis gradu, tanquam in aliqua ſpecula conſtituti eſſent, vt inde gregem inſpicerent & cuſtodirent, ipſi contrà laqueis, retibusq; extenſis, illum irretirent & caperent, nec tam ſpeculatores eſſent, quàm venatores humanarum animarum: & quamuis non ignorem hoc nomen σκοπιὰ *Mich. 7. poni* ἀντὶ τῆς ἐπισκοπῆς *pro ſpeculatione & inſpectione, ſiue mauis viſitatione, vbi ſcriptum eſt* ἐν ἡμέραις σκοπιᾶς σου οὐαὶ οὐαὶ, *in diebus ſpeculationis ſeu viſitationis tuæ væ væ: id enim ipſum Eſaias 10. dixit,* τί ποιήσουσι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; *quid facient in die viſitationis ſiue inſpectionis? quo quidē ſenſu etiam Naz. vſus eſt in or. de amore erga pauperes p. 140. v. 51. cum inquit,* ὃ ἐλάσσων, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐπισκοπὴ, *quod eſt inferior, quomodo dixerit quiſpiam, inſpectio, tamen hîc, ſicut & in ea, quam rure rediēs habuit, oratione p. 174. v. 13.* σκοπιὰν ἀντὶ τῆς σκοπῆς *pro ſpecula, hoc eſt pro loco edito & ad ſpeculandum apto accipi debere, non dubito, præſertim cum affirmarint mihi viri hebraicæ linguæ periti, vocabulo, quod eo, quem dixi, Oſeæ loco in hebræo codice habetur, id apertius ſignificare: neq; vero non idem confirmant verba, quæ ſubſequuntur,* καὶ ὡς δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ ἰταβύριον, *& ſicut rete expanſum ſuper Itabyrium: eſt enim Itabyrium mons Galilææ excelſus idem, qui & Thabor, in quo etiam Chriſti admirabilem illam transfigurationem factam eſſe, dicit Euthymius in expoſitione illorum verborum Pſal. 88. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: Id quod vocabuli ſignificationi mirifice conuenit: Thabor enim, S. Hieronymo teſte, idem apud Hebræos ſonat ac ſi dicas, veniens lumen, vel veniat lux.*

116 Quòd

116 Quòd ſibi ipſis regnauerunt & non per eum] ὅτι ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, ἀλλ' οὐ διὰ ἑαυτοῦ. βασιλεύειν tametſi apud veteres probatos linguæ græcæ auctores ſemper regnare, nec vnquam, quantum ego memini, regem conſtituere ſignificet (eo enim Xenophontis Pædiæ. l. 1. loco, vbi de Cambyſe Cyri patre ita legitur, καὶ βασιλεύοντα ἐν πέρσαις, non regem conſtituentem, vt quidam putarunt, exponendum puto, ſed regnantem, Perſarum enim Rex erat Cambyſes) tamen in ſacris litteris etiam pro regem creare, ſiue conſtituere nonnunquam vſurpari, vel vnum 1. Reg. 8. teſtimonium ſatis probauerit, καὶ βασίλευσον, ait, αὐτοῖς βασιλέα, & conſtitue ipſis regem. eodem igitur ſignificatu hîc accipi poſſe non abſurdè, putarim, cum præſertim acceperim, hebraicam litteram hunc ſenſum non obſcure innuere. næ id videtur Prophetæ propoſitũ fuiſſe, oſtendere, eò quòd Iſraëlitæ eum ſibi regem conſtituerent, quemcunq; ipſi vellent, & non quem ipſe elegiſſet, ſicut præceptum erat Deut. 17. (regis quippe electionem non commiſerat Dominus populo, ſed ſibi reſeruauerat; quin & id ipſum vt regem haberent, non tam fuerat Dei voluntate inſtitutum, quàm id ipſis petentibus permiſſum) idcirco fore, vt rege & principibus per aliquod tempus priuentur. id nimirùm ſonant verba illa hîc præcedentia, ἐφέξειν τε μικρὸν τοῦ χρίειν βασιλέα καὶ ἄρχοντας, itémque illa in eodem Oſee cap. ſubſequentia, καὶ κοπάσουσι μικρὸν τοῦ χρίειν βασιλέα καὶ ἄρχοντας: neque enim profectò τὸ μικρὸν tanquam adiectiuum illius ſubſtantiui βασιλέα ſumendum eſt. ſed aduerbialiter pro pauliſper, quomodo à Naz. ponitur tum alibi, tum in hac ipſa oratione p. 28. v. 38. vbi inquit, ἵνα κοπάσῃ μικρὸν ἡμῖν ὁ πόλεμος, vt ceſſet pauliſper nobis bellum. Quòd ſi, quoniam de eorum, qui

regunt

regunt & præſunt, non de illorum, qui reges ac præſides conſtituunt, vitiis agere hîc videtur Naz. libet βασιλεύειν non pro regem conſtituere, ſed pro regere ſiue regnare, vt ſere accipi ſolet, hîc quoq; accipere, hæc erit Prophetæ verbis ſubiecta ſententia, vt dicat, intermiſſurum eſſe Deum paulisper, regem & principes creare, quòd illi ad ſuum arbitrium libidinemq; regnarent, non ex ipſius conſilio ac voluntate: hanc enim, opinor, vim habet hoc loco præpoſitio διὰ. ſic etiã eoſdem per Eſaiam Eſa. 3. *accuſans dicebat ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι᾽ ἐμοῦ, iniuſtis conſilium non ex me, id eſt non ex mea ſententia ac voluntate.*

117 Vtriſuis] *hoc Michææ verbis de ſuo addidit Naz. breuiter oſtendens, poſſe te in vtriſuis ſanguinibus Sion ædificari intelligere, ſiue materialibus, corpus occidendo, ſiue ſpiritualibus, animam ſceleribus contaminando atq; interimendo: videntur enim ſacri doctores ſanguinum appellatione quoduis peccatum comprehẽdere, ob id fortaſſe, quòd peccata planè omnia ex ſanguinis carniſq; corruptione ortum ducant. vnde illi, qui* Ioan. 1. *ex ſanguinibus, his, qui ex Deo nati ſunt, opponuntur.*

118 Vt pomorum cuſtodiam futuram] ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔστω. ὀπωροφυλάκιον *græce dicitur, quod latine etiam vno verbo dici poſſit, pomarium: quamuis enim vt plurimum pomarium ſignificet locum pomiferis arboribus conſitum, tamen & pro loco, in quo poma reponuntur, quandoque ponitur, vt Plinius lib. 15. cap. 16. vbi etiam quale illud eſſe debeat, docet his verbis, pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari præcipitur ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere, auſtros ſpecularibus arceri, aquilonis quoq; afflatu poma deturpante rugis: nos tamen maluimus, duobus verbis illud interpretari, vt*

tari, vt apertius vim græci vocabuli exprimeremus: ὀπῶραι enim poma, φυλακὴ cuſtodia græce dicitur. Quoniam verò huiuſcemodi pomaria ſeu pomorum cuſtodiæ ita coaceruari ſolent, vt maceriæ potius, vel tugurij ſpeciem præ ſe ferant, quàm domus, idcirco commode quidem Prophetæ cupientes celeberrimæ vrbis ruinam ante oculos ponere, huiuſmodi ſimilitudine vſi ſunt, vt dicerent, Hieruſalem quaſi pomarium euaſuram; atq; adeo in metaphora perſiſtentes, montem domus lucum ſaltus, quòd ſcilicet præ vaſtitate futurum eſſet, vt denſæ ſiluæ inſtar arboribus compleretur locus ille, in quo olim Dei ædes fuiſſet. in monte enim Sion, quam ſpeculam interpretantur, auguſtiſſimum erat populi Iudaici templum, quò quidem ſolebāt ad Deum colendum conuenire. Nam quòd τȣ̃ οἴκȣ *abſolute hic poſuit Naz. quemadmodum & Hier. 26. ſine adiectione* τȣ̃ κυρίȣ *vel* τȣ̃ θεοῦ, κατ᾽ ἐξοχὴν *dictum puta. & quidem etiam Act. 2. vbi legitur* κλῶντες τε κατ᾽ οἶκον ἄρτον, οἶκος *pro templo accipi poſſe videtur, ſicut expoſuit Theophylactus his verbis,* οἶκον τὸ ἱερὸν καὶ νῦν λέγει, ἐν αὐτῷ γὰρ ἤσθιον, *domum templum nunc quoq; dicit: in eo enim edebant.*

119 Prædicare curationem] *κηρύσσειν θεραπείαν. quod S. Hieronymus ex hebræo vertit, vocate cœtum, id 70. dixerunt,* κηρύξατε θεραπείαν, *prædicate curationem. neq; verò non recte ieiunium tum curatio, tum ſanctificatio dicitur: curat enim vulnera delinquentis (vt S. Hieronymi verbis vtar) abſtinentia & ieiunium, & curatos quoſq; ſanctificat.*

120 Vociferabor ad te &c.] *ex hoc Naz. loco, atq; etiam ex vetuſtiſſimo illo Bibliorum codice reponēda ſunt in græcis impreſſis 1. cap. Abac. nonnulla verba, vt legatur,* καὶ οὐ μὴ εἰσακούσεις; βοήσομαι πρός σε ἀδικούμενος,

μενος, καὶ οὐ μὴ σώσεις; ἵνα τί &c. contra verò eiſdem teſtimoniis & hebraicæ linguæ auctoritate adducti, atque adeo ipſa ratione perſuaſi, debemus paulo poſt delere vocem illam κρίσιν: neque enim profecto eam ob rem iudices accuſat, quòd iudicium, ſed quòd pecuniam acciperent.

121 Coram me factum eſt iudicium] *ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις. ἐξεναντίας hoc loco id valet, quod nos dicere ſolemus, indignum alicui facinus exprobrantes & augentes, in conſpectu ſiue in faciem meam id feciſti. nam etiam paulo poſt eodem Abac. capite legitur, ἀνθεστηκότας προσώποις αὐτῶν ἐξεναντίας, id eſt ex aduerſo ſeu è regione. & quamuis non ignorem, illam quoque vocē, contrà, hanc apud nos vim habere, vt ſignificet ex altera parte, vel è conſpectu, tamen ambiguitatis tollendæ gratia malui, coram me vertere, quàm contra me, vt habet etiam latina, quæ in S. Hieronymi commentariis apponitur verſio ex 70.*

122 Sed paulo poſt] *ἀλλὰ μικρὸν ἔμπροσθεν. ἔμπροσθεν hic ſignificat non, vt ſæpe, πρότερον, id eſt prius, vel ante, ſed vltra, vel poſt; quæ enim ſubiungit Prophetæ verba non ante ea, quæ iam poſuerat, primi capitis leguntur, ſed poſt in 2. cap. atque eodem plane ſenſu accipienda eſt hæc particula inferius p. 25. v. 7. cum inquit, ἔτι δὲ μικρὸν ἔμπροσθεν πληκτικώτερον. ſic etiam & aliâs ſæpe, & in orat. 28. p. 180. v. 47. dixit, τὰ ἔμπροσθεν, futura, ſiue anteriora, oppoſitum videlicet eius, quod dicitur τὰ ὀπίσω, quæ retro ſunt. quorum vtroque ſimul vſus eſt Apoſtolus ad Philip. 3.*

123 Subuerſionem quidem turbidam] *ἀναστροφὴν μὲν θολερὰν. ita prorſus etiam in Abac. 2. legendum eſt non δολερὰν, vt habent quidam impreſſi codices.*

dices. id non ſolum patet ex Naz. ſed etiam ex manuſcriptis exemplaribus. quæ tamen non habent ἀνατροπὴν θολερὰν, ſed ἀνατροπῇ θολερᾷ. Sed hoc nihil refert: æquè enim dicimus ποτίζω σὲ τοῦτο, atque ποτίζω σὲ τούτῳ.

124 Animæ videlicet] *τῆς ψυχῆς hoc Abacuc verbis interſerit de ſuo Naz. innuens, quaſnam tenebras moneat Propheta inſpiciendas eſſe, quemadmodum & id, quod ſequitur, prauarum ſcilicet cogitationum domicilia, adiicit, explicans, quid anagogicè per ſerpentium, beſtiarumq́; ſpeluncas intelligere debeas.*

125 Cibos non ex primitiis] *βρώματα οὐκ ἀπάργματα. quemadmodum παρὰ τὸ ἄρχω dicitur ἄργμα, quo quidem vſus eſt Homerus li. 14. Odyſſ. ἦ ῥὰ καὶ ἄργματα θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσιν, ſic παρὰ τὸ ἀπάρχω ἀπάργματα, quo iterum ac ſæpius vtitur Naz. in laud. Cæſarij p.49.v.19. & in or. in Bapt. p.241.v.42. ſunt autem ἀπάργματα, vt notat Etymol. αἱ μεγάλαι ἀπαρχαὶ τῶν θυσίων τῶν τελείων, magnæ primitiæ ſacrificiorum perfectorum.*

126 In pace dirigens] *ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων, quemadmodum nolui à latina ex 70. verſione recedere, ita non alienum duxi, adnotare, verbum illud græcum κατευθύνων, ſiue latinum dirigens, non ita hîc accipiendũ eſſe, quaſi ſignificet alios regens, ac moderans: id enim mox infert, & multos conuertit vel auertit ab iniquitate, ſed ſe ipſum dirigens & recta incedens. eſt id nimirum probi ſacerdotis officium, vt primum ipſe rectam teneat viam, deinde alios ad eandem deducat. In eodem certe quidem ſignificatu legimus ſupra in hac ipſa orat. p.19.v.6. τοὺς ἁπλῶς κατευθύνοντας eos, qui ſimpliciter vitam ſuam dirigunt, & in Pſal. 58. ſine iniquitate cu-*

curri & direxi, κατεύθυνα. in altero enim illo ſenſu exprimendo ſolet Naz. libentius vti διευθύνειν, vt fecit ſupra dicens, κατορθοῦν ἄλλοις καὶ διευθύνειν. quanquam & κατευθύνειν pro ducere ſiue regere vtitur nonnunquam, vt in or. περὶ φιλοπτ. p. 132. v. 14. in quam quidem ſententiam accipitur etiam Luc. 1. & 2. Theſſ. 3.

127 Timeo autem veritatem] *hoc ita intelligendum putarim, vt dicat, ſe quidem libẽter eas, quas Propheta infert, execrationes prætermittere, ſed tamen, dũ ipſam veritatem conſiderat, vereri, ne ea in malos ſacerdotes cadant mala, quæ talia committentibus minatur is, qui mentiri nullo modo poteſt.*

128 De Ieſu illo eximio ſacerdote magno] περὶ Ἰησοῦ τοῦ πάνυ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. *Illud τοῦ πάνυ non ita accipiendum puto, vt ſit tantum quædam ἐπίτασις, intentio eius, quod ſequitur, τοῦ μεγάλου, & vtrunq; ad illud verbum ἱερέως referatur, ſed ſeparatim hoc quidem cum ἱερέως, illud verò cum Ἰησοῦ conſtruendum exiſtimo: cum enim primum nomẽ proprium poſuiſſet, vt eum ſic quoq; laudaret, ſimulq; fortaſſe ab altero eiuſdem nominis aliquantum diſtingueret (iam enim alter fuerat non ignobilis Ieſus ſiue Ioſue filius Naue) addidit τοῦ πάνυ. deinde nomen officij, ſacerdotalis inquam muneris, ſubiungens, ne hoc quidem commendatione, ſeu diſtinctione maiore carere paſſus, ſubdidit, τοῦ μεγάλου. id ita eſſe cuilibet conſideranti ſpero perſpicuum fore, præſertim ſi animaduerterit, illud ὁ πάνυ nunquam ſolere Naz. præponere, ſed ſemper poſtponere ei, cum quo vult conſtrui, vt certe facit in laud. in patrem p. 67. v. 6. in or. in Athan. p. 99. v. 37. & in or. ad eos, qui dicebant &c. p. 170. v. 31. Accedit quòd ſi probas illud τοῦ ante vocem ἱερέως ex vetuſtiſſimo codice à me repoſitum, il-*

lud τοῦ

lud τοῦ πάνυ cum eo conſtruere nullo modo potes.

129 Quem cum induiſſet oratione ſua ſordida veſte & indecora, ſacerdotali & ſplendida veſtiuit] *Quidam, ea, vt ſuſpicor, ratione ducti, quòd legitur in Propheta, mandatum eſſe, vt auferrentur veſtimenta ſordida à Ieſu, verterunt, cum exuiſſet, accipientes illud participium περιδύσας pro ἐνδύσας. Sed mea quidem ſententia id ſolum ponit Naz. Prophetam primum induxiſſe Ieſum ſordidis veſtibus indutū, deinde ſplendidis veſtiuiſſe. quòd autem ſordidis eum exuerit, ſubintelligendum reliquit: ſi enim ſplendidis veſtiendum curauit, cui dubium, quin ſordidis, quibus iam eūdem veſtitum deſcripſerat, prius ſpoliauerit? Sed vide, amabo te, quomodo S. Hieronymus eandem rem eiſdem ferè verbis explicauerit: is enim in 2. l. aduerſus Iouin. ita ſcribit: Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus ſecundum litteram poſt ſacerdotium ſordidatus inducitur, & ſtat diabolus à dextris eius, & candida illi veſtimenta deinceps redduntur. ac rurſus in 2. itidem l. aduerſus Pelagianos, Ieſus, ait, filius Ioſedech, quod interpretatur iuſtus domini, ſacerdos magnus, indutus deſcribitur veſtibus ſordidis.*

130 Rapientes rapinas] ἁρπάζοντες ἁρπάγματα. *Attica figura, nec latinis incognita, qui viuere vitam, gaudere gaudium, atq; huiuſcemodi multis non rarò vtuntur, & græcis maxime vſitata in verbis, quæ vocant* ἐπιβατικὰ: *ſic dixit non multo ante,* θαυμάσαντες θαυμάσια, *ſic dicet infra,* εὐχὴν εὐξάμενος, φοβεῖσθαι φόβον, *& ſexcenta alia. quare aſſentiētibus omnibus, quos ego viderim, tū impreſſis, tū ſcriptis codicibus, ita prorſus legendum eſt, non* ἀπάργματα, *vt nonnulli legiſſe videntur.*

131 Intaċti à malis] ἀνεπάφοις τοῖς πονηροῖς. *verba hæc ſua Apoſtoli verbis adiunxit Naz. explicans opinor, quid ſit, eſſe irreprehenſibilem in omnibus, ita videlicet ſe gerere, vt ne improbi quidem homines, & veritati infenſi, audeant de nobis quicquam detrahere, ſed confundantur, nihil habentes malum dicere de nobis, quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciamus imprudentium hominum ignorantiam. Vocabuli ego quidem græci proprietatem viſus ſum mihi poſſe non incommode ſeruare, ſi verterē, intacti à malis. nam & Cælius in ep. 2. ad Cic. dixit, intactus à ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem.*

Tit. 2. 1. Pet. 2.

132 Itáque expediti ac moderati] *hoc dixit, opinor, habita ratione illius mandati, quod legitur Luc. 10. Nolite ergo portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.*

133 Per ſermonem currat Euangelium] *ſic itidem S. Paulus 2. Theſſ. 3. vt ſermo Dei currat, & clarificetur.*

134 Quemadmodum iuſſi ſumus] *Iuſſum illud Domini in memoriam nobis redigit, quod Matt. 5. traditum eſt, Dico autem vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus, quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

135 Quando lucerna ſuper candelabrum, & vbi talentum?] *intendit animum ad duas illas parabolas Matt. 5. & 25. quarum vna monemur, ne lucem verbi nobis commiſſam celemus; altera, ne abſcondamus gratiæ talentum nobis creditum.*

136 Viri generoſi?] ὦ γενναιότατοι. *cum quadam ironia atq; irriſione id quidem proferēdum videtur contra præproperam quorundam feſtinationem, non intelligentium*

gentium id, quod dicit Plato lib. 7. de rep. ὅτι ὁ σπεύδων ταχὺ, μᾶλλον βραδύνει, in ipſos quoq; belle quodammodo cadere. & re vera ne extremam quidem ſenectutem longum dici poſſe tempus ſacerdotio gerēdo præfinitum, apertius etiam colligitur & ab ipſo Naz. ſupra, cum dicebat, præclare cum eo agi, cui vel ad ſummam ſenectutem ſermo acceſſerit canus; & ex iis, quæ nos ad eum locum illuſtrandum attulimus Schol. 91.

137 Cum prudentia] *non temere additum: ſenectus enim venerabilis eſt non diuturna, neq; annorum numero computata. cani autem ſunt ſenſus hominis.* Sap. 4.

138 Timeo, ne ſimilis ſit ſemini illi &c.] μὴ τῶν σπερμάτων ἐκείνοις ἐοικὸς ᾖ. *modus dicendi frequens & elegans apud græcos, ſubintelligitur autem ὅρα vel potius δέδοικα, vt latine dicendum ſit, vide ne, vel vereor ne. Quàm verò apte rei, de qua agit, accommodet ſecundam illius parabolæ partem de ſeminante ſupra petras, quæ ponitur Matt. 13. Marc. 4. & Luc. 8. itemq; aliam de ædificante ſuper arenam, quæ legitur Matt. 7. & Luc. 6. quilibet poteſt per ſe ipſum facile intelligere.*

139 Ne ſis velox in verbis] μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις. *ſententia quidem horum verborum frequens eſt apud Sapientem; at verba ipſa, quomodo hîc ea ponit Naz. non memini me legiſſe. & tamen ipſe non ſolum hîc, ſed etiam in or. de recto ordine p. 154. v. 25. eadem planè affert, vtrobiq; Salomoni ea adſcribens. reſpexit fortaſſe locum illum potiſſimum Prou. 29. ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα ταχὺν ἐν λόγοις: ταχὺν enim non τραχὺν, ex hebræo legendum eſt, vt habet etiā Vaticanus codex græcus, & latina editio, Vidiſti hominē velocem ad loquendum. Hinc autem probat Naz. cauendam eſſe prope-*

rationem in agẽdo, quòd, quò verbis facta potiora ſunt, eò periculoſius ſit ad agendum, quàm ad loquendum nimia feſtinatione properare.

140 Luteas ſtatuas vno & eodem die] ἀυθημερὸν τοὺς πηλίνοις *ſubintellige* ἀνδριάντας, *vt ſæpe etiam in Demoſthenis orationibus: illud verò* ἀυθημερὸν *tãquam aduerbium potius, quàm tanquam nomen accipiendum puto. cũ enim nomen ei opus eſt, vtitur illo,* ἀυθημερινὸς, *vt certe vſus eſt initio or. 1. de Theol. dicens* τοὺς ἀυθημερινοὺς σοφοὺς, *& in orat. de recto ordine p. 153. v. 25.* ἡ ἀυθημερινὴ σοφία. *Id ita eſſe, apertius intelliges ex altero ſimillimo loco laud. Baſ. p. 83. v. 50. vbi ait,* πλάττομεν ἀυθημερὸν τοὺς ἁγίοις, *ſingimus vno die ſanctos.*

141 Humanam infirmitatem ac ruſus virtutem] τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν καὶ τὴν δύναμιν πάλιν. ἀσθένειαν *dixit, opinor,* διὰ τὸν χοῦν, δύναμιν διὰ τὴν εἰκόνα, *infirmitatem inquam ob corpus humilitatis, virtutem ob animam dignitatis. atq; etiam Apoſtolus duas has dictiones, de Chriſto verba faciens, inter ſe oppoſitas poſuit 2. Cor. 13. inquiens,* καὶ γὰρ εἰ ἐσαυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ. *nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Sed quid multis te detineo? audi ipſum ſe ipſum exponentem in or. de amore erga pauperes p. 132. v. 42. vbi cauſam inquirens, cur Deus animam ad corpus alligauerit, inquit,* ἢ βούλεται τὴν συνεζευγμένην ἀσθένειαν παιδαγωγίαν εἶναι τοῦ ἀξιώματος, ἵνα εἰδῶμεν οἱ ἀυτοὶ μέγιστοί τε ὄντες, καὶ ταπεινότατοι, ἐπίγειοι καὶ ἐράνιοι, *an vult annexam infirmitatem inſtitutionem eſſe dignitatis, vt intelligamus, eoſdem nos & ampliſſimos eſſe & contemptiſſimos, terreſtres & cæleſtes?*

142 Cælum quidem altum, terra autem profunda]

funda] *verba ſunt Salomonis Prou. 25. vbi enim latina verſio habet, cælum ſurſum & terra deorſum, græce ita vt ponit hîc Naz. planè legitur*, οὐρανὸς ὑψηλός, γῆ δὲ βαθεῖα.

143 Quis menſus eſt &c.] *ex quattuor ſcripturæ locis quaſi quibuſdam ſelectis floribus pulchram quandam corollam hîc contexiſſe videtur Naz. eamq; adeo artificioſe & congruenter, vt non facile mihi quidem fuerit illos diſcernere. primus tamen ex Eſa. 40. ſatis aperte decerptus eſt. ſecundus, quis locus requietionis, ſiue requietis eius? ex Act. 7. tertius, & cui ex omnibus aſſimilabitur? ex eodem Eſa. capite paulò obſcurius. Quartus deniq;, quis eſt, qui fecit omnia in verbo, & ſapientia ſua conſtituit hominem? ex Sap. 9.*

144 Cum nihilo magis delectet &c.] *hanc quidem cauſam, cur, qui addit ſcientiam, addat dolorem, veriſſimam eſſe, vnuſquiſq;, opinor, in ſe ipſo experitur, præſertim cum ſentit non planè verum eſſe, quod cecinit Poëta, labor omnia vincit improbus, & cogitat id, quod* Virg. Geor. 1. *iam tenet, ne minimam quidem partem eſſe eius, quod reſtat: cum enim conſummauerit homo, tunc incipiet.* Eccl. 18. *eandem ſane affert S. Hieron. in 2. lib. contra Pelagian. his verbis, qui addit ſcientiam, addit dolorem, intelligẽs, quòd perfectione careat, & ex eo, quod nouit, quanta non nouerit. Sed quid ſi conſideres præterea, quòd cui plus creditum fuerit, ab eo vtiq; plus exigetur, quodq; fortioribus fortior inſtat cruciatio? quanto tandem in* Sap. 6. *mœrore ac ſolicitudine verſaberis? Verè igitur omnia vanitas, & afflictio ſpiritus.* Eccl. 1.

145 Audire vocem laudis] *verba ſunt 25. Pſal. quibus vtitur ad oſtendendum ſatius eſſe, humiliter Dei laudes excipere, quàm ſuperbè iactare doctrinam: veritas enim*

tas enim, vt S. ait Auguſtin. tutius auditur, quàm prædicatur.

146 Maieſtas, altitudo &c.] *intellige* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ἦγον με κάτω, *me deprimebant. maieſtatem autem, altitudinem, ac dignitatem accipe, non, vt quidam, Angelorum; dixiſſet enim* τῶν καθαρῶν φύσεων, *non* αἱ καθαραὶ φύσεις, *ſed ſacerdotij, vel certe ipſius Dei, cuius recte ſubiungit tantum eſſe ſplendorem, vt eum vel puræ illæ, ſynceræq́ naturæ vix capiant: quamuis enim Angeli materiæ expertes, Deoq́ propinquiores, multò, quàm homines, craßis circunfuſi tenebris, manifeſtius naturali lumine Deum cognoſcant, alij aliis plus, minúſue pro ratione ordinis, tamen ne illi quidem planè comprehendunt, ſupernaturali etiam lumine illuſtrati, quem velat*
Pſal. 25. Pſal. 17. *abyſſus (iudicia enim eius abyſſus multa) cuius tenebræ latibulum (poſuit enim tenebras latibulum ſuum) cum*
1. Tim. 6. *lux ſit puriſſima & inacceßibilis, ſi quidem ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceßibilem.*

147 Qui & in vniuerſo hoc eſt, & extra vniuerſum] *Deus nimirum implet omnia, nec vllo definitur loco, & (vt S. Auguſtini verbis vtar) vbiq́ totus eſt, &*
De ſum. bono li. 1. c. 2. *res nulla eum totum capit. nam, vt ait Iſidorus, immenſitas diuinæ magnitudinis iſta eſt, vt intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum; extra omnia, ſed non excluſum. & ideo interiorem vt omnia contineat, ideo exteriorem, vt incircumſcriptæ magnitudinis ſuæ im-*
In Iob lib. 2. cap. 8. *menſitate omnia concludat. ipſe nimirũ B. aiebat Gregorius, manet intra omnia, ipſe extra omnia, ipſe ſupra omnia, ipſe infra omnia, & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſuſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem: ſurſum regens, deorſum continens, extra circundans, interius penetrans, nec alia*

ex parte

ex parte ſuperior, alia inferior , aut alia ex parte exterior, atq; alia manet interior, ſed vnus, ideóq; totus vbiq; præſidendo ſuſtinens, ſuſtinendo præſidens, circumdando penetrans, penetrando circũdans. Vnde ſuperius præſidens, inde inferius ſuſtinẽs, & vnde exterius ambiens, inde interius replens, ſine inquietudine ſuperius regens, ſine labore inferius ſuſtinens. interius ſine extenuatione penetrans, exterius ſine extenſione circumdans. Eſt itaq; inferior & ſuperior ſine loco, eſt amplior ſine latitudine, eſt ſubtilior ſine extenuatione.

148 Qui bonum eſt vniuerſum, & ſupra omne bonum] *reliqua enim omnia ea tenus ſunt bona, quatenus diuinam participant bonitatem: proprie enim, &, ita dixerim, eminenter atq; independenter vnus eſt bonus Deus: qui fons eſt, & origo totius bonitatis, ac pulchritudinis. hinc illa* πανάγαθον, πάγκαλον, αὐταγαθὸν, αὐτοκαλὸν, ὑπεράγαθον, ὑπέρκαλον, ὑπερούσιον ἀγαθὸν, ὑπερούσιον καλὸν. *de quibus S. Dionyſ. de diuinis nominibus capit. 4.*

149 Et quaſi apprehenſus ſeſe ſurripiendo] καὶ πῶς οἷον κρατούμενος κλέπτεσθαι: *ita enim approbantibus omnibus ſcriptis codicibus legendum eſt, non vt habent impreſſi,* βλέπεσθαι. *quod quidem mendum præ litterarum ſimilitudine alibi etiam in hunc librum librariorum, ſiue Typographorum inſcitia, irrepſit. nam (vt illud quoq; obiter corrigamus in or. in illud dictũ Euangelij, Cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos &c. pag. 191. v. 15. vbi impreſſi habent* βλεπόμενον, *legendum eſt* κλεπτόμενον. *itaq; pulchra quædam ex illo loco elicietur ſententia; quæ erit eiuſmodi: id autem, quod minutatim demitur, ac ſurripitur, inſenſibile quidem in præſens habet detrimentum, at demum in ſummum malum in-*

currit. verba græca hæc planè ſunt, τὸ μὲν γὰρ κατὰ μέρος ὑφελκόμενον καὶ κλεπτόμενον, ἀνεπαίσθητον μὲν τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς κακίας ἀπαντᾷ. *Sic igitur hoc loco cupiens oſtendere, neminem poſſe Deum plane comprehendere, quòd cum videmur eum quodammodo tenere, tum maxime ſeſe ſurripiat, & quaſi furtim occultet (Deus enim, vt ait S. Auguſtin. ſe aliquantum manifeſtat, vt inueniamus, & iterum occultat, vt inquiramus, & de inuẽtis ad inuenienda tanquam paſsibus innitamur) commode vtitur hoc verbo* κλέπτεσθαι*, quo etiam in orationis principio eodem fere ſenſu vſus eſt, inquiens,* ὑφ' ὧν καὶ φιλεῖ κλέπτεσθαι ὡς τὰ πολλὰ ἡ ἀλήθεια. *neque vero non etiam nomine inde deriuato,* τῇ κλοπῇ, *in extrema ferè oratione in eandem vtitur ſententiam, cum de Ionæ fuga verba faciens, ait,* πελάγει πιστεύσαντα τὴν ἑαυτοῦ κλοπὴν, *pelago committens ſuam occultationem, ſiue occultam fugam.*

150 Qui animarum quaſi ſponſæ conciliator futurus ſit ac pronubus.] *congrue admodum ſacerdotem appellat* νυμφαγωγὸν τῶν ψυχῶν, καὶ προμνήστορα, *eius quippe officium eſt conciliare animas Chriſto, qui quidem Matt. 9. ſponſum ſe fecit; ideo enim venit, vt eccleſiam ſibi per fidem deſponderet, & coniungeret. vnde etiam in metaphora perſiſtens, dicit vir modeſtiſsimus, vereri ſe, ne extra ſponſi thalamum proiiciatur ligatus manibus ac pedibus. quod cuidam accidiſſe, immo omnibus fore, vt accidat, qui non nuptiali veſte, pura nimirum vita ac ſplendida ornati, hinc deceſſerint, legitur Matt. 22.*

151 Et in eum proiectus ſum ex vtero, ac deditus &c.] *de hac quidem matris eius Deo dedicandi promiſsione licet legere in laud. patris p. 66. v. 30. & in*

carmi-

carminibus p. 36. v. 10. De ipſius vero confirmatione, dum tempeſtate iactaretur, & in eadem laud. p. 72. v. 17. & in carm. p. 4. v. 4. Quòd autem inquit, in eum proiectus ſum, intellige non ἐπὶ τὸν νυμφῶνα, in ſponſi thalamū, ſed potius ἐπ' αὐτὸν νυμφίον, in ipſum ſponſum: reſpexit enim illud Pſal. 21. In te proiectus ſum ex vtero. cum autem ſubdit, ac deditus dedicatuſq́ ſum, καὶ ἐδόθην δοτὸς, recordatus eſſe videtur voti illius, quod Anna Helcanæ *vxor 1.* Reg. *1. feciſſe legitur, locutione eadem ſane vſa: vbi enim latina verſio habet, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, græcè legimus,* δώσω σοι αὐτὸν ἐνώπιον σου δοτὸν ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ.

152 Qui me ſortitus eſt, atque ſeruauit] *hoc quidem dixit, quòd ex naufragio euaſerat incolumis, illud verò, quia in* Dei *ſortem ſelectus fuerat ex vtero.*

153 Dulcia facta ſunt mihi Dei eloquia] *tres ſcripturæ ſacræ locos, quaſi annulum annulo, deinceps connectit. quorum primus eſt Pſal. 118. alter Pſal. 18. tertius Prou. 2.*

154 Linguam frenare] γλῶσσαν χαλινῶσαι. *pulchre metaphorico vſus eſt verbo, ac reſpexit, niſi me fallit ſuſpicio, illud S. Iacobi 5. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuā, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio: itemq́ 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens freno circumducere etiam totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus. Quis eſt hic, & laudabimus eum? lin-* Eccl. 31. *guam nullus hominum domare poteſt, inquietum ma-* Iacob. 3. *lum, plena veneno mortifero. quoniā (vt ipſe ait* Naz. *in his carminibus,* εἰς τὴν ἐν νηστείαις σιωπὴν, *quæ inſcribitur, in quibus ſcilicet, lingua per totum Quadrageſimæ*

ſimæ tempus compreſſa, ſilentij verba calamo exarabát oculis legentium) nihil lingua pernicioſius eſt mortalibus, equus ſemper præcurrens, telum promptiſſimum. in quo imitatus eſt ſortaſſe Heſiodum dicentē, οὐδὲν γλώσσης βλαβερώτερον, εἰ καὶ μέγας θησαυρὸς αὐτῆς ὀρθῶς τρεχούσης, nihil lingua pernicioſius, tametſi magnus eſt theſaurus ipſius rectè currentis.

155 Vt minus ſapiens dico] παραφρονῶν λέγω. *imitatur S. Pauli modeſtiam, qui quoties erat de ſeipſo dicturus, iactantiæ hiſce verbis medebatur, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, παραφρονῶν λέγω. in inſipientia dico, vt minus ſapiens dico; ſignificans videlicet inſipientis eſſe, ſe ipſum laudare, niſi tempus & ratio id maxime poſtulet. Quo autem modo id aliquando ſine inuidia fieri poßit, pulchrè docuit Plutarchus, pulchello illo opuſculo, quod nos adoleſcentes è græco in latinum conuertimus.*

156 Idque temporibus hiſce, quibus &c.] *Sui narrans, noſtri quodammodo temporis calamitatem deſcribere videtur; quæ faxit Deus vt ceſſet aliquandò, & lux tranquilla exoriatur Eccleſiæ, diſiecta maligni tempeſtate & tenebricoſa procella: ita enim venit mihi in mentem vertere dictionem illam græcam τοῦ σκοτόμαιαν, vt aliquo modo latine etiam ad maligni nomen fieret alluſio, qui cum ob naturæ claritatem ἑωσφόρος, lucifer eſſet, ob nimiam animi elationem σκότους, tenebrarum & rem & nomen inuenit.*

157 Vt dictum eſt] *Pſal. videlicet 106. vbi enim nunc in vulgatis latinis codicibus legitur contentio, ſine controuerſia legendum eſt contemptio, conſentientibus omnibus cum hebraicis, tum græcis exemplaribus, tum verò etiam duobus manuſcriptis latinis: vt dubitandum non ſit, quin mendum in impreſſos codices ex ſimilitudine tum*

dine tum litterarũ,tum pronunciationis inuaſerit. Adſcribunt huic ſententiæ illa quoq; Iob cap.12.hiſce ſimillima verba,effundit deſpectionem ſuper principes, Græce ἐκχέων ἀτιμίαν ἐπ' ἄρχοντας: *quod enim hîc* ἀτιμία, *in Pſalmo* ἐξουδένωσις *dictum eſt.*

158 Vertatur in impiorum capita blaſphemia] *mos fuit Atticorum,ſi qua execratione in aliquem vterentur,dicere* εἰς κεφαλὴν τρέποιτο. *vnde vrbane admodum Dicæopolitis ille apud Ariſtophanem in* ἀχαρνῆς, *cũ Megarenſis* τὸ χαίρειν *tanquam malũ & à patrio more alienum reſpuiſſet, ipſe tanquam bonum ſibi optans, inquit,* ἐς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί. *ac rurſus in* εἰρήνῃ,*cum dixiſſet Hierocles,* ὦ μέλεοι θνητοὶ καὶ νήπιοι, *id Trygæus quaſi execrationem & blaſphemiam à ſe auertens,ſubdit,* ἐς κεφαλὴν σοι. *neq; verò non alij etiam Theologi hoc precationis genere vſi ſunt aliquando. nam Theophylactus in 1.cap.ep.ad Coloſſ. poſita execranda Arianorum de Dei Filij creatione,ſubiũgit, quæ blaſphemia in veſtra velim recidat capita. ſic igitur Naz. cum impium quoddã atque deteſtabile de ſacerdotibus ſui temporis non tam protuliſſet, quàm innuiſſet(videtur enim figura illa vſus eſſe,quam Græci* ἀποσιώπησιν,*noſtri reticentiam vocant)execrationem & à ſe ipſo, & à bonis, piiſq; ſacerdotibus auertens, ait,* τρέποιτο εἰς κεφαλὰς ἀθέων ἡ βλασφημία.

159 Volentis autem eſt cognitio & profunda ſpiritus] τοῦ βουλομένου ἐστὶν ἡ γνῶσις καὶ τὰ βάθη τοῦ πνεύματος. *poſtrema hæc verba ſumpta videntur ex illis 1.Cor. 2. ſpiritus enim omnia ſcrutatur,etiam profunda Dei. reprehendit autem Naz. eorum temeritatem atq; arrogantiam, qui putarent, quemlibet aptum eſſe, modo vellet,ad perſcrutanda atq; intelligenda Dei myſteria, non in-*

non intelligentes id quoq; in numero diuinorum donorum reponendum eſſe. & quidem nihil eſt Chriſtiano homini pernicioſius, quàm propriis viribus confidere. nos
1.Cor.8. *verò cum S. Paulo dicamus, non in omnibus eſt ſcientia,*
2.Theſſ.3. *non omnium eſt fides. non volentis neq; currentis, ſed*
Rom. 9.
Pſal.108. *miſerentis eſt Dei. itaq; in primis nos geramus, vt cum ſancto Dauide verè poßimus canere, à mandatis tuis intellexi, quod videlicet, vt ait S. Hieron. ad Paulam, poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum.*

160 Profanis auribus, ac mentibus diuina promulgantes] *breuibus declarat, quid ſibi velit, dare ſanctum canibus, & mittere margaritas ante porcos, quod vetitum eſt Matt. 7.*

161 Inimicorum vota accuratè explemus miſeri] *quid, quæſo, miſerius, quàm ea patrare, quæ inimici exoptent tui, deplorent amici? Intelligit autem potiſsimum, vt coniicio ex iis, quæ leguntur p. 28. v. 16. mutuas inter ſe diſſenſiones: exultant enim non ſolum hæretici, vt inquit B. Hieron. cum viderint Catholicos inter ſe diſsidere, noſtram ruinam ſuam putantes victoriam, ſed etiam de quibus hic loquitur Naz. Gentiles. quare vel hanc ob cauſam eſſet id maxime cauendum.*

162 Et fornicantes in adinuentionibus noſtris nõ erubeſcimus] *reſpexit ad verba illa Pſal. 105. & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. vbi quãuis interpretes ferè omnes per fornicationem interpretati fuerint idololatriam; noſter tamen Theologus videtur paulo latius verbum illud accepiſſe, vt ſignificet quidem aliquod impium facinus atq; impudens in Deum, non tamen idololatriæ prorſus crimen: neq;. n. profecto idololatræ erant hi, quos nunc, ne ſe ipſum quidem ab eis ſeiungens, reprehendit, quòd in ſuis conatibus, ac ſtudiis*

(id enim

(id enim ſignificat proprie τὸ ἐπιτήδευμα, *quomodo etiã aliquando illud vertit vulgata editio, vt Pſal. 13. & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, quamuis vt plurimũ in adinuentionibus, vt hic, habeat) à Deo recedentes, impudenter ſe gererent. Id ita eſſe plane fateberis, ſi alibi apertius hanc rem tractantem* Naz. *ipſum legeris. is igitur in or. in dictum* Euangel. *p. 192. v. 34. declarãs* πορνείαν ϗ μοιχείαν *non ſolum peccatum illud dici, quod ad corpus attinet, verumetiam quodcunq; pecces, & maxime præuaricationem in diuinum numen, duobus id ſacræ ſcripturæ teſtimoniis firmat, quorum vnum id ipſum eſt, de quo nunc agimus. quod quidem cum ita poſuiſſet,* ἐπόρνευσαν φησὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, *ſubiungit,* ὁρᾷς καὶ πρᾶξιν πορνείας ἀναίσχυντον; *viden etiam operationem impudentem fornicationis eſſe? alterum huiuſmodi,* καὶ ἐμοιχῶντο φησὶ ἐν τῷ ξύλῳ. *quod videtur ſumpſiſſe ex* Hier. *3. vbi legitur,* ϗ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον ϗ τὸν λίθον, *& mœchata eſt cum ligno & lapide: quemadmodum enim dicitur* μοιχεύειν τὴν γυναῖκα, *ita metaphorice dictum puto* μοιχεύειν τὸ ξύλον. *quod ipſum* Naz. *elocutione aliquantum immutata dixit,* ϗ ἐμοιχῶντο ἐν τῷ ξύλῳ. *& quidem* B. *etiam* Hieronymus, *quamuis in* Hier. *habeat, & mœchata eſt cum lapide & ligno, tamen in* Oſee *4. vbi hoc* Hier. *dictum citat, eodem planè modo illud ponit, quo hic* Naz. *inquiens, fornicationem autem idolatriam nominat, iuxta illud, quod in* Hier. *legimus, & mœchabatur in ligno & lapide.* Sed *vt ad rem redeam,* Prophetæ *verba cum protuliſſet* Naz. *ſubiicit,* ὁρᾷς καὶ θρησκείαν τινὰ μοιχαλίδα; *viden & ſuperſtitionem quandam mœcham? voluit igitur hoc quidem* Hieremiæ *teſtimonio oſtendere, mœchiam ſiue fornicationem dici etiam de quadam ſuperſtitione*

ſtitione ad idololatriã tendente (cui etiam S. Auguſtin. adſcribit his verbis, idolatria, & quælibet noxia ſuperſtitio fornicatio eſt) illo vero Dauidis de impudenti in Deum operatione, quod quidem cum eo, quod hic dixit, καὶ πορνεύοντες ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἡμῶν οὐκ αἰσχυνόμεθα *planè conuenit.*

163 Moabitę vero & Ammonitę, quibus &c.] *quia iſti populi impij ſemper atq; Iſraëlitis inſẽſi fuerũt, idcirco impios ſui tẽporis, & Chriſtianis infeſtos homines per eos deſignat Naz. quod autẽ prohibiti illi quidẽ fuerint intrare Eccleſiam Domini, legitur Deut. 23.*

164 Aperuimus omnibus non portas iuſtitiæ] *alludit ad illud Pſal. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ, intelligens quemadmodum & Theodoretus eo in loco exponit, non templi ianuas, ſed animi virtutes, quibus ſolis Deus digne laudari poteſt.*

165 Sub lingua eius laborem verſans & dolorem, aut venenum aſpidum] *priora quidem verba ſunt Pſal. 9. quibus tamen, vt orationem apte contexeret, addidit de ſuo illud verſans. poſteriora verò putarim Naz. ex Pſal. 139. ſumpſiſſe potius, quàm ex 13: quamuis enim hodie ibi etiam in Latinis quidem codicibus legantur, tamen in Hebraicis & in Græcis deſiderantur vnà cum aliis tum præcedentibus, tum ſubſequentibus, quæ tribus illis verſiculis continentur, eo ordine quo leguntur in 3. cap. ep. ad Rom. vnde fortaſſe ab aliquo illuc tranſlata ſunt, qui videret ab Apoſtolo ſimul deinceps citari poſt præcedentia illius 13. Pſal. verba, nec animaduerteret fieri potuiſſe, vt is illa ex pluribus aliis Pſalmis, & ex Eſ. 59. collecta ſimul contexiſſet. vel certe dicendum erit, eo tempore etiam in 13. Pſal. tres illos verſiculos extitiſſe in Græcis codicibus, præſertim*

cum

cum affirment quidam, illos omnino legi in 13. Pſal. in vtraque Arabica interpretatione, Syra videlicet atque Aegyptia, quas non dubitant ex Græco ſumptas eſſe. His ſcriptis, ſtatui hac vna de cauſa in Vaticanam bibliothecam me conferre, vt viderem, an codex ille vetuſtiſsimus Græce tenuiſsima in membrana litteris maiuſculis deſcriptus ferè totus, tres illos verſus in tertiodecimo Pſalmo haberet. vidi, reperi, gauiſus ſum, & in poſteriore opinione confirmatus, quòd videlicet Apoſtolus eos tanquam ex contextu vnius Pſalmi referat, quòd eoſdem in Græcis exemplaribus ibi ſimul legiſſet. Is certe, quem dixi, codex probatiſsimus illos ibi eodem plane modo atq; ordine ponit, quo leguntur apud eum in ep. ad Rom. atque etiam in Pſal. 13. in Latinis codicibus omnibus ſecundum vulgatam editionē, quæ cum exemplar illud Vat. bibliothecæ plerunque conuenire, video non ſine magno animi mei gaudio.

166 Vt erant ab initio cum &c.] *licet mirari, quanta euidentia, quantaq; elegantia ſub aſpectum ſubiiciat, ſui ne dicam an noſtri temporis confuſionem ac perturbationem? tribus deinceps propoſitis ſimilitudinibus, quarum vna ſumpta eſt ex primo rerum ſtatu, qui initio Gen. deſcribitur, cum erant cuncta ordinis, formæq; expertia antequàm ſummi illius fabricatoris opera ex inordinato in ordinē, & ex informi ad formam adducerentur; altera ex prælio, quod nocte, & (vt decimi Pſalmi verbo vtar) ἐν σκοτομήνῃ, quaſi dicas obſcurilunio committatur; tertia ex nauali pugna. quæ eadem prorſus Magnus etiam Baſilius, vt erant ambo omnibus in rebus ſimillimi ac penè vnanimes, vſus eſt in diuina illa ſua de Spiritu ſancto lucubratione c. 30. latius tamē ac dilucidius, vt ſolet oīa, expoſita atq. explicata.*

167 Bellum enim honeſtum pace, quæ à Deo ſeparet, melius eſt.] *hoc ipſum cùm probe ſciret gentium Doctor, non dixit Rom. 12. abſolute cum omnibus hominibus pacem habentes, ſed cum adiunctione, ſi fieri poteſt, quod in vobis eſt. idem vero Naz. in or. de pace. 1. p. 116. v. 11. dixit his verbis,* κρείσσων γὰρ ἐμπαθοῦς ὁμονοίας ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας διάστασις, *melius enim eſt indulgenti concordia diſsidiũ pro pietate. id autem ita eſſe, probat ex eo, quòd, cum pro pietate ſit pugnandum, ſoleat ſanctus ſpiritus, manſuetos quoq; homines, & pacis ceteroqui ſtudioſos, ad pugnam armare, vtpote qui poſſint, huiuſmodi bellum recte gerere. idem etiam apertius in eadem or. de pace paulo pòſt dixit his verbis, etetiam is etiam, qui ceteris in rebus leniſsimus ſit, in hoc eſt feruentiſsimus, & manſuetus verè ſit pugnator, cum viderit, ſe nimia patientia Dei iacturam facere, vel potius ſuo caſu detrimento afficere Deum, qui nos & ſuas diuitias putat, & diuites facit. Vtrobique autem recordatus eſt, opinor, Ioëlis Prophetæ, lenes quoque homines ac manſuetos ad arma Spiritus ſancti nomine vocantis: cap. enim 3. vbi Latine habemus, ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, Græcè legitur,* ὁ πραῢς ἔστω μαχητής, *manſuetus qui eſt, fiat pugnator.*

168 Fabricant autem ſuper dorſum noſtrum peccatores] *verba ſunt Pſal. 128. quibus tamen vtitur Naz. non ad oſtendendam preſſuram, quam pij ab impiis iniuſte paterētur, quod erat Dauidi propoſitum, demonſtrare, ſed vexationem, quam Chriſtiani merito ſuo à Gentilibus ſuſtinebant.*

169 Facti ſumus ſpectaculum commune] κοινὸν, *vt habent probatiores manuſcripti codices, legendũ eſſe, non* καινὸν, *ſatis eſt manifeſtum, cum ex duobus,*

quos

quos tangit, S. Pauli locis, quorum prior eſt 1. Co. 4. poſterior Epheſ. 6. tum ex his, quæ mox ipſe Naz. ſubiungit.

170 Hæc efficiunt hi, qui pro eo, qui &c.] *Vſque eo verum eſt, quod optimus ille, & pene dicam ſanctiſſimus Poëta dicebat, πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί, vt in his etiam, quæ Dei ſtudio fiũt, modus quidam ſit adhibendus. Hæc autem dum dicit Naz. carpit eos, opinor, qui nimium quendam erga Deum Zelum præ ſe ferentes, non ſolum de minutis quibuſdam dogmatibus, ac nullius momenti, verum etiam de ipſis nominibus ad eundem ſenſum ducentibus inter ſe contenderent. quod pluribus etiam dolet & conqueritur in orat. in S. Athanaſium p. 107. v. 22.* Phocylides.

171 Eum ipſum propemodum aperte clamantem audiamus quotidie] *per ſe ipſum enim ferme dicit Chriſtus Ieſus, quæcunque per ſuos vel Prophetas vel Apoſtolos dicenda curat, ſicut certe curauit hoc, quod hic affertur, teſtimonium primùm per Eſa. proferendum, deinde per Apoſtolum: qui quidem illud non tantum alludendo, vt quidam voluerunt, ſed citando, vt ipſe oſtendit addens ſicut ſcriptum eſt, ponit in epiſt. ad Rom. 2. eiſdem fere verbis, quibus Græcè legitur in Eſa. 52. neque verò non etiam Ezech. 36. ſimile quid Iſraëlitis Dei nomine exprobrat dicens, nomen ſanctum meũ polluiſtis in gentibus.*

172 Eam, quæ nunc in Eccleſias irrumpit, belluam, et maligni complementum] *Iulianum illum Apoſtatam Chriſtianis infeſtiſſimum circumſcribit. quem etiam duabus acerrimis quaſi Philippicis perpetua ignominia notatum reliquit. eum autem nuncupat τοῦ πονηροῦ τὸ πλήρωμα, maligni complementum, quaſi dicas com-*

cas completum quoddam & omnibus partibus abſolutum Dæmonis figmentum, quòd ſcilicet omnem ille perennis humani generis hoſtis vim ſuam atq; artem in eum formandum, & omni aſtutiæ & nequitiæ genere imbuendum contuliſſet. ita, vt dici quodammodo poſſet,
Coloſſ.2. *in ipſo inhabitare omnem plenitudinem, ſiue complementum,* πλήρωμα, *non diuinitatis, ſed malignitatis. ſic eundẽ in or. ad Patrem p.72.v.21. vocat* πρῶτον κακὸν, *ſummum malum, & in Athan. p.106. v.29.* τὴν κακίαν ὁμότιμον τῷ φθόνῳ *malitia æqualem Diabolo:* τὸν φθόνον *enim illic vocat Diabolum, vtpote inuidiæ parentem,* τὸν γεννήτορα τῷ τοῦ γεννηθέντος ὀνόματι. *Sic etiam in or. ad Heronem p.159. v.28. vocat Arium* τὸ πλήρωμα τῆς ἀσεβείας, *complementum impietatis, quòd ſcilicet omnes impietatis partes in eo eſſent completæ; ſiquidem*
Rom.13. *etiam Apoſtolus eam ob cauſam videtur appellaſſe dilectionem plenitudinem ſeu complementum* πλήρωμα *legis, quòd in dilectionis præcepto cuncta alia, quemadmodum ipſe paulo ante dixerat,* ἀνακεφαλαιοῦται, *ſummatim comprehenduntur.*

173 Qua armatura aduerſus maligni inſidias armabor?] *nulla certè alia, quàm ea, quam S. Paulus Epheſ.6. quem locum ſine dubio reſpexit Naz. nobis monſtrauit, intelligens & ipſe in primis, non tam externum mortalium hominum bellum metuendũ eſſe, quàm internos fraudulentoſq; ſpiritualium illarum poteſtatum conatus. contra hos igitur nos armans fortiſſimus, peritiſſimuſq; athleta, dicebat, induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli.*

174 Quis clamabit, parce Domine populo tuo &c.] *locus eſt Ioëlis cap. 2. totidem hûc verbis tranſlatus. quare cum aliorum omnium, quorum vel ante au-*

xilium

xilium quodammodo implorauit, vel mox implorabit, nomina protulerit, miror, cur huius ſolius reticuerit; ita vt veniat mihi in mentem ſuſpicari, librariorum id culpa accidiſſe, atq; ita ſcriptum reliquiſſe Naz. τίς βοήσεται ἰωὴλ, φεῖσαι *&c. quis clamabit Ioël, parce &c. Sed ſola coniectura, quantumuis certa, ductus, nec vlla alicuius exemplaris auctoritate nixus, nihil vſquam ſum auſus aut addere, aut demere, aut immutare. Satis habui ſuſpicionem tibi meam indicaſſe, integrum cuiuſq; iudicio relinquens, eam vel probare, vel improbare.*

175 Vt non ſimus amplius pro vno Iſraële & Iuda & Iſraël] *Iſraëliticum regnum poſt regis Salomonis mortem, vt legitur 3. Reg. 12. in duas partes ſciſſum eſt, quarum vni Roboam Salomonis filius, alteri Hieroboam filius Nabath Salomonis ſeruus imperauit, atq; ita pro vno rege duo reges, pro vno populo duo populi facti ſunt: qui enim antea cunctus Iſraël vocabatur, poſtea diuiſus eſt in Iſraël, id eſt in decē tribus, quæ Hieroboam imperium ſunt ſequutæ, & in Iudam, hoc eſt, in reliquas duas tribus, quæ ſub Roboam imperio remanſerunt. atq; huius quidē vrbs fuit Hieruſalem, illius verò Metropolis Samariæ. vnde etiam myſtice, vt ait B. Hieron. in Mich. 1. Samaria ſemper in hæreſibus accipitur, Hieruſalem in Eccleſia. Patet igitur, cur Naz. ſui temporis diſcordiam conquerens, & expetens concordiam, quod & duobus alijs in locis ſimiliter facit, in or. de pace. 1. p. 115. v. 9. & in or. de recto ordine p. 150. v. 4. dixerit, vt non ſimus amplius pro vno Iſraële & Iuda, & Iſraël, nec amplius Roboam & Hieroboam, nec Hieruſalem & Samaria. quod autem ſequitur, quæ ſeparatim propter peccata traditæ ſunt, ac ſeparatim deploratæ, idcirco additum exiſtimarim, quia non vno, eo-*

demq́; tempore in ſeruitutem ambæ traditæ ſunt hoſtibus, ſed primum capta eſt Samaria, poſtea Hieruſalem, ideoq́; etiam non ſimul, ſed ſeparatim à ſanctis Prophetis ſunt deploratæ.

176 Terga dedi operiens faciem confuſione & ſolus ſedere &c.] *Vide, quæſo, quàm paucis verſibus quaſi pulcherrimum quendam centonem ex multis ac diuerſis ſacræ ſcripturæ locis aptiſſime conſuerit. quæ ſingula tuo potius, cariſſime lector, quàm meo labori parcẽs, non grauabor demonſtrare. Cum igitur, inquit, operiens faciem confuſione, reſpexit illa verba Pſal. 68. operuit confuſio faciẽ meam. cum, & ſolus ſedere, quoniam amaritudine repletus ſum, illa Hier. 15. ſolus ſedebam, quoniam amaritudine repletus ſum (ita enim habent 70. quamuis B. Hieron. ex Hebræo verterit repleſti me) cum, & tacere, illa rurſus Hier. Thren. 3. & tacebit. cum, tempus peſſimum eſſe, illa Mich. 2. tempus peſſimum eſt. cum, recalcitraſſe dilectos, illa Deut. 32. ſecundum 70. recalcitrauit dilectus. cum, factos nos eſſe filios deſertores, illa Eſa. 30. Væ filij deſertores. cum vitem veram, totam fructiferam, illa Hier. 2. ſecundũ 70. ego autem plantaui te vitem fructiferam, totam veram: malo enim vitem, quàm vineam dicere, quia & vocabulum Hebraicum, vt ibi notat S. Hieron. ſignificat genus vitis optimæ, & ἄμπελος apud Græcos pro vite potius, quàm pro vinea ponitur. & quidem in hanc ſententiam accepiſſe eam Naz. patet etiam ex alio loco or. 28. p. 180. v. 40. vbi hæc verba leguntur, ἡ μικρὰ παραφυὰς ἐκείνη, ἄμπελος εὐκληματοῦσα γίνεται, paruus ille ſurculus vitis fit pulchros emittens palmites. Quod autem ad conſtructionem pertinet (vt ne id quidem prætermittamus) ita conſtruendũ puto, vt poſtquam dixiſſet, fa-*

ſet, factos nos eſſe filios deſertores, ſtatim ſubiungat appoſitiue quodammodo, vitem &c. ſic enim omnia belle conſtabunt. quod quidam minus aduertentes, exiſtimarunt, ſententiam huius loci mancam eſſe, & addiderunt, nullo ipſis ſuffragante codice, verba illa, in amaritudinem verſa eſt. Sed ita, vt dixi, accipiendum eſſe, etiam illud argumento eſt, quòd voci illi ἄμπελος & articulum ἡ præmiſit, nec appoſuit τὸ ὅτι, quemadmodũ fecit tum præcedentibus, tum ſubſequenti membro, quæ quidem ſeparatim accipi voluit: Iam vero cum dixit, Diadema ſpeciei meæ, coniecerim, eius memoriæ occurriſſe verba illa Sap. 5. accipient regnum decoris & diadema ſpeciei. cum, ſignaculum meæ gloriæ, illa fortaſſe 1. Cor. 9. ſignaculum Apoſtolatus mei, ſimul & illa 1. Theſſ. 2. vos enim eſtis gloria noſtra. cum deniq; coronam gloriationis, illa 1. Theſſ. 2. quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium aut corona gloriæ? quamuis enim corona gloriæ habeat ibi Latina verſio, tamen Græca verba eadem plane ſunt cum his, quæ hîc à Naz. ponuntur, στέφανος καυχήσεως. καύχησις autem gloriationem magis proprie ſignificare, quàm gloriam, quomodo etiã alibi ſæpius vertit Latinus interpres, nemo eſt, qui neſciat. nobis certè hîc, cum præcederet illud, ſignaculum meæ gloriæ, gloriatione neceſſario propè vtendum fuit.

177 Quòd ſi quis magno in his animo eſt atque præſtanti &c.] *cum quadam ironia ac propemodum indignatione tota hæc clauſula proferenda videtur: innuit enim, neminem omnino debere tam audacem eſſe, qui confidat, poſſe ſe tot, tantasq; difficultates ſuperare, & tam graui oppugnationi reſiſtere.*

178 Nec dum dico de eo, quod intus &c.] *Tres eſſe capitales hominum hoſtes, mundum videlicet,*

diabolum, atq; carnem, & pij doctores paſſim tradunt, & quiſq; in ſe ipſo quotidie, opinor, experitur. cum igitur Naz. *de vno, atq; altero non pauca diſſeruiſſet, conſentaneum erat, vt de tertio quoq; aliquid diceret.*

179 A corpore humilitatis] *Sequutus S. Paulũ ad Philip. 3. recte viliſſimum hoc noſtrum atq; abiectiſſimum corpus, humilitatis corpus appellat ob innumerabiles ſcilicet miſerias & ærumnas, in quas noſtra culpa (noſtra enim fuit propagatione, non imitatione transfuſa, primi parentis culpa) poſt lapſum incidimus.*

180 A` lutoque fecis, in quo ſumus infixi] *recordatus eſt Dauidis, canentis Pſal. 39. Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis: itemq; Pſal. 68. conquerentis, infixus ſum in limo, ſiue mauis, fece profundi. ac rurſus paulo poſt precantis, eripe me de luto, vt non infigar.*

181 A` lege peccati repugnante legi ſpiritus] *agnoſcit vnà cum S. Paulo ad Rom. 7. acre illud bellum & periculoſiſſimũ, quod quidem caro cum ſpiritu conti-*
Gal. 5. *nenter gerit: caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Peccatum autem, hoc eſt carnalis concupiſcentia, quæ ex peccato ortum ducit, & ad peccatum incitat, lex ideo dicitur, quòd tantam habeat vim, vt eius imperio pleriq; non ſecus, ac certæ cuidam legi, obtemperent.*

182 Deprimentem materiam ſuperare] *corpus*
Sap. 9. *enim, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

183 Mediatoris Dei & hominum functionẽ] *hoc vocabulum mediator maxime eſt Theologis vſitatum. quod autem ad ipſam ſacram ſcripturam pertinet, in veteri quidem teſtamento ſemel tantum, quod ſciã, reperitur,*

reperitur, idq; in Latina verſione ſolùm, Iud. 11. Dominus, qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt; vbi interpres pro eodem fere, atq; teſtis, eo vſus eſſe videtur. nam in Hebræo, vt mihi reſpõdit vir illius linguæ peritus Antonius Agellus clericus regularis, ita plane habetur, vt verterunt 70. κύριος ἔσται ὁ ἀκούων ἀνὰ μέσον ἡμῶν, *Dominus erit audiens inter nos. quod idem eſſe videtur, ac ſi diceret, Deo teſte loquimur; quomodo dixit Apoſtolus ad Gal. 1. Ecce coram Deo, quia non mentior: futuro enim tempore pro præſenti & ipſi, Hebraiſmum imitati, vſi fuiſſe videntur. In nouo autem teſtamento quinq; in locis legitur, apud Apoſtolum Gal. 3. 1. Tim. 2. Hebr. 8. 9. & 12. quorum in primo ſi de Moyſe verbum illud prolatum accipiamus, vt accepit Hieronymus Seripandius Cardinalis, vir integerrimus, & Theologus noſtræ memoriæ doctiſſimus, dicemus, voluiſſe Apoſtolum ſignificare, Deum in danda lege Iudaico populo vſum eſſe Moyſe tanquam mediatore; quippe qui tempore etiam inter Dei promiſſionem & ſemen, cui erat exhibenda, ipſum videlicet Chriſtum, medius fuerit interiectus. cui quidem ſenſui apte quadrat illud Deut. 5. Dominus Deus noſter facie ad faciem loquutus eſt nobis de monte de medio ignis, ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos in tempore illo, vt annũciarem vobis verba eius. atq; ita in eandem fere ſententiam accipiendum videtur in tribus poſterioribus locis ep. ad Hebr. in quibus etiam fortaſſe alluſit Apoſtolus ad illud Deut. faciens Chriſtum mediatorem, ſed longe præſtantiorem Moyſe, quanto ſcilicet præſtantioris rei. ſi quidem ille veteris legis, timoris ac pœnæ; hic noui teſtamenti, amoris & gratiæ, mediator extitit: quia lex, dicebat is, qui recubuit* Ioan. 1. *in cœna ſuper pectus Ieſu, per Moyſen data eſt, ſed gra-*

*tia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sin autem
etiam in ep. ad Galatas voluerimus cum pleriſq; verbũ
illud de ipſo Chriſto interpretari, ita vt oſtendat, eum
tanquam Dominum, non tanquam ſeruum, vt Moyſes,
veteris etiam legis ferendæ auctorem fuiſſe, mediatorem
ea ratione Chriſtum appellaſſe dixerimus, qua omnino
in ſecundo, qui reliquus eſt, loco 1. Tim. 2. appellauit,
quòd ſcilicet pro totius humani generis ſalute apud Deũ
Patrem interceſſerit, eius iram placando, noſq; omnes,
niſi per nos ſteterit, in priſtinam amicitiã reſtituendo. Et
quamuis hoc ſenſu dictio iſthæc accepta proprie Chriſto
ſoli conueniat, quippe qui diuinam naturam humanæ
coniunctam habuit. quod & S. Paulus expreßiſſe vide-
tur, inquiens, vnus enim Deus, vnus & mediator Dei
& hominum homo Chriſtus Ieſus: & B. Auguſtin. con-
tra Parmenianum l. 2. cap. 8. ac de Ciu. Dei l. 9. c. 15.
pluribus declarat, tamen nihil prohibet, quominus reli-
quis etiam ſacerdotibus poßit quodammodo conuenire:
Hebr. 9. vt enim verus ille & ſummus Pontifex per proprium
ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptio-
Hebr. 10. ne inuenta; ſic omnis ſacerdos, illius perſonam ſuſtinens,
præſto eſt quotidie miniſtrans, & incruentum illud ſa-
crificium ſæpè offerens. omnis namq; Pontifex ex ho-
Hebr. 5. minibus aſſumptus pro hominibus cõſtituitur in iis, quæ
ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.
Hoc igitur ſpectans Naz. (vt ad rem proprius acceda-
mus) & ſupra appellauit ſacerdotem* νυμφαγωγὸν τῶν
ψυχῶν καὶ προμνήστορα, *& hic dixit eum* ἢ ψυχῶν προστα-
σίαν δέξασθαι, ἢ μεσιτείαν θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. *quibus ver-
bis ſatis aperte innuit ad illa, quæ iam attulimus. 1. Tim.
2. tametſi non* μεσίτης, *ſed* μεσιτεία *inde deducto voca-
bulo, quod & apud Greg. Nyſſenum memini me legiſſe*

in extre-

in extrema oratione περὶ τῆς ἁγίας τριάδος πρὸς ἀζλάβιον μονάζοντα, *vſus eſt. quo ſane intelligi voluit ipſam ſacerdotis actionem & functionem. quapropter etiam ſubdit, hoc enim fuerit fortaſſe ſacerdos, indicans videlicet, hoc eſſe præcipuum ſacerdotis munus, vt interpretem ſe ac mediatorem Dei & hominum præbeat. neque verò non de ipſo etiam Chriſto verba faciens, eadem prorſus vſus eſt dictione. nam in or. de Fil. 2. p.117.v. 7. docens, quomodo Chriſtus dicatur ſemper viuens ad interpellandum pro nobis,* τῷ λόγῳ μεσιτείας, *inquit, ratione (vt ita dicam) mediationis, quòd ſcilicet nunquam deſiſtat interceſſoris ac mediatoris officio pro nobis apud Patrem fungi.*

184 Audio equidem &c.] ἀκούω μὲν. *In aliquibus ſcriptis codicibus ante hæc verba & poſt illa* τῆς προμηθείας *leguntur hæc,* φράσω δὴ πρὸς ὑμᾶς. *quæ quamuis ſenſum faciliorem reddant, quòd ſermo aliter* ἐλλειπτικὸς, *defectiuus videatur, tamen, quia talis dicendi modus, ſi rectè conſideres, non parum habet elegantiæ ac venuſtatis, illa ego nō curaui recipere, eò minus, quòd initio primæ or. de Theol. vbi eandem, quam hîc ſententiam, eiſdem fere verbis deſcribit, nuſquam ea quidem leguntur. Et verò arriſiſſe auctori huic noſtro hunc dicendi modum duo alij, qui nunc mihi occurrunt, loci ſatis probauerint: vnus eſt in hac ipſa or. p. 31. v. 36. vbi tamen in nonnullis codicibus librarij ante illud verbum* σκοπεῖν, ῥητέον, *ſed perperam, mea quidem ſententia, poſuerunt. alter in or. de amore erga pauperes p. 132. v. 48. Non diſſimile eſt illud S. Pauli 1. Cor. 7.* περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι: *videtur enim deeſſe verbum* λέγω, *vel* ἀποκρίνομαι, *vel aliquid huiuſmodi.*

185 Septuaginta ſeniores ſenatus] τῆς γερουσίας, *quaſi dicas ſenatorij ordinis. eadem ſane vox legitur 2. Mach.11. & Act.5. eademq́; vſus eſt Theodorus Gaza in vertendo pulcherrimo illo Cic. libello, de ſenectute qui inſcribitur: vbi enim latine nos legimus ſenatum, Græce ille vertit modo τὴν γερουσίαν, modo τὴν σύγκλητον. quorum tamen neutro vſus eſt Homerus, quãuis dũ frequens ponit hanc dictionem* γέροντας, *dumq́; vinũ nominat* γερούσιον, *quòd ſcilicet in ſeniorũ, nempe honoratiorũ, conuiuio bibebatur, & epulum* γερούσιον, *quod huiuſcemodi ſenibus apponebatur, nõ obſcure videtur* τῆς γερουσίας *notionẽ indicare. & quidẽ, vt ait Euſtathius, ex illis ſeptẽ, quos* γέροντας ἀριστῆας παναχαιῶν, *id eſt optimates vocat Homerus, fluxiſſe videtur quæ poſtea apud Romanos dicta eſt* γερουσία. *atq; etiam ipſe Cic. niſi conſilium, inquit, ratio, ſententia eſſet in ſenibus, non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent ſenatum.*

De ſenect.

186 Multitudini quidem litteræ tabulas &c.] *innuit tabulas illas vtriſq; accommodatas fuiſſe, tũ ſimplicioribus & carnalibus, tũ perfectioribus & ſpiritualibus, his quidem ea parte, quæ erat occultior, illis verò ea, quæ manifeſtior apparebat. quam etiam ob cauſam vtrinq; illas quidem ſcriptas fuiſſe dicit in or. 2. de Theol. p.198. v.34. & in or.* περὶ φιλοπτ. *p.138. v.51. inquit,* οἷα τὰ πολλὰ τοῦ νομικοῦ βάθους καὶ τῆς διπλόης, *cuiuſmodi ſunt multa legalis profunditatis, ac duplicis ſenſus.*

187 Idq́ue cum eorum impietaté minime probaſſet, ſed ſæpius increpaſſet] *diſcant hinc parẽtes, quanta cura debeant filios cuſtodire, quãtaq́; ſeueritate in eoſdẽ delinquentes animaduertere: ſi enim Heli, quãuis non prætermiſiſſet filios peccantes increpare, tamen pœnas luit, quia eos non puniuit eiiciẽdo, quid de his patribus,*

tribus,

tribus fiet, qui filiorum ſcelera fouent conniuendo?
188 Eam quidẽ ſeruaſſe, ipſum verò periiſſe] *terribile factũ; ita vt videantur doctores non parũ laboraſſe in inueſtigãda cauſa tã grauis ſupplicij, & alij aliã attulerint. Sed hæc, quã noſter innuit Theologus, omniũ maxime probabilis videtur, quòd ſcilicet voluerit Deus hoc exẽplo docere, quãta deberetur rebus diuinis reuerẽtia. quod quidẽ eo minus admirabile videri debet, quòd lex illa non, vt noſtra, amoris, ſed timoris lex erat.*
189 Symbolũ, opinor, id quidem eius, quæ ad animã ſpectat integritatis] σύμβολον οἶμαι &c. *innuit Deum ideo præcepiſſe in ſacerdotibus atq; in victimis corporũ maculas notari & animaduerti, vt vel id argumẽto, indicioq; eſſet, quanta in eis eſſe debeat animæ integritas, ne is, quẽ crimen deprauat propriũ, intercesſor fieri appetat pro culpis aliorum, inquit B. Greg. 1. p. paſt. curæ c. 11. vbi etiam illas corporis prauitates, quæ, Deo ad Moyſen loquente, prohibebãtur in ſacerdotibus, ad animi deformitates transferẽs, in earũ allegoria explicanda pulchre, ſimul & pie verſatur.* Leuit. 21.
190 Neq; vnctionis oleum effingi] ἀπομιμεῖσθαι *Græcè legitur. quod quidem verbũ ſignificat, rem aliquã ad alterius rei imitationem efficere. videtur itaq; reſpexiſſe verba illa Exod. 30.* καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ταύτην οὐ ποιήσεται ὑμῖν ἑαυτοῖς ὡσαύτως, *& ſecundum compoſitionem iſtam non facietis vobis ipſis ſimiliter.*
191 Ad quæ vni & ſemel in anno ſolũ patebat aditus] *Naz. neq; hîc, neq; in or. de recto ordine, vbi p. 153. v. 20. eiuſdẽ rei mentionẽ facit, apponit illã particulam, cum ſanguine, vel non ſine ſanguine; quippe qui intelligebat, Pontificem nec cum ſanguine, nec ſine ſanguine vnquam ſolitum fuiſſe in ſancta ſanctorum ingredi, præterquàm ſemel vnoquoque anno, idq; certo*

non intelligentes id quoq; in numero diuinorum donorum reponendum eſſe. & quidem nihil eſt Chriſtiano homini pernicioſius, quàm propriis viribus confidere. nos
1.Cor.8. *verò cum S. Paulo dicamus, non in omnibus eſt ſcientia,*
2.Theſſ.3. *non omnium eſt fides. non volentis neq; currentis, ſed*
Rom. 9.
Pſal.108. *miſerentis eſt Dei. itaq; in primis nos geramus, vt cum ſancto Dauide verè poßimus canere, à mandatis tuis intellexi, quod videlicet, vt ait S. Hieron. ad Paulam, poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum.*

160 Profanis auribus, ac mentibus diuina promulgantes] *breuibus declarat, quid ſibi velit, dare ſanctum canibus, & mittere margaritas ante porcos, quod vetitum eſt Matt.7.*

161 Inimicorum vota accuratè explemus miſeri] *quid, quæſo, miſerius, quàm ea patrare, quæ inimici exoptent tui, deplorent amici? Intelligit autem potißimum, vt coniicio ex iis, quæ leguntur p.28.v.16. mutuas inter ſe diſſenſiones: exultant enim non ſolum hæretici, vt inquit B. Hieron. cum viderint Catholicos inter ſe dißidere, noſtram ruinam ſuam putantes victoriam, ſed etiam de quibus hic loquitur Naz. Gentiles. quare vel hanc ob cauſam eſſet id maxime cauendum.*

162 Et fornicantes in adinuentionibus noſtris nõ erubeſcimus] *reſpexit ad verba illa Pſal.105. & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. vbi quãuis interpretes ferè omnes per fornicationem interpretati fuerint idololatriam; noſter tamen Theologus videtur paulo latius verbum illud accepiſſe, vt ſignificet quidem aliquod impium facinus atq; impudens in Deum, non tamen idololatriæ prorſus crimen: neq;.n. profectò idololatræ erant hi, quos nunc, ne ſe ipſum quidem ab eis ſeiungens, reprehendit, quòd in ſuis conatibus, ac ſtudiis*

(id enim ſignificat proprie τὸ ἐπιτήδευμα, quomodo etiã aliquando illud vertit vulgata editio, vt Pſal. 13. & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, quamuis vt plurimũ in adinuentionibus, vt hîc, habeat) à Deo recedentes, impudenter ſe gererent. Id ita eſſe plane fateberis, ſi alibi apertius hanc rem tractantem Naz. ipſum legeris. is igitur in or. in dictum Euangel. p. 192. v. 34. declarãs πορνείαν καὶ μοιχείαν non ſolum peccatum illud dici, quod ad corpus attinet, verumetiam quodcunq; pecces, & maxime præuaricationem in diuinum numen, duobus id ſacræ ſcripturæ teſtimoniis firmat, quorum vnum id ipſum eſt, de quo nunc agimus. quod quidem cum ita poſuiſſet, ἐπόρνευσαν φησὶν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, ſubiungit, ὁρᾷς καὶ πρᾶξιν πορνείας ἀναίσχυντον; viden etiam operationem impudentem fornicationis eſſe? alterum huiuſmodi, καὶ ἐμοιχῶντο φησὶν ἐν τῷ ξύλῳ. quod videtur ſumpſiſſe ex Hier. 3. vbi legitur, καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον, & mœchata eſt cum ligno & lapide: quemadmodum enim dicitur μοιχεύειν τὴν γυναῖκα, ita metaphoricè dictum puto μοιχεύειν τὸ ξύλον. quod ipſum Naz. elocutione aliquantum immutata dixit, καὶ ἐμοιχῶντο ἐν τῷ ξύλῳ. & quidem B. etiam Hieronymus, quamuis in Hier. habeat, & mœchata eſt cum lapide & ligno, tamen in Oſee 4. vbi hoc Hier. dictum citat, eodem planè modo illud ponit, quo hîc Naz. inquiens, fornicationem autem idolatriam nominat, iuxta illud, quod in Hier. legimus, & mœchabatur in ligno & lapide. Sed vt ad rem redeam, Prophetæ verba cum protuliſſet Naz. ſubiicit, ὁρᾷς καὶ θρησκείαν τινὰ μοιχαλίδα; viden & ſuperſtitionem quandam mœcham? voluit igitur hoc quidem Hieremiæ teſtimonio oſtendere, mœchiam ſiue fornicationem dici etiam de quadam ſuperſtitione

ſtitione

ſtitione ad idololatriã tendente (cui etiam S. Auguſtin. adſcribit his verbis, idolatria, & quælibet noxia ſuperſtitio fornicatio eſt) illo vero Dauidis de impudenti in Deum operatione, quod quidem cum eo, quod hic dixit, καὶ πορνεύοντες ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἡμῶν οὐκ αἰσχυνόμεθα *planè conuenit.*

163 Moabitę vero & Ammonitę, quibus &c.] *quia iſti populi impij ſemper atq; Iſraëlitis infẽſi fuerũt, idcirco impios ſui tẽporis, & Chriſtianis infeſtos homines per eos deſignat Naz. quod autẽ prohibiti illi quidẽ fuerint intrare Eccleſiam Domini, legitur Deut. 23.*

164 Aperuimus omnibus non portas iuſtitiæ] *alludit ad illud Pſal. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ, intelligens quemadmodum & Theodoretus eo in loco exponit, non templi ianuas, ſed animi virtutes, quibus ſolis Deus digne laudari poteſt.*

165 Sub lingua eius laborem verſans & dolorem, aut venenum aſpidum] *priora quidem verba ſunt Pſal. 9. quibus tamen, vt orationem apte contexeret, addidit de ſuo illud verſans. poſteriora verò putarim Naz. ex Pſal. 139. ſumpſiſſe potius, quàm ex 13: quamuis enim hodie ibi etiam in Latinis quidem codicibus legantur, tamen in Hebraicis & in Græcis deſiderantur vnà cum aliis tum præcedentibus, tum ſubſequentibus, quæ tribus illis verſiculis continentur, eo ordine quo leguntur in 3. cap. ep. ad Rom. vnde fortaſſe ab aliquo illuc tranſlata ſunt, qui videret ab Apoſtolo ſimul deinceps citari poſt præcedentia illius 13. Pſal. verba, nec animaduerteret fieri potuiſſe, vt is illa ex pluribus aliis Pſalmis, & ex Eſ. 59. collecta ſimul contexiſſet. vel certe dicendum erit, eo tempore etiam in 13. Pſal. tres illos verſiculos extitiſſe in Græcis codicibus, præſertim*

cum

cum affirment quidam, illos omnino legi in 13. Pſal. in vtraque Arabica interpretatione, Syra videlicet atque Aegyptia, quas non dubitant ex Græco ſumptas eſſe. His ſcriptis, ſtatui hac vna de cauſa in Vaticanam bibliothecam me conferre, vt viderem, an codex ille vetuſtiſsimus Græce tenuiſsima in membrana litteris maiuſculis deſcriptus ferè totus, tres illos verſus in tertiodecimo Pſalmo haberet. vidi, reperi, gauiſus ſum, & in poſteriore opinione confirmatus, quòd videlicet Apoſtolus eos tanquam ex contextu vnius Pſalmi referat, quòd eoſdem in Græcis exemplaribus ibi ſimul legiſſet. Is certe, quem dixi, codex probatiſsimus illos ibi eodem plane modo atq; ordine ponit, quo leguntur apud eum in ep. ad Rom. atque etiam in Pſal. 13. in Latinis codicibus omnibus ſecundum vulgatam editionē, qua cum exemplar illud Vat. bibliothecæ plerunque conuenire, video non ſine magno animi mei gaudio.

166 Vt erant ab initio cum &c.] *licet mirari, quanta euidentia, quantaq; elegantia ſub aſpectum ſubiiciat, ſui ne dicam an noſtri temporis confuſionem ac perturbationem? tribus deinceps propoſitis ſimilitudinibus, quarum vna ſumpta eſt ex primo rerum ſtatu, qui initio Gen. deſcribitur, cum erant cuncta ordinis, formaq; expertia antequàm ſummi illius fabricatoris opera ex inordinato in ordinē, & ex informi ad formam adducerentur; altera ex prælio, quod nocte, & (vt decimi Pſalmi verbo vtar)* ἐν σκοτομήνῃ, *quaſi dicas obſcurilunio committatur; tertia ex nauali pugna. qua eadem prorſus Magnus etiam Baſilius, vt erant ambo omnibus in rebus ſimillimi ac penè vnanimes, vſus eſt in diuina illa ſua de Spiritu ſancto lucubratione c.30. latius tamē ac dilucidius, vt ſolet oīa, expoſita atq. explicata.*

167 Bellum enim honeſtum pace, quæ à Deo ſeparet, melius eſt.] *hoc ipſum cùm probe ſciret gentium Doctor, non dixit Rom. 12. abſolute cum omnibus hominibus pacem habentes, ſed cum adiunctione, ſi fieri poteſt, quod in vobis eſt. idem vero Naz. in or. de pace. 1. p. 116. v. 11. dixit his verbis,* κρείσσων γὰρ ἐμπαθοῦς ὁμονοίας ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας διάστασις, *melius enim eſt indulgenti concordia diſſidiũ pro pietate. id autem ita eſſe, probat ex eo, quòd, cum pro pietate ſit pugnandum, ſoleat ſanctus ſpiritus, manſuetos quoq; homines, & pacis ceteroqui ſtudioſos, ad pugnam armare, vtpote qui poſſint, huiuſmodi bellum recte gerere. idem etiam apertius in eadem or. de pace paulo pòſt dixit his verbis, etenim is etiam, qui ceteris in rebus leniſſimus ſit, in hoc eſt feruentiſſimus, & manſuetus verè ſit pugnator, cum viderit, ſe nimia patientia Dei iacturam facere, vel potius ſuo caſu detrimento afficere Deum, qui nos & ſuas diuitias putat, & diuites facit. Vtrobique autem recordatus eſt, opinor, Ioëlis Propheta, lenes quoque homines ac manſuetos ad arma Spiritus ſancti nomine vocantis: cap. enim 3. vbi Latine habemus, ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, Græcè legitur,* ὁ πραῢς ἔστω μαχητὴς, *manſuetus qui eſt, fiat pugnator.*

168 Fabricant autem ſuper dorſum noſtrum peccatores] *verba ſunt Pſal. 128. quibus tamen vtitur Naz. non ad oſtendendam preſſuram, quam pij ab impiis iniuſte paterẽtur, quod erat Dauidi propoſitum, demonſtrare, ſed vexationem, quam Chriſtiani merito ſuo à Gentilibus ſuſtinebant.*

169 Facti ſumus ſpectaculum commune] κοινὸν, *vt habent probatiores manuſcripti codices, legendũ eſſe, non* καινὸν, *ſatis eſt manifeſtum, cum ex duobus,*

quos

quos tangit, S. Pauli locis, quorum prior eſt 1. Co. 4. poſterior Epheſ. 6. tum ex his, quæ mox ipſe Naz. ſubiungit.

170 Hæc efficiunt hi, qui pro eo, qui &c.] *Vſque eo verum eſt, quod optimus ille, & pene dicam ſanctiſsimus Poëta dicebat, πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί, vt in his etiam, quæ Dei ſtudio fiũt, modus quidam ſit adhibendus. Hæc autem dum dicit Naz. carpit eos, opinor, qui nimium quendam erga Deum Zelum præ ſe ferentes, non ſolum de minutis quibuſdam dogmatibus, ac nullius momenti, verum etiam de ipſis nominibus ad eundem ſenſum ducentibus inter ſe contenderent. quod pluribus etiam dolet & conqueritur in orat. in S. Athanaſium p. 107. v. 22.* Phocylides.

171 Eum ipſum propemodum aperte clamantem audiamus quotidie] *per ſe ipſum enim ferme dicit Chriſtus Ieſus, quæcunque per ſuos vel Prophetas vel Apoſtolos dicenda curat, ſicut certe curauit hoc, quod hìc affertur, teſtimonium primùm per Eſa. proferendum, deinde per Apoſtolum: qui quidem illud non tantum alludendo, vt quidam voluerunt, ſed citando, vt ipſe oſtendit addens ſicut ſcriptum eſt, ponit in epiſt. ad Rom. 2. eiſdem fere verbis, quibus Græcè legitur in Eſa. 52. neque verò non etiam Ezech. 36. ſimile quid Iſraëlitis Dei nomine exprobrat dicens, nomen ſanctum meũ polluiſtis in gentibus.*

172 Eam, quæ nunc in Eccleſias irrumpit, belluam, et maligni complementum] *Iulianum illum Apoſtatam Chriſtianis infeſtiſsimum circunſcribit. quem etiam duabus acerrimis quaſi Philippicis perpetua ignominia notatum reliquit. eum autem nuncupat τοῦ πονηροῦ τὸ πλήρωμα, maligni complementum, quaſi dicas com-*

 cas com-

cas completum quoddam & omnibus partibus abſolutum Dæmonis figmentum, quòd ſcilicet omnem ille perennis humani generis hoſtis vim ſuam atq; artem in eum formandum, & omni aſtutiæ & nequitiæ genere imbuendum contuliſſet. ita, vt dici quodammodo poſſet,
Coloſſ. 2. *in ipſo inhabitare omnem plenitudinem, ſiue complementum,* πλήρωμα, *non diuinitatis, ſed malignitatis. ſic eundẽ in or. ad Patrem p. 72. v. 21. vocat* πρῶτον κακὸν, *ſummum malum, & in Athan. p. 106. v. 29.* τὴν κακίαν ὁμότιμον τῷ φθόνῳ *malitia æqualem Diabolo:* τὸν φθόνον *enim illic vocat Diabolum, vtpote inuidiæ parentem,* τ̃ γεννήτορα τῷ τοῦ γεννηθέντος ὀνόματι. *Sic etiam in or. ad Heronem p. 159. v. 28. vocat Arium* τὸ πλήρωμα τ̃ ἀσεβείας, *complementum impietatis, quòd ſcilicet omnes impietatis partes in eo eſſent completæ; ſiquidem*
Rom. 13. *etiam Apoſtolus eam ob cauſam videtur appellaſſe dilectionem plenitudinem ſeu complementum* πλήρωμα *legis, quòd in dilectionis præcepto cuncta alia, quemadmodum ipſe paulo ante dixerat,* ἀνακεφαλαιοῦται, *ſummatim comprehenduntur.*

173 Qua armatura aduerſus maligni inſidias armabor?] *nulla certè alia, quàm ea, quam S. Paulus Epheſ. 6. quem locum ſine dubio reſpexit Naz. nobis monſtrauit, intelligens & ipſe in primis, non tam externum mortalium hominum bellum metuendũ eſſe, quàm internos fraudulentoſq; ſpiritualium illarum poteſtatum conatus. contra hos igitur nos armans fortiſſimus, peritiſſimuſq; athleta, dicebat, induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli.*

174 Quis clamabit, parce Domine populo tuo &c.] *locus eſt Ioëlis cap. 2. totidem hûc verbis tranſlatus. quare cum aliorum omnium, quorum vel ante au-*

xilium quodammodo implorauit, vel mox implorabit, nomina protulerit, miror, cur huius ſolius reticuerit; ita vt veniat mihi in mentem ſuſpicari, librariorum id culpa accidiſſe, atq; ita ſcriptum reliquiſſe Naz. τίς βοήσεται ἰωὴλ, φεῖσαι *&c. quis clamabit Ioël, parce &c. Sed ſola coniectura, quantumuis certa, ductus, nec vlla alicuius exemplaris auctoritate nixus, nihil vſquam ſum auſus aut addere, aut demere, aut immutare. Satis habui ſuſpicionem tibi meam indicaſſe, integrum cuiuſq; iudicio relinquens, eam vel probare, vel improbare.*

175 Vt non ſimus amplius pro vno Iſraële & Iuda & Iſraël] *Iſraëliticum regnum poſt regis Salomonis mortem, vt legitur 3. Reg. 12. in duas partes ſciſſum eſt, quarum vni Roboam Salomonis filius, alteri Hieroboam filius Nabath Salomonis ſeruus imperauit, atq; ita pro vno rege duo reges, pro vno populo duo populi facti ſunt: qui enim antea cunctus Iſraël vocabatur, poſtea diuiſus eſt in Iſraël, id eſt in decẽ tribus, quæ Hieroboam imperium ſunt ſequutæ, & in Iudam, hoc eſt, in reliquas duas tribus, quæ ſub Roboam imperio remanſerunt. atq; huius quidẽ vrbs fuit Hieruſalem, illius verò Metropolis Samaria. vnde etiam myſtice, vt ait B. Hieron. in Mich. 1. Samaria ſemper in hæreſibus accipitur, Hieruſalem in Eccleſia. Patet igitur, cur Naz. ſui temporis diſcordiam conquerens, & expetens concordiam, quod & duobus alus in locis ſimiliter facit, in or. de pace. 1. p. 115. v. 9. & in or. de recto ordine p. 150. v. 4. dixerit, vt non ſimus amplius pro vno Iſraële & Iuda, & Iſraël, nec amplius Roboam & Hieroboam, nec Hieruſalem & Samaria. quod autem ſequitur, quæ ſeparatim propter peccata tradita ſunt, ac ſeparatim deploratæ, idcirco additum exiſtimarim, quia non vno, eo-*

demq́ tempore in ſeruitutem ambæ traditæ ſunt hoſtibus, ſed primum capta eſt Samaria, poſtea Hieruſalem, ideoq́ etiam non ſimul, ſed ſeparatim à ſanctis Prophetis ſunt deploratæ.

176 Terga dedi operiens faciem confuſione & ſolus ſedere &c.] *Vide, quæſo, quàm paucis verſibus quaſi pulcherrimum quendam centonem ex multis ac diuerſis ſacræ ſcripturæ locis aptiſſime conſuerit. quæ ſingula tuo potius, cariſſime lector, quàm meo labori parcẽs, non grauabor demonſtrare. Cum igitur, inquit, operiens faciem confuſione, reſpexit illa verba Pſal. 68. operuit confuſio faciẽ meam. cum, & ſolus ſedere, quoniam amaritudine repletus ſum, illa Hier. 15. ſolus ſedebam, quoniam amaritudine repletus ſum (ita enim habent 70. quamuis B. Hieron. ex Hebræo verterit repleſti me) cum, & tacere, illa rurſus Hier. Thren. 3. & tacebit. cum, tempus peſſimum eſſe, illa Mich. 2. tempus peſſimum eſt. cum, recalcitraſſe dilectos, illa Deut. 32. ſecundum 70. recalcitrauit dilectus. cum, factos nos eſſe filios deſertores, illa Eſa. 30. Væ filij deſertores. cum vitem veram, totam fructiferam, illa Hier. 2. ſecundũ 70. ego autem plantaui te vitem fructiferam, totam veram: malo enim vitem, quàm vineam dicere, quia & vocabulum Hebraicum, vt ibi notat S. Hieron. ſignificat genus vitis optimæ, & ἄμπελος apud Græcos pro vite potius, quàm pro vinea ponitur. & quidem in hanc ſententiam accepiſſe eam Naz. patet etiam ex alio loco or. 28. p. 180. v. 40. vbi hæc verba leguntur, ἡ μικρὰ παραφυὰς ἐκείνη, ἄμπελος εὐκληματοῦσα γίνεται, paruus ille ſurculus vitis fit pulchros emittens palmites. Quod autem ad conſtructionem pertinet (vt ne id quidem prætermittamus) ita conſtruendũ puto, vt poſtquam dixiſ-*

ſet, fa-

ſet, factos nos eſſe filios deſertores, ſtatim ſubiungat appoſitiue quodammodo, vitem &c. ſic enim omnia belle conſtabunt. quod quidam minus aduertentes, exiſtimarunt, ſententiam huius loci mancam eſſe, & addiderunt, nullo ipſis ſuffragante codice, verba illa, in amaritudinem verſa eſt. Sed ita, vt dixi, accipiendum eſſe, etiam illud argumento eſt, quòd voci illi ἄμπελος *& articulum* ἡ *præmiſit, nec appoſuit* τὸ ὅτι, *quemadmodũ fecit tum præcedentibus, tum ſubſequenti membro, quæ quidem ſeparatim accipi voluit: Iam vero cum dixit, Diadema ſpeciei meæ, coniecerim, eius memoriæ occurriſſe verba illa Sap. 5. accipient regnum decoris & diadema ſpeciei. cum, ſignaculum meæ gloriæ, illa fortaſſe 1. Cor. 9. ſignaculum Apoſtolatus mei, ſimul & illa 1. Theſſ. 2. vos enim eſtis gloria noſtra. cum deniq; coronam gloriationis, illa 1. Theſſ. 2. quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium aut corona gloriæ? quamuis enim corona gloriæ habeat ibi Latina verſio, tamen Græca verba eadem plane ſunt cum his, quæ hîc à Naz. ponuntur,* ςέφανος καυχήσεως. καύχησις *autem gloriationem magis proprie ſignificare, quàm gloriam, quomodo etiã alibi ſæpius vertit Latinus interpres, nemo eſt, qui neſciat. nobis certè hîc, cum præcederet illud, ſignaculum meæ gloriæ, gloriatione neceſſario propè vtendum fuit.*

177 Quòd ſi quis magno in his animo eſt atque præſtanti &c.] *cum quadam ironia ac propemodum indignatione tota hæc clauſula proferenda videtur: innuit enim, neminem omnino debere tam audacem eſſe, qui confidat, poſſe ſe tot, tantaſq; difficultates ſuperare, & tam graui oppugnationi reſiſtere.*

178 Nec dum dico de eo, quod intus &c.] *Tres eſſe capitales hominum hoſtes, mundum videlicet,*

diabolum, atq; carnem, & pij doctores paſſim tradunt, & quiſq; in ſe ipſo quotidie, opinor, experitur. cum igitur Naz. de vno, atq; altero non pauca diſſeruiſſet, conſentaneum erat, vt de tertio quoq; aliquid diceret.

179 A corpore humilitatis] *Sequutus S. Paulũ ad Philip. 3. recte viliſſimum hoc noſtrum atq; abiectiſſimum corpus, humilitatis corpus appellat ob innumerabiles ſcilicet miſerias & ærumnas, in quas noſtra culpa (noſtra enim fuit propagatione, non imitatione transfuſa, primi parentis culpa) poſt lapſum incidimus.*

180 A' lutoque fecis, in quo ſumus infixi] *recordatus eſt Dauidis, canentis Pſal. 39. Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis: itemq; Pſal. 68. conquerentis, infixus ſum in limo, ſiue mauis, fece profundi. ac rurſus paulo poſt precantis, eripe me de luto, vt non infigar.*

181 A' lege peccati repugnante legi ſpiritus] *agnoſcit vnà cum S. Paulo ad Rom. 7. acre illud bellum & periculoſiſſimũ, quod quidem caro cum ſpiritu continenter gerit:* Gal. 5. *caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Peccatum autem, hoc eſt carnalis concupiſcentia, quæ ex peccato ortum ducit, & ad peccatum incitat, lex ideo dicitur, quòd tantam habeat vim, vt eius imperio pleriq; non ſecus, ac certæ cuidam legi, obtemperent.*

182 Deprimentem materiam ſuperare] *corpus* Sap. 9. *enim, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

183 Mediatoris Dei & hominum functionẽ] *hoc vocabulum mediator maxime eſt Theologis vſitatum. quod autem ad ipſam ſacram ſcripturam pertinet, in veteri quidem teſtamento ſemel tantum, quod ſciã, reperitur,*

reperitur, idq; in Latina verſione ſolùm, Iud. 11. Dominus, qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt; vbi interpres pro eodem fere, atq; teſtis, eo vſus eſſe videtur. nam in Hebræo, vt mihi reſpõdit vir illius linguæ peritus Antonius Agellus clericus regularis, ita plane habetur, vt verterunt 70. κύριος ἔσται ὁ ἀκούων ἀνὰ μέσον ἡμῶν, Dominus erit audiens inter nos. quod idem eſſe videtur, ac ſi diceret, Deo teſte loquimur; quomodo dixit Apoſtolus ad Gal. 1. Ecce coram Deo, quia non mentior: futuro enim tempore pro præſenti & ipſi, Hebraiſmum imitati, vſi fuiſſe videntur. In nouo autem teſtamento quinq; in locis legitur, apud Apoſtolum Gal. 3. 1. Tim. 2. Hebr. 8. 9. & 12. quorum in primo ſi de Moyſe verbum illud prolatum accipiamus, vt accepit Hieronymus Seripandius Cardinalis, vir integerrimus, & Theologus noſtræ memoriæ doctiſſimus, dicemus, voluiſſe Apoſtolum ſignificare, Deum in danda lege Iudaico populo vſum eſſe Moyſe tanquam mediatore; quippe qui tempore etiam inter Dei promiſſionem & ſemen, cui erat exhibenda, ipſum videlicet Chriſtum, medius fuerit interiectus. cui quidem ſenſui apte quadrat illud Deut. 5. Dominus Deus noſter facie ad faciem loquutus eſt nobis de monte de medio ignis, ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos in tempore illo, vt annũciarem vobis verba eius. atq; ita in eandem fere ſententiam accipiendum videtur in tribus poſterioribus locis ep. ad Hebr. in quibus etiam fortaſſe alluſit Apoſtolus ad illud Deut. faciens Chriſtum mediatorem, ſed longe præſtantiorem Moyſe, quanto ſcilicet præſtantioris rei. ſi quidem ille veteris legis, timoris ac pœnæ; hic noui teſtamenti, amoris & gratiæ, mediator extitit: quia lex, dicebat is, qui recubuit Ioan. 1.
in cœna ſuper pectus Ieſu, per Moyſen data eſt, ſed gra-

tia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sin autem etiam in ep. ad Galatas voluerimus cum pleriſq; verbũ illud de ipſo Chriſto interpretari, ita vt oſtendat, eum tanquam Dominum, non tanquam ſeruum, vt Moyſes, veteris etiam legis ferendæ auctorem fuiſſe, mediatorem ea ratione Chriſtum appellaſſe dixerimus, qua omnino in ſecundo, qui reliquus eſt, loco 1. Tim. 2. appellauit, quòd ſcilicet pro totius humani generis ſalute apud Deũ Patrem interceſſerit, eius iram placando, noſq; omnes, niſi per nos ſteterit, in priſtinam amicitiã reſtituendo. Et quamuis hoc ſenſu dictio iſthæc accepta proprie Chriſto ſoli conueniat, quippe qui diuinam naturam humanæ coniunctam habuit. quod & S. Paulus expreßiſſe videtur, inquiens, vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus: & B. Auguſtin. contra Parmenianum l. 2. cap. 8. ac de Ciu. Dei l. 9. c. 15. pluribus declarat, tamen nihil prohibet, quominus reliquis etiam ſacerdotibus poßit quodammodo conuenire:
Hebr. 9. *vt enim verus ille & ſummus Pontifex per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptio-*
Hebr. 10. *ne inuenta; ſic omnis ſacerdos, illius perſonam ſuſtinens, præſto eſt quotidie miniſtrans, & incruentum illud ſacrificium ſæpè offerens. omnis namq; Pontifex ex ho-*
Hebr. 5. *minibus aſſumptus pro hominibus cõſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Hoc igitur ſpectans Naz. (vt ad rem proprius accedamus) & ſupra appellauit ſacerdotem* νυμφαγωγὸν τῶν ψυχῶν καὶ προμνήστρια, *& hic dixit eum* ἢ ψυχῶν προστασίαν δέξασθαι, ἢ μεσιτείαν θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. *quibus verbis ſatis aperte innuit ad illa, quæ iam attulimus. 1. Tim. 2. tametſi non* μεσίτης, *ſed* μεσιτεία *inde deducto vocabulo, quod & apud Greg. Nyſſenum memini me legiſſe*

in extre-

in extrema oratione περὶ τῆς ἁγίας τριάδος πρὸς ἀλλάξιον μονάζοντα, *vſus eſt. quo ſane intelligi voluit ipſam ſacerdotis actionem & functionem. quapropter etiam ſubdit, hoc enim fuerit fortaſſe ſacerdos, indicans videlicet, hoc eſſe præcipuum ſacerdotis munus, vt interpretem ſe ac mediatorem Dei & hominum præbeat. neq; verò non de ipſo etiam Chriſto verba faciens, eadem prorſus vſus eſt dictione. nam in or. de Fil. 2. p.117.v. 7. docens, quomodo Chriſtus dicatur ſemper viuens ad interpellandum pro nobis,* τῷ λόγῳ μεσιτείας, *inquit, ratione (vt ita dicam) mediationis, quòd ſcilicet nunquam deſiſtat interceſſoris ac mediatoris officio pro nobis apud Patrem fungi.*

184 Audio equidem &c.] ἀκούω μὲν. *In aliquibus ſcriptis codicibus ante hæc verba & poſt illa* τῆς προμηθείας *leguntur hæc,* φράσω δὴ πρὸς ὑμᾶς. *quæ quamuis ſenſum faciliorem reddant, quòd ſermo aliter* ἐλλειπτικὸς, *defectiuus videatur, tamen, quia talis dicendi modus, ſi rectè conſideres, non parum habet elegantiæ ac venuſtatis, illa ego nō curaui recipere, eò minus, quòd initio primæ or. de Theol. vbi eandem, quam hîc ſententiam, eiſdem fere verbis deſcribit, nuſquam ea quidem leguntur. Et verò arriſiſſe auctori huic noſtro hunc dicendi modum duo alij, qui nunc mihi occurrunt, loci ſatis probauerint: vnus eſt in hac ipſa or. p. 31. v. 36. vbi tamen in nonnullis codicibus librarij ante illud verbum* σκοπεῖν, ῥητέον, *ſed perperam, mea quidem ſententia, poſuerunt. alter in or. de amore erga pauperes p. 132. v. 48.* Non diſsimile eſt illud S. Pauli 1.Cor. 7. περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι: *videtur enim deeſſe verbum* λέγω, *vel* ἀποκρίνομαι, *vel aliquid huiuſmodi.*

185 Sep-

185 Septuaginta ſeniores ſenatus] τῆς γερουσίας, *quaſi dicas ſenatorij ordinis. eadem ſane vox legitur 2. Mach.11. & Act.5. eademq́ue vſus eſt Theodorus Gaza in vertendo pulcherrimo illo Cic. libello, de ſenectute qui inſcribitur: vbi enim latine nos legimus ſenatum, Græce ille vertit modo* τὴν γερουσίαν, *modo* τὴν σύγκλητον. *quorum tamen neutro vſus eſt Homerus, quãuis dũ frequens ponit hanc dictionem* γέροντας, *dumq́ue vinũ nominat* γερούσιον, *quòd ſcilicet in ſeniorũ, nempe honoratiorũ, conuiuio bibebatur, & epulum* γερούσιον, *quod huiuſcemodi ſenibus apponebatur, nõ obſcure videtur* τῆς γερουσίας *notionẽ indicare. & quidẽ, vt ait Euſtathius, ex illis ſeptẽ, quos* γέροντας ἀριστῆας παναχαιῶν, *id eſt optimates vocat Homerus, fluxiſſe videtur quæ poſtea apud Romanos dicta eſt* γερουσία. *atq́ue etiam ipſe Cic. niſi conſilium, inquit, ratio, ſententia eſſet in ſenibus, non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent ſenatum.* De ſenect.

186 Multitudini quidem litteræ tabulas &c.] *innuit tabulas illas vtriſq́ue accommodatas fuiſſe, tũ ſimplicioribus & carnalibus, tũ perfectioribus & ſpiritualibus, his quidem ea parte, quæ erat occultior, illis verò ea, quæ manifeſtior apparebat. quam etiam ob cauſam vtrinq́ue illas quidem ſcriptas fuiſſe dicit in or.2. de Theol. p.198. v.34. & in or.* περὶ φιλοπτ. *p.138. v.51. inquit,* οἷα τὰ πολλὰ τοῦ νομικοῦ βάθους καὶ τῆς διπλόης, *cuiuſmodi ſunt multa legalis profunditatis, ac duplicis ſenſus.*

187 Idque cum eorum impietatẽ minime probaſſet, ſed ſæpius increpaſſet] *diſcant hinc parẽtes, quanta cura debeant filios cuſtodire, quãtaq́ue ſeueritate in eoſdẽ delinquentes animaduertere: ſi enim Heli, quãuis non prætermiſiſſet filios peccantes increpare, tamen pœnas luit, quia eos non puniuit eiiciẽdo, quid de his patribus,*

tribus fiet, qui filiorum ſcelera fouent conniuendo?

188 Eam quidē ſeruaſſe, ipſum verò periiſſe] *terribile factū; ita vt videantur doctores non parū laboraſſe in inueſtigāda cauſa tā grauis ſupplicij, & alij aliā attulerint. Sed hæc, quā noſter innuit Theologus, omniū maxime probabilis videtur, quòd ſcilicet voluerit Deus hoc exēplo docere, quāta deberetur rebus diuinis reuerētia. quod quidē eo minus admirabile videri debet, quòd lex illa non, vt noſtra, amoris, ſed timoris lex erat.*

189 Symbolū, opinor, id quidem eius, quæ ad animā ſpectat integritatis] σύμβολον οἶμαι &c. *innuit Deum ideo præcepiſſe in ſacerdotibus atq; in victimis corporū maculas notari & animaduerti, vt vel id argumēto, indicioq; eſſet, quanta in eis eſſe debeat animæ integritas, ne is, quē crimen deprauat propriū, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum, inquit B. Greg. 1. p. paſt. curæ c. 11. vbi etiam illas corporis prauitates, quæ, Deo ad Moyſen loquente, prohibebātur in ſacerdotibus, ad animi deformitates transferēs, in earū allegoria explicanda pulchre, ſimul & pie verſatur.* Leuit. 21.

190 Neq; vnctionis oleum effingi] ἀπομιμεῖσθαι *Græcè legitur. quod quidem verbū ſignificat, rem aliquā ad alterius rei imitationem efficere. videtur itaq; reſpexiſſe verba illa Exod. 30.* καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ταύτην οὐ ποιήσετε ὑμῖν ἑαυτοῖς ὡσαύτως, *& ſecundum compoſitionem iſtam non facietis vobis ipſis ſimiliter.*

191 Ad quæ vni & ſemel in anno ſolū patebat aditus] *Naz. neq; hîc, neq; in or. de recto ordine, vbi p. 153. v. 20. eiuſdē rei mentionē facit, apponit illā particulam, cum ſanguine, vel non ſine ſanguine; quippe qui intelligebat, Pontificem nec cum ſanguine, nec ſine ſanguine vnquam ſolitum fuiſſe in ſancta ſanctorum ingredi, præterquàm ſemel vnoquoque anno, idq; certo*

tempore ac determinato, die ſcilicet expiationis, menſe ſeptimo, decima die menſis: id enim voluit Theologus, cum eo, quem diximus, loco addidit, καὶ ἦν ὅτε, τουτέστι κατὰ καιρόν. quo vſus eſt Io. 5. vbi de illa piſcinæ aqua, quæ ab Angelo Domini, certo quodā tempore deſcendente, mouebatur, verba faciens, inquit, ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν: itemq; S. Paul. ad Rom. 5. χριστὸς, ait, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. quod ipſum non multo ſecus in priore ad Tim. ep. c. 2. & 6. dixit καιροῖς ἰδίοις. neq; vero Apoſtolus ad Hebræos 9. idcirco particulam illam, non ſine ſanguine addidit, vt oſtenderet, eum ſine ſanguine ſæpius in anno conſueuiſſe id facere; ſed potius, vt exprimeret, eum, quoties illuc intraret, nunquam ſine ſanguine intraſſe, quem offerret pro ſua & populi ignorantia; itaq; verè Chriſti typum omni ex parte geſſiſſe, qui per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. quòd ſi nunquam ſine ſanguine eò intrabat, cum ſanguine autem ſemel tantum in anno, ſequitur vtiq;, vt omnino nunquam niſi ſemel quotannis intraret. Vt ſatis mirari non poſſim, qua ratione ducti nonnulli doctiſſimi viri ſenſerint, ſolitū fuiſſe Pontificem cum ſanguine quidem ſemel quotannis ſancta ſanctorum ingredi, cum incenſo verò ad adolendum bis ſingulis diebus. Sed putarim, iſtos ea re fortaſſe deceptos fuiſſe, quòd minus conſiderauerint, altare illud, ſuper quo iuſſus eſt Aaron & mane, & veſperi incenſum adolere, non intra, ſed extra ſancta ſanctorū fuiſſe, ſcilicet contra velum, quod ante arcam pendebat teſtimonij, diuidēs prius tabernaculū & poſterius, id eſt ſanctū, & ſancta ſanctorū. & quamuis iſtius etiam altaris cornua ſanguine aſpergeret Pontifex ſemel in anno, die videlicet expiationis, tamē id faciebat poſtquàm egreſ-

ſus erat

ſus erat ſancta ſanctorum hirco iam ibi & vitulo immolato atq; oblato. id ita eſſe ſi 30. cap. Exod. & 16. Leu. & 9. Hebr. accuratius perlegeris, per te ipſum facile cognoſces.

192 Magna hoſtia, magnus itidem ſacerdos] *tradidit enim, inquit Apoſtolus Eph. 5. ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, & Hebr. 4. habemus Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filium Dei.*

193 Qui non ante ſe ipſum Deo exhibuerit hoſtiam viuentem &c.] *id ſumpſit manifeſtè ex ep. ad Rom. 12. vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem &c. quamquam ordine aliquantum immutato illud* τῷ θεῷ, *quod S. Paulus attribuit adiectiuo* εὐάρεστον, *ipſe appoſuit verbo* παρέστησαι, *& adiectiuum* εὐάρεστον, *quod quidem Apoſtolus conſtruxit cum ſubſtantiuo* θυσίαν, *ipſe tranſtulit ad illud* τὴν λογικὴν λατρείαν. *quibus verbis intellexiſſe Naz. miniſterium & cultum, non corporalem, de quo ipſe dicebat Dominus,* Eſa. 1.
quis quæſiuit hæc de manibus veſtris? ſed ſpiritualem, in quo bene ſibi complacens Deus, inquit, ſacrificium laudis honorificabit me, Pſal. 49.
apertè oſtendit, dum mox ſubdit, nec immolauerit Deo ſacrificium laudis, & ſpiritum contribulatum. quæ verba partim ex 49. partim ex 50. Pſal. ſunt excerpta. neq; verò non alter etiam coapoſtolus eodem plane ſenſu dictione illa λογικὸν *vſus eſt, cum priore ſua in ep. cap. 2. dixit,* τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, *rationabile & ſine dolo lac concupiſcite. videtur autem ſanctiſſimi viri huiuſmodi cultum, ſiue ſacrificium* λογικὸν *appellaſſe ad differentiam illarum hoſtiarum, quæ rationis erant expertia.*

194 Exterius illi ſacrificium offerre, magnorũ myſte-

myſteriorum antitypum] *ſolẽne illud Miſſæ ſacrificium intelligit ſine dubio. quod quidem exterius, ſiue mauis externum, vocat ad differentiam eius, cuius proxime meminerat, interioris, ſpiritus inquam contribulati, cordis contriti, & humiliati. quemadmodum enim duplex ſacris in litteris deſcriptum reperitur ſacerdotiũ, vnum interius, alterum exterius, item duplex, vtrique reſpondens, ſacrificium ponamus neceſſe eſt. qua autem ratione magnorum illud myſteriorum antitypum dixerit, id vero, diuinæ adiuuante gratia, inueſtigandum propono. Ac primum dictionem hanc* ἀντίτυπον *non eo ſenſu hic accipi poſſe, vt repugnantiam quandam, ſeu renitentiam, aut contrarietatem ſignificet (vt certè accipienda eſt tum in or. in Nat. p. 230. v. 50. cum primi hominis, iam lapſi, carnem vocat* ἀντίτυπον *renitentem, ſiue reſiſtentem, nam etiam in extrema de Spiritu ſancto* τὸ ἀντίτυπον *repercuſſionem, ſeu reflexionem dixit, tũ in or. in Paſcha p. 258. v. 34. vbi ænei illius ſerpentis myſterium, ſecus atq; alij interpretans, inquit, pendêre illum quidem contra mordentes ſerpentes, non autem vt typus eius, qui nobis paſſus eſt, ſed vt* ἀντίτυπος, *id eſt* ἐναντιότυπος *contrarius typus) nemini dubium eſſe poteſt. hac igitur excluſa ſignificatione, reſtat, opinor, vt vel idem ſignificet, quod typus, ita vt* τὸ ἀντὶ περέλκῃ, *vacet; vel ita dixerim, correſpondentem aut æquiualentem typum, vt* τὸ ἀντὶ *notet quandam correſpondentiam aut æquiualentiam, vt in* ἀντίστροφος *apud Ariſtotelem in principio ſuæ Rhetorices, & in* ἀντίθεος *apud Homerum plerunq;, itemq; in* ἀντιφερίζειν, ὅ καὶ ἰσοφαρίζειν. *quòd priore quidem modo accipi debeat, videtur ſuadere alter eiuſdem Naz. locus in orat. ad ciues Naz. p. 130. v. 52. vbi idem attingens myſterium, inquit,*

quit, τοὺς τύπους τῆς ἐμῆς σωτηρίας, typos meæ ſalutis. quod verò poſteriore, ex pluribus conijcere quis poſsit fortaſſe vel ipſius, vel Apoſtolorum locis, in quibus dictio illa quandam ex aduerſo, vel ex æquo reſpondentem figurã videtur ſignificare. ea ego lectoris commoditati proſpiciens, fideliter hîc exſcribere, atq; interpretari, non graue ducam. primus ſit ex or. de Theol. 2. p. 206. v. 51. vbi docens tabernaculum illud Moyſis totius mundi figuram præ ſe tuliſſe, quòd ſcilicet exteriore quidem parte ſenſibilem hunc mundum, interiore autem intelligibilem referret, hæc verba ponit, τοῦ κόσμου παντὸς ἀντίτυπον τὴν μωσέως σκηνὴν οἶδεν ὁ λόγος, mundi vniuerſi antitypum Moſis tabernaculum nouit ſcriptura. alter ex or. de Theol. 2. p. 202. v. 37. vbi de Abraam verba faciens ad mactandum filium parato, ait, θύει θυσίαν ξένην καὶ τῆς μεγάλης ἀντίτυπον, ſacrificat ſacrificium inuſitatum, & magni illius antitypum. tertius ex orat. in ſanctum Paſcha. p. 252. v. 20. vbi luminum, quem proxime celebrauerant, feſtum diem vocat τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀντίτυπον, id eſt, vt ibi etiam interpres exponit, ἰσότυπον. Quartus ex ep. ad Hebr. 9. quo loco Apoſtolus materiale templum cum ſpirituali conferens, aiebat, οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, nõ enim in manufacta ſancta introiuit Chriſtus, antitypa verorum, ſed in ipſum cælum, ipſa nimirum manu facta ſancta antitypa dicit verorum, nempe cæleſtium. Quintus demum ex priori B. Petri ep. cap. 3. vbi quidem ille, comparans quodãmodo aquam illam, Noë arcam ſubleuantem, baptiſmati, animas noſtras in cælum euehenti, inquit, ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος, ᾧ ἀντίτυπον νῦν καὶ ἡμᾶς σώζει βάπτισμα (hanc enim ſequor probatiorum codicum

 lectionem)

lectionem) octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, cui antitypum nunc etiam nos ſaluos facit baptiſma; illius enim aquæ ratione, non alterius cuiuſpiam rei antitypū vocauit baptiſma. vides ergo hic Apoſtolorum principē nuncupaſſe baptiſma antitypum illius aquæ, tanquam exemplar, niſi me fallit, figuræ ex æquo reſpondens: neque enim profecto baptiſma aquæ illius figura eſt, ſed potius hoc ab illa figuratum fuit. & quod de lege veteri dicebat S. Paulus ad Hebr. 10. illa vmbram habebat futurorum bonorum, hoc ipſam habet imaginem rerum, id eſt ipſam veritatem, vt ibi exponit Chryſoſt. tantum abeſt vt dictiones iſtæ veritatē ſemper excludāt. Quid? nonne Chriſtus Ieſus, vnigenitus Patris Filius, & Phil. 2. forma, & Col. 1. imago, & Hebr. 1. figura Dei dicitur, quòd ſcilicet Patri ſit vſquequaq; ſimilis, illumq́;
Ioan. 14. ita repræſentet, vt (ſicut ipſe dicebat) qui videt eum, videt & Patrem? atq; etiam Nonnus ille in ſua verſione Euangelij Ioannis, ita vſus fuiſſe videtur hac voce ἀντίτυπον, vt quandam notet paritatem ſiue conformitatem, vt cum dicit, ἀντίτυπον μίμημα. Sed vt ad rem redeam, vtronam modo hoc in loco illa quidem accipiatur, nec lubet ſcrutari curioſius, nec multum referre puto, modò illud conſtet, ſiue typus, ſiue antitypum Sacramentum hoc dicatur, non ita dici, quaſi pura ſit figura, cuiuſmodi erant illa veteris legis Sacramenta. id igitur reliquum eſt diligenter etiam atque etiam conſiderare, quanam ratione antiqui Patres Græci Euchariſtiam interdum his nominauerint vocabulis, τύπον, ἀντίτυπον, σύμβολον. Dixerunt quidam, id eos feciſſe, Euchariſtiæ materiam nondum conſecratam conſiderantes. Sed mihi quidem hæc reſponſio non admodum probatur: vt enim demus, feciſſe id non nullos, huiuſmodi

nominibus pro ſimplici figura vſos, tamen videor ipſe mihi aduertiſſe, complures grauiſſimos ac ſanctiſſimos ſcriptores etiam poſt conſecrationem panem & vinum antitypa corporis & ſanguinis Christi nuncupaſſe. Primum igitur Nazianzenus noſter in laud. Gorgoniæ p. 56. v. 17. memorabile quoddam memorans ſororis facinus, inquit, τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς προσθεῖσα *&c. (breuitatis cauſa non omnia apponam verba)* εἴ πού τι τῶν ἀντιτύπων τοῦ τιμίου σώματος ἢ τοῦ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύρισεν, τοῦτο *&c. altari caput cum appoſuiſſet ſuum, ſicubi aliquid antityporum precioſi corporis, ac ſanguinis manus quaſi theſaurum recondidiſſet, id &c. Quis, amabo, de pane & vino non dum conſecrato hæc tali in re tanta veneratione protuliſſet? Deinde B. Clemens in conſt. Apoſt. lib. 5. cap. 14. hæc verba ponit,* παραδοὺς δὲ ἡμῖν τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ, καὶ αἵματος, Ἰούδα *&c. cum autem nobis antitypa myſteria precioſi corporis ſui, & ſanguinis tradidiſſet, Iuda &c. Quis dubitet Chriſtum Ieſum in extrema illa cæna panem & vinum iam conſecratum ſuis diſcipulis dediſſe? itemq; lib. 6. cap. 30.* καὶ τὸ ἀντίτυπον τοῦ βασιλείου σώματος χριστοῦ δεκτὴν εὐχαριστίαν προσφέρετε ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, *& antitypon regalis corporis Chriſti acceptabilem Euchariſtiam offerte in Eccleſiis veſtris, atq; in cœmeteriis. non conſecratam ſcilicet iubebit hoſtiam offerre in Eccleſiis. Ac rurſus l. 7. c. 25.* ἔτι εὐχαριστοῦμεν, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τοῦ τιμίου σώματος, οὗ καὶ ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦμεν, αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον, *præterea gratias agimus, pater noſter, pro precioſo ſanguine Ieſu Chriſti, pro nobis effuſi, & precioſo corpore, cu-*

ius & antitypa hæc perficimus,ipſo præcipiente nobis,vt annunciemus eius mortem. hæc ſane pani & vino ante conſecrationem conuenire, nemo ſanæ mentis dixerit. Accedat & Cyrillus Hieroſolym. Archiep. in extrema ſua myſtagogica Catecheſi fideles ſanctiſſimam Eucha-riſtiam à ſacerdote dudum conſecratam iam iam ac-cepturos hunc in modum admonens, dum auditis hor-tantem vos ad ſanctorum myſteriorum communionem,

Pſal. 33. *ac dicentem, guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Do-minus, nolite corporeo palato iudicandi poteſtatem per-mittere. nequaquam, ſed fidei minimè dubiæ: guſtantes enim non panis aut vini guſtum percipere iubentur, ſed antitypi corporis & ſanguinis Chriſti. Certe quod fide, non palato guſtatur, id pani & vino non ante conſecra-tionem, ſed poſt conſecrationem vtiq; ineſt. Sequitur altera opinio eorum, qui dicunt, corpus, & ſanguinem Chriſti, quæ in Eccleſiis à ſacerdotibus ſub ſpecie panis & vini offerũtur, eſſe antitypa eorum, quæ in cœlo ſunt, quæ ſcilicet abſq; ſpeciebus, ſigniſq; videntur, & nouo quodam modo, ac plane admirabili eduntur. ita, vt idẽ ſit dicere, antitypa corporis & ſanguinis, ac ſi dicas, cor-pus & ſanguis antitypa exiſtentia, futurorum ſcilicet, ipſius inquam Chriſti, qui in cælo apertè ſpectabitur. Quæ quidem quemadmodũ ſi per ſe conſiderentur, tan-quam recte & verè dicta probauerim, ſic in afferenda cauſa, cur antiqui patres Euchariſtiam appellauerint ἀντίτυπον corporis, & ſanguinis Chriſti, vereor, ne pa-rum opportune, atq; apte dicta ſint: mihi enim ſyncere Græcorum, quos dixi, patrum hac de re verba expendẽ-ti, nullo modo veriſimile ſit, id eos voluiſſe: neq; enim di-cunt ipſi profecto, corpus, & ſanguinem Chriſti eſſe an-titypa futurorum, ſed Euchariſtiam ſeu altaris Sacra-*

mentum

mentum, ſiue mauis panem & vinum, quæ in ſacrificio miſſæ offeruntur, eſſe antitypa corporis, & ſanguinis Chriſti; neq; verò vnquam, quod ſciam, Græci probati auctores hoc verbum ἀντίτυπα, hac de re loquentes, poſuerunt, quin ſimul appoſuerint, cuius illa quidem antitypa eſſent. & quidem quòd non ad futura, ſed ad præterita potius reſpectum habentes, antitypa illa vocauerint, cum ex aliis locis, diligenter ea, ac fideliter conſiderãti, patebit, tum præcipue ex duobus. quorũ vnus is eſt, cuius nos occaſione, nõ noſtris viribus, ſed Dei ope confiſi, hæc differenda ſuſcepimus. nam, cum dixit Theologus, miſſæ ſacrificium magnorum myſteriorum antitypum eſſe, non ea profectò, opinor, intellexit myſteria, quæ ſint futura, ſed potius quæ iam præterierint, nimirum paſſionis Chriſti ſaluatoris noſtri. vnde etiam eo, quem ſupra notauimus, loco, p.130.v.51. idem innuens ſacrificium, inquit, τοὺς τύποις τῆς ἐμῆς σωτηρίας, typos meæ ſalutis. quos eoſdem in or. περὶ φιλοπτ. vocat τὸ τῆς καινῆς σωτηρίας μυστήριον, nouæ ſalutis myſterium. alter locus eſt ille, quem non multo ante ex conſt. Apoſt. lib.7. cap.25. attulimus: ibi enim vir clemens, & pius cum dixiſſet, gratias agimus, pater noſter, pro precioſo ſanguine Ieſu Chriſti, pro nobis effuſi, & precioſo corpore, ſubdit, cuius & antitypa hæc perficimus. cuius quæſo, niſi eius, quod prædixerat, precioſi corporis, & precioſi ſanguinis Ieſu Chriſti, qui pro nobis in patibulo crucis tot iam annis elapſis profuſus eſt? Tertia eſt opinio, Sacramentum hoc figuram nonnunquam, ſignum & exemplar appellatum eſſe ratione ipſarum ſpecierum, quæ apparent, & ſub ſenſum cadunt, non eius, quod ſub ipſis continetur. quæ certè ſententia probata eſt. neq; tamen prætermittendum opinor, quin conſideremus, num rectè di-

ci poſſit, Græcos nonnullos probatæ fidei Patres ſanctiſſimam Euchariſtiã vocaſſe τύπον, *ſiue* ἀντίτυπον *vel* σύμβολον, *non ſolum illarum ſpecierum ratione, ſed eius etiã, quod ſub ipſis continetur; non ita quidem, vt intelligamus non eſſe ibi verum & reale Chriſti corpus & ſanguinem, abſit, in impiorum capita vertatur blaſphemia; ſed quia non eſt ibi per modum dimenſionis, ſed ſub ſpeciebus panis & vini, ita vt nequaquàm veritatem, ſed manifeſtationem excludamus. Nonne ſemel S. dicebat Auguſtin. immolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo, & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſollemnitates, ſed omni die populis immolatur? quod ita intelligendũ eſt, quia in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione ſuorum membrorum omnium verus Deus & verus homo ſemel tantum in cruce pependit, offerens patri ſe ipſum hoſtiam viuam & paſſibilem, mortalem, viuorum & mortuorum redemptionis efficacem. Ac rurſus paulo pòſt; ſecundum quendam modum Sacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, Sacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt. hunc quippe modum incredibilem planè & admirabilem diſcipulis in ſermone cum inieciſſet ſuis Chriſtus ipſe Dominus, multi ex eis audientes dixerunt, durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Durus eſt, ſed duris & carnalibus, lenibus autem ac ſpiritualibus ſane quàm leuis. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam, ſubiecit ſummus idem omnium Magiſter. id opinor illis occultè indicans, quod poſtea egregius Eccleſiæ doctor, tanquam illius hypodidaſcalus, apertè docuit his verbis, non hoc corpus quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illũ ſanguinem, quem fuſuri ſunt qui me crucifigent. ipſum quidẽm & nõ ipſum, vt videtur explicare is, qui Decreta in*

[Margin notes: Ep. 23. ad Bonif. — De Conſ. d. 2. c. ſemel immolatus. — Ioan. 6. — S. Auguſtin. in Pſal. 98. — De Conſ. d. 2. c. non hoc corpus.]

ta in volumen retulit, ipſum inuiſibiliter, & non ipſum viſibiliter, nam addit ſtatim Doctor ille ſanctiſsimus, S. Auguſtin. Sacramentum aliquod vobis commendaui, ſpiritualiter ibidem. intellectum viuificabit vos, & ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, oportet tamen inuiſibiliter intelligi. erit igitur hoc pacto verum ac reale Chriſti corpus in Sacramento exiſtens, ἀντίτυπον, vel σύμβολον eiuſdem corporis Chriſti, in cruce pro nobis oblati, in cuius rei commemorationem id fieri Dominus ipſe præcepit. quare cum amantiſsimus ſponſus dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ migraturus ad patrem ſacrificium incruentum, quotidie in altari per ſuos ſacerdotes offerendum, in cœna illa nouiſsima relinqueret, quo cruentū illud, ſemel per ſe ipſum in ara crucis peragendum, repræſentaretur, non incommodè mea quidē ſententia dicetur, ſanctiſsimum ipſius corpus, vt eſt in Sacramento latens, eſſe ἀντίτυπον eiuſdem vt erat in cruce patens. Hæc habui quæ grauiſsima hac de re afferrem, aliorum potius exquirens, quàm meum interponens iudicium; quod prorſus & Theologorum orthodoxorum ſententiæ ſubiicio, & vero imprimis ſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ auctoritati addictum eſſe quibuſcunque in rebus, plane volo.

195 In admirationem ſolum creatoris, & non in detrimentum creaturæ] τοῦ πλάσματος. ita prorſus legendum eſt: quemadmodum enim Eſa. 29. & S. Paulus ad Rom. 9. τῷ πλάσαντι τὸ πλάσμα oppoſuerunt, ita hic Naz. τῷ κτίσαντι. id autem ſubiunxit explicans, quid ſit, creaturas ſalutariter aſpicere, vt ſcilicet (quemadmodum & S. Auguſtin. in ſuis confeſſ. pie admodum exponit) ille ametur in eo, quod fecit, qui non amaretur, niſi per Spiritum ſanctum, quem dedit. quod contra faciunt plerique, multis enim, dicebat idem, Deum ipſum

appellans,tua creatura placet,quia bona eſt,quibus tamen non tu places in ea: vnde frui magis ipſa,quàm te volunt. qui autem & de ipſa laudare te norunt, Deus creator omnium,aſſumunt ea in hymno tuo, non abſumuntur ab ea in ſomno ſuo. vtinam igitur nos quoque vere poßimus cum eodem ſanctißimo viro ita effari,ego, Deus meus, & decus meum, etiam hîc dico tibi hymnũ & ſacrifico laudem ſanctificatori meo, quoniã pulchra traiecta per animam in manus artificioſas ab illa pulchritudine veniunt, quæ ſuper animam eſt, cui ſuſpirat anima mea die ac nocte.eadem de re licet non pauca legere apud Iſidorum de ſummo bono lib.1.cap.4.

196 Et adiuncta eſſet mihi auricula, quæ &c.] *Complura & hîc vna ferè periodo ſacræ ſcripturæ dicta aptißime contexens, pulcherrimum quendam (vt ita dicam) bibliocentonẽ conficit; in quo noſter certè Theologus longe aliis mea ſententia excellit. Ea autem ego tibi,pie lector, ordine quodammodo retexens, conabor, quantum per me fieri poterit, non ſolum demonſtrare, verum etiam, ſi vſus fuerit, explicare. Cum igitur inquit,* ὠτίον μὴ βαρέως ἀκούειν δυνάμενον, *auricula,quæ poſſet non grauatè audire, reſpexit fortaſſe ad illa* Eſ.9. *verba*, ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, *incraſſatum eſt enim cor populi iſtius,& auribus ſuis grauate audiuerunt. cum, inauris aurea Sardio precioſo alligata eſſet,ſapiens videlicet ſermo auri recte audienti, illa ſine dubio* Prou.25. εἰς ἐνώτιον χρυσοῦν σάρδιον πολυτελὲς δέδεται, λόγος σοφὸς εἰς εὐήκοον οὖς. *Cum os aperuiſſem & cetera,illud* Pſal.118. *Os meum aperui,& attraxi ſpiritum, itemq́; illud* Pſ. 80. *dilata os tuum, & implebo illud. Cum autem ait, labia ſenſu diuino, vt ſecundum ſapientiam loquar, ligata eſ-*

gata eſſent, quamuis huiuſmodi verba inuenire ego quidem nuſquam potuerim, tamen coniicio Theologum ea ex Salomonis libris decerpſiſſe: hũc enim ſolet non modo τὸ σοφὸν, *vt pleriq́;, ſed etiam* τὴν σοφίαν *appellare. id tibi demonſtrabunt apertiſsime duo ipſius loci. nam in or. de recto ordine p.154.v.25. inquit,* μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις, ἡ σοφία διακελεύεταί σοι. *& ſupra p.26.v.25. audiuimus eum, idem plane dictum cum citaſſet, ſubiungentem,* τοῦ αὐτοῦ σολομῶντος φωνή. *Putarim igitur verba illa* κατὰ τὴν σοφίαν εἰπεῖν, *poſſe nos hunc in modũ apertius interpretari, vt Sapientiæ, ſiue Sapientis, Salomonis videlicet, verbis vtar, ſi quidem etiam ep.64. ad Eudoxium eodẽ plane ſenſu dixiſſe videtur* καθ' ἐκεῖνον *(Platonem paulo ante nominauerat)* εἰπεῖν. *ex libris autem Salomonis coniecerim eum Prou. potius librum, quàm alium innuiſſe: hoc enim aureum opuſculum in laud. Gorgoniæ p.53.v.44. appellat* τὴν παιδαγωγικὴν σοφίαν. *nec immerito: ſi quidem, vt B. ſcribit Hieron. in Eccleſiaſten, in prouerbiis Salomon paruulum docet, & quaſi de officiis per ſententias erudit, vnde & ad filium eius ſermo crebro repetitur. atq́; etiam S. Baſilius initio ſuæ in principium Prou. homiliæ dicit, illum librum eſſe inſtitutionem morum & paſsionum correctionem, & omnino diſciplinam vitæ, crebra continentem rerum agendarum præcepta. Quod vero ſubdit Naz. addiderim, & in tempore ſoluta, hoc de ſuo, opinor, addit, docens nõ ita eſſe liganda labia, quin ſoluantur aliquando. quod & Pſalmiſta (vt B. aduertit Greg.) bene conſiderans* 3.p.paſt.cur. *dicit, pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium cir-* c.1.adm.15. *cumſtantiæ labiis meis: non enim poni ori ſuo parietem,* Pſal.140. *ſed oſtium petit, quod videlicet aperitur & clauditur: vnde & nobis cautè diſcendum eſt, quatenus os diſcre-*

te, & congruo tempore vox aperiat, & rurſum congruo
Eccl. 3. taciturnitas claudat: eſt enim tempus tacendi, & tempus
Eccl. 20. loquendi. eſt tacens, & non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti ſermonis. homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus. id quod Naz. non modo docuiſſe, verũ etiã præclare obſeruaſſe, patet ex pulcherrimo illo hymno, quem ſoluto ſilentio, quod ſibi per totũ Quadrageſimæ tempus ſeruandũ propoſuerat, die Paſchatis cecinit, atq; etiam ex principio illius oratiunculæ ad Patrem, quæ ſic incipit; τὸ στόμα μου ἤνοιξα, Os meũ aperui; vbi multa ad hanc rem pertinentia poteris per te ipſum non ſine fructu legere. Iam verò cum dicit, lingua vero repleta eſſet exultatione, vſq; ad illud verbum effuſi, ſex deinceps ſex Pſalmorum floſculos, quaſi ſedula quædã apis, curſim delibat, 127. 107. 136. 39. 17. & 72. Cum deinde adſcribit, priuſquam omnia membra facta eſſent arma iuſtitiæ, & exuiſſent omnem mortalitatem abſorptam à vita, priora quidem verba ſumpſit ex ep. ad Rom. 6. poſteriora vero ex 2. Cor. 5. Tum rurſus ad Pſal. 11. ac 17. rediens, inquit, quis non dum caſtis Dei eloquiis & igne examinatis. atq; inde actutum ad vltimum caput Lucæ tranſuolans, odorat fragrantia illa diſcipulorum verba, nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loquebatur nobis in via, & dum aperiret nobis ſcripturas? neq; his contentus, pergens ad eius, quam dudum dicebamus, παιδαγωγικῆς σοφίας, Prou. dico caput 22. deguſtat læto cordis palato tres illos ſuauiſſimos ſcripturæ ſenſus, litteralem inquam, moralem, ac ſpiritualem, ſiue mauis hiſtoricum, moralem, & anagogicũ. quos qui rectè percipit, is vere ſenſum Chriſti habet. quod ſibi beatiſſimus Paulus contigiſſe dicebat 1. Cor. 2. quippe qui abſconditos illos, de quibus ipſe ad Coloſſ. 2.

loqueba-

loquebatur, ſapientiæ & ſcientiæ, per ſe ipſos quidem Pſal. 17.
perlucidos, nobis autem lippientibus tenebricoſos (poſuit enim tenebras latibulum ſuum) theſauros ingreſſus, proprijs oculis vnà cum altero coapoſtolo ſuo, ſpeculatore Ieſu Chriſti magnitudinis, inſpexiſſet immenſas illas diuitias, quibus & locupletiſsimus factus eſt, &, quemadmodum etiam 2. Cor. 6. ferè gloriatur, multos locupletauit, ſpiritualibus ſpiritualia comparans, quod ſe facere dicebat ipſe 1. Cor. 2. qui enim ſpiritualibus tum veteris, tum noui teſtamenti ſenſibus abundat, is facile poteſt, alteros cum alteris conferendo, quemlibet, modo ne ſit animalis homo, locupletem reddere. 2. Pet. 1.

197 Voluptatem Domini &c.] *hæc eſt illa Dauidis precatio Pſal. 26. qui veris delicijs frui exoptans, ea contemplando, quibus ipſe Dominus delectatur, aiebat, Vnam petij à Domino &c. vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. nam quòd voluntatem Latine nunc legimus, id librariorum errore ob litterarum propinquitatem accidiſſe ſuſpicor, approbantibus omnibus tum Græcis, tum Hebraicis codicibus, atq; etiã Chaldæa (vt aiunt) paraphraſi. huic autem Dauidis loco, arrepta occaſione illius verbi templum, concinne admodum annectit duos S. Pauli 2. Cor. 6. & Eph. 2. dicens, vel potius templum factus ſit Dei viui, & viuum habitaculum Dei in ſpiritu: ita enim prorſus diſtinguẽdum eſſe, nec conſtruendum illud participiũ* ζῶν *cum eo, quod ſequitur, ſubſtantiuo nomine,* κατοικητήριον, *vt quidam fecerunt, volo ipſe tibi Naz. declaret ſemel atque iterum. primum quidem in or. de Theol. 1. p. 142. v. 35. deinde vero in or. ad Arianos p. 169. v. 24. his enim duobus in locis (vt poteris per te ipſum videre) idẽ, quod hîc totidem ferè verbis dicit, dempta omni ambiguitate,*

guitate, quam hîc parit dictio illa κατοικητήριον. *quam quidem nunc per appoſitionem quodam modo ſtatim ſine coniunctione ſubiunxit (magis enim hanc, quàm illorum codicum lectionem probo, qui* τὸ καὶ *etiam ante* κατοικητήριον *habent) declarans opinor, quid ſit templum viuum Dei viui fieri, eſſe nimirum habitaculum Dei nō*
1.Pet.2. *materiale, ſed ſpirituale: ad Chriſtum enim accedentes lapidem viuum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamur, domus ſpiritualis.*

198 Figurarum, ac veritatis affinitatem, diſcrimenque cognorit] *vetus enim ac nouum teſtamentum, quorum vtrorumque vnus & idem verus Deus auctor extitit, nullo modo inter ſe ſunt contraria, ſed affinia admodum, tametſi pro temporum atque hominum diuerſitate (vt S. docet Auguſtin. de vera relig. cap. 17. & Iſidorus de ſummo bono l. 1. c. 22.) diuerſa illa quidem eſſe, maxime fuerit conſentaneum: imperfectioribus enim imperfectiora, perfectioribus perfectiora mandanda erant. illius ergo figurarum, & huius veritatis tum affinitatem, tum diuerſitatē agnoſcere, multi refert, vt (quod monet S. Paulus Rom. 7.) ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ, & pure tranſeamus ad gratiam à lege ſpiritualiter impleta (ſci-*
Rom. 10. *mus enim, quia lex ſpiritualis eſt, nempe cuius finis eſt*
2.Cor.3. *Chriſtus) in euacuatione litteræ: littera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.*

199 Tum altiores, ac primas, tum &c.] *altiores quidem ac primas Chriſti appellationes dicit, quæ ad eius diuinitatem ſpectant, humiliores vero & poſtremas, quæ ad humanitatem, nouiſſime carne pro nobis aſſumpta: quæ enim de Chriſto dicuntur, quædam ei vt Deo, quædam vt homini, quædam vt Deo ſimul & homini con-*

mini conueniunt. harum autē ſingularū ferè appellationū rationē, ne fruſtra ego hîc eas afferendo tempus conterā, poteris per te ipſum commodius legere apud eundē Naz. in or. de Fil. 2. p. 218. v. 31. neq; verò neceſſe habebo, quo quæq; illarum loco in ſacra ſcriptura reperiatur, demonſtrare. ſunt enim pleræque per totam apertè diſperſæ. ſed ſatis fuerit, ad occultiores tantum & rariores digitum intendere. Quòd igitur inquit, τῆς ἀτμίδος, τῆς ἀπορροίας, τοῦ ἀπαυγάσματος, *vaporis, emanationis, candoris, ſumpſit ex 7. Sap. cap. ibi enim ſcriptura de Chriſto ſub nomine Sapientiæ verba faciens, ait, attingit autem vbiq; propter ſuam mundiciam: vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit: candor eſt enim lucis æternæ. maluit autem (vt S. animaduertit Auguſtin.) dicere candor lucis, quàm lux lucis, ne obſcurior putaretur illa, quæ manat, quàm illa, de qua manat. & quidem ex tribus illis Græcis dictionibus duæ priores nuſquam alibi, quātum memini, hoc ſenſu reperiūtur, poſterior altero tantum in loco ab Apoſtolo illinc forte tranſlata, Hebr. 1. vbi enim habet vulgata editio, qui cum ſit ſplendor gloriæ, Græce legitur* ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. *ſplendorem autem ſeu candorem nominauit Apoſtolus Dei filium, vt intelligamus (quemadmodum idem S. docet Auguſtin.) quòd ſicut ſplendor ex ſubſtantia ſolis naſcitur, ita & filius ex ſubſtantia patris eſt genitus; & ſicut non eſt ſol aut ignis prior ſplendore ſuo, licet ex illo naſcatur; ſic agnoſcamus, non eſſe patrem filio priorem, aut filium patre poſteriorem. Iam vero quod non multo poſt addit, primogeniti ante creaturam, leguntur & hæc ſub nomine ſapientiæ verba Eccleſ. 24. Ego ex ore altiſſimi pro-*

De Trin. lib. 4. cap. 40.

ſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam; quæ tamen verba in Græcis exemplaribus deſiderantur: & quidem S. Paulus Coloſſ.1. quamuis dixiſſet primum, primogenitus omnis creaturæ, tamen paulo poſt ſubiunxit, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, creaturas ſcilicet. putarim itaq; hunc locũ potius, quàm illum reſpicientem Naz. dixiſſe, primogeniti ante creaturam, vt exponeret, quod & alij Græci expoſitores ibi fecerunt; quo ſenſu S. Pauli dictum accipiendum ſit, omnemq; prorſus erroris occaſionem auferret: conceſſiſſent enim fortaſſe Pauli illius Samoſatei ſectatores, eſſe Chriſtum aliquo pacto ceterarum creaturarum primogenitum. at nos ab omni plane creatione Dei filium eximentes, aperte eum fateamur ante omnem creaturam, ante omnia ſecula vnigenitum eſſe, patri conſubſtantialem. quod autem ſequitur, primogeniti ex mortuis, duobus ſcripturæ in locis ita plane legitur, Apoc.1. & Coloſſ.1. qui eſt principium, primogenitus ex mortuis. vbi tamẽ nonnulli codices loco ἀρχὴ habent ἀπαρχὴ primitiæ. quomodo etiam S. Ioan. Chryſoſt. & legiſſe, & interpretatus fuiſſe videtur. & quidẽ confirmari poteſt hæc lectio ex illo altero Apoſtoli loco 1. Cor.15. nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. atq; etiam Naz. initio ſuæ in ſanctum baptiſma orationis declarãs, qua ratione Chriſtus tertiam illam generationem ſiue regenerationem, reſurrectionem dico ex mortuis, ex ſe ipſo honorauerit, ad illud S. Pauli nomẽ ἀπαρχὴν alluſiſſe videtur, vſus verbo, vnde id quidem deductum eſt, ἀπάρχεσθαι: inquit enim, τὴν δὲ τῇ ἀναστάσει, ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο, ὡς ἐγένετο πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γενέσθαι καταξιώσας, *hac vero reſurrectione, de*

qua ipſe

qua ipſe primus delibauit, quemadmodũ factus eſt primogenitus in multis fratribus, ſic & primogenitus ex mortuis fieri dignum exiſtimans. vt (quod ibidem dicebat S. Paulus) ſit in omnibus ipſe primatum tenens. Verùm quòd poſtremo addit Naz. *reſurrectionis,* τ̃ ἀναϛάσεως, *non ſic velim accipias, vt cum ſuperioribus conſtruas, dicens primogeniti reſurrectionis ex mortuis; ſed diſtinguẽdum omnino eſt poſt illud verbum* νεκρῶν, *tum alterum, quod ſequitur, per ſe ſumendum, tanquam aliam & ipſam* Chriſti *peculiarem appellationem: ipſe enim de ſe ipſo dixit Ioan. 11. ego ſum reſurrectio & vita.*

200 Loqui Dei ſapientiã in myſterio, quæ abſcondita eſt] *verba ſunt Apoſtoli 1. Cor. 2. Quoniam vero huiuſmodi ſapientiam loqui, his tantum conuenit, qui iam perfecti ſint & ſolido alantur cibo, ſubiungit, ſed adhuc paruulus ſit, adhuc lacte nutriatur. quod S. Paulus vitio vertebat Hebræis cap. 5. cum autem addit, adhuc de iis ſit, qui non numerantur in Iſraël, neq; in Dei aciem ſunt adſcripti, myſticum tangit ſenſum illius recenſionis & adſcriptionis, quæ in libro* Num. *legitur, cap. 1. à qua quidem excludebantur non ſolum alienigenæ, ſed ipſi etiam Iſraëlitæ, quicunq; minus eſſent ad bellum gerendum idonei, quemadmodum &* Chriſtus *Matt. 10. negauit, quenquam ſe dignum eſſe, qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur ipſum. ac rurſus is: ſi quis vult, inquit, poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. ad id autem præſtandum, quanta opus ſit virtute, non obſcure innuit* Naz. *his verbis, vt vir,* ὡς ἀνὴρ, *ſiquidem &* ἀνὴρ *apud Græcos, & vir apud Latinos non tam ſexum diſtinguit plerunque, quàm virilitatem quandam ac fortitudinem indicat, vt apud Cic. Tuſ. lib. 2. cum ait, C. Marius ruſticanus*

ſticanus vir, ſed plane vir. & paulo poſt, ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferre ſine cauſa ne-
Iob 40. ceſſaria noluit. adde ipſius Domini auctoritatem, Iob de turbine ita alloquẽtis, accinge, ſicut vir, lumbos tuos. demum concludit Naz. neminem, qui ne membri qui-
1. Cor. 12. dem alicuius honoratioris officio fungi poſſit (vt enim in noſtro, ſic in Chriſti myſtico corpore membra ſunt aliis alia honoratiora) debere æquo animo ferre, caput conſtitui plenitudinis Chriſti. Chriſti autem plenitudinem ſiue complementum πλήρωμα dicit, opinor, Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus, & Chriſti locum obtinentes Epiſcopi ſecundum illud S. Pauli ad Epheſ. 1. ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

201 Turrim ędificare nulli alij conuenit vt audiuimus] tangit illam turris parabolam, quam Lucas cap. 14. ſcriptam reliquit: illud enim, vt audiuimus, ὡς ἠκούσαμεν Græce, non ſolum tunc dicere ſolent probati diuinarum rerum doctores, cum de re loquuntur, quam ex aliorum ore exceperint, ſed etiam cum de iis, quæ è ſacra ſcriptura collegerint, verba faciunt. quod ita eſſe multis multorum teſtimoniis probare poſſem. Sed in re aperta ſatis ſit, alterum ipſius Naz. attuliſſe, qui in or. de amore erga pauperes p. 139. v. 22. dicto quodam poſito, quod in libro Iob legitur, ſubdit, ὥσπερ ἠκούσαμεν. hoc autẽ ea potiſſimum de cauſa venit in mentem adnotare, quòd ſæpe audiui, graues homines & doctos, dum exponerent illud Matt. 5. audiſtis, quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, dicere, hoc loquendi modo vſum eſſe Euangeliſtam, quòd illud quidem in lege ſcriptum non eſſet (vt re vera non fuiſſe & ipſe aſſentior) ſed ex ore ſuorum ab ipſis exceptum.

tum: quod hominum argumentum quàm leue ſit atq; inane, non modo his, quæ diximus, Naz. verbis comprobatur, verum etiam ex eo ſtatim conuincitur, quòd ibi Euangeliſta in iis etiam præceptis commemorandis, quæ in lege expreſſe ſcripta repcriuntur, verbis vtitur plane eiſdem.

202 Abrahæ inquam huius &c.] *Gregorium patrem ſuum & Nonnam matrem paucis, ſed grauiſſimis certe quidem verbis laudat, hanc Sarræ, illum Abrahæ cõparans. quod & pluribus facit initio laudationis Gorgoniæ ſororis. Dum autem dicit, matrem ipſum non ſolum carnaliter in hanc lucem proferendo, peperiſſe, ſed, quod multo nobilius eſt ac præſtantius, ſpiritualiter, Chriſti fide informando, parturiſſe, reſpexit fortaſſe verba illa S. Pauli, Gal. cap. 4. paterno quodam affectu ita alloquentis, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. neq; vero non idem fere S. Auguſtin. de matre ſua, ſanctiſſima atq; religioſiſſima fœmina, ſcriptũ reliquit his verbis: Non enim ſatis eloquor, quid erga me habebat animi, & quanto maiore ſolicitudine me parturiebat ſpiritu, quàm carne pepererat. Erat igitur cauſa, cur Theologus, tanquam gratus filius, omni officio, ac pietate viciſſim ſuſciperet ſenectam patris & matris ſuæ, ne poſſent illi iuſte vnquam cõqueri: Baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, & tranſmiſiſti à nobis.* Confeſ. li. 9. cap. 9. Eccleſ. 3. Tob 5.

203 Vel, vt verius dicam, id inprimis philoſophatus fuerim, ne viderer philoſophari] *Græca verba videntur nonnihil obſcuritatis habere, ſed verus ſenſus, quantum ego colligere potui, is eſt, vt oſtendat ſe quidem litterarum ſtudiis operam dare, nunquam deſtitiſſe, ſed aliquando ita id egiſſe, vt aliud agere videretur. nem-*

tur. nempe quòd, cum tempus poſtularet, vt rebus gerendis incumberet, ita id præſtaret, vt non putarent homines, eum interim litterarum ſtudia colere. Sed ipſe, admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus; cum minime videbatur, tum maxime philoſophabatur. Sed quoniam hic, vt dicebam, aliquantum id obſcure prolatum eſt, non erit inutile, vt, Nazianzena Nazianzenis comparantes, duobus aliis locis idem ab eodem apertius explicatum relinquamus. In laudatione igitur Magni Baſilij p. 92. v. 8. ita ſcriptum eſt, ἐκεῖθεν γάρ μοι πᾶσα συνέπεσεν ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνηθῆναι, ἢ μὴ νομίζεσθαι. *illinc enim mihi omnis accidit vitæ inæqualitas & confuſio, & id, vt philoſophari non poſſem, vel vt non putarer. In iambis verò hunc in modum,* τοῦτ' ἦν μέρος μοι φιλοσόφου παιδεύσεως, τὸ μὴ δοκεῖν τὸν πρῶτον ἐκποιεῖν βίον, *hæc erat pars mihi philoſophicæ inſtitutionis, vt non viderer priorem excolere vitam.*

204 Rem honeſtam non honeſte per dolum aucupatus fuiſſet] *Intellige, quoad id, quod foris apparet. nam intus (vt S. Auguſtin. verbis vtar) dolus eſt non fraudulentus, ſed magnæ rei myſterium continens.*

205 Et aliarum quarumcunque rerum tempus] *id nimirum dicebat Sapiens Eccl. 3. omnia tempus habent. & quidem victoriam, quamuis res ſit per ſe optatiſſima, tamen maxima ſæpe afferre detrimenta, docet id, quod prouerbij loco dicitur,* καδμεία νίκη. *cuiuſmodi quidem victorias multas hominibus fuiſſe & futuras eſſe, dicit Plato in 1. de leg. ſimulq́; docet, id quidem accidere, quòd ſoleat aliquando victoria* ἀπαιδευσίαν φέρειν, *eſt enim, vt inquit Cicero, natura inſolens atq; ſuperba.*

206 Memor fui dierum antiquorum] *vide, quàm apte, quamq́ grauiter à verbis Pſal. 142. exordiatur, ſimul & diſce, quantum vtilitatis liceat non negligentibus ex Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lectione percipere.*

207 Congeſtum] *quamuis omnes, quos vidi, codices habeant συγκείμενα, tamen putarim ego quidem omnino legendum eſſe συγκείμενον, vt concordet cum illo ſubſtantiuo ὄχλον, quemadmodum & id, quod adiacet, ἱστάμενον cum illo δέλεαρ. Sed ne illud quidem prætermittam, quin te moneam, ſi forte opus eſt; id, quod ſequitur, participium; πεζόντων pro imperatiuo πεζέτωσαν attice poſitum eſſe.*

208 Vſque ad vnumquemque apicem &c.] *reſpexit, opinor, dictū illud Chriſti Matt. 5. amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnū, aut apex vnus non præteribit à lege: itemq́ Luc. 16. Facilius eſt autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.*

209 Nihil enim mali fuerit &c.] *Senſus eſt, ſed ita preſſe & anguſte à Theologo poſitus, vt mirandū non ſit, à quibuſdam minus fuiſſe perceptum; vt dicat, non inutile fore, totam illam hiſtoriam percurrere, vt periculo multorum conſulatur, quod creari poſſet ex ea perperam intellecta. Illud autem οὐδὲν χεῖρον, ſiue οὐ χεῖρον. quo quidem vſus eſt in or. de Filio 2. p. 214. v. 43. valde eſt Græcis vſitatum, cum id volunt exprimere, quod nos ſolemus materna lingua verbis dicere, his planè reſpondentibus, non fuerit malum vllum. neq́ vero non viſus ſum mihi idem Latine eo, quo feci, modo ſatis commode explicaſſe, Cic. ipſum ſequutus, qui in or. pro Sex. Roſcio ſic dixit, nihil enim mali eſt, canes ibi quàmplurimos eſſe, vbi ꝑmulti obſeruādi, multáq. ſeruāda ſunt.*

210 Maioris ſane myſterij figuram continẽte] *Vt quid enim (B. inquit Auguſtin.) exceptus eſt ventre beluino, & die tertio redditus, niſi vt ſignificaret Chriſtum de profundo inferni die tertio rediturum? Quin etiam ipſe Dominus, & Saluator noſter apertè hoc declarauit, cum diceret, Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. vt videatur diuinus ille Propheta re, quàm verbis, apertiꝰ Chriſti tum paſſionem, tum reſurrectionem expreſſiſſe. eòdem ſanè pertinet, quod non multò poſt adſcribit Theologus, à ceto abſorbetur, non tamen conſumitur, ſed illic Deum inuocat, &, rem mirandam, tertia die pariter cum Chriſto reſtituitur.*

Matt. 12.

211 Vt ego audiui de quodam in his rebus ſapientiſſimo viro, non abſurde &c.] *notat quidam Græcus Scholiaſtes, Origenem hîc Naz. indicare in hiſtoriarum enarrationibus. quod ſi verum eſt, neceſſe eſt fateamur, Theologum hoc modo dicendi, ὡς ἤκουσα, vel ὡς ἠκούσαμεν, non tunc ſolum vti, cum ea ſcripta demonſtrat, quæ tanquam canonica in Eccleſia legi conſueuerunt (quod certe eũ ſæpe facere, oſtendimus ſupra Schol. 201.) ſed etiam cum alias ſacrorum ſcriptorum elucubrationes indicat: fuit enim Orig. multò antiquior, quã vt potuerit Naz. coram id ex ipſo audire, ſiquidem centum quinquaginta anni prope erant, ex quo Origenes mortuus erat Tyri, cum B. Hierony. de eius erroribus ad Pammach. & Oceanum ſcribebat. Sin minus, dicendum fuerit, alium quempiam Naz. innuere ſapientem virum, ex cuius ore eandem illius Ionæ hiſtoriæ explicationem excepiſſet. quàm alij in Origenis ſcriptis repererint. quod magis placet. nam etiam in extrema or. de*

Spiritu

Spiritu ſancto virum indicans, ex quo ſimilitudinem quandam, abditam illam diuiniſsimæ Trinitatis naturã deſignantem, coram audiſſet, inquit, ἤκουσα δέ τινος καὶ τοιοῦτον ὑπογράφοντος λόγον.

212 Secundum inſcrutabilia eius iudicia, ac viarum eius inueſtigabilitatem &c.] *Nemo hic, quæſo, latinitatem à me requirat: malo enim parum latine Theologi ſenſum fideliter ac plane interpretari, quã latinitatem affectans, obſcuritatem aut etiam ambiguitatem parere. quod tantopere cauendum duxit S. Auguſtin. vt hac vna de cauſa Pſal. 138. Oſſum meũ, loco os meum, dicendum quodammodo ſuaſerit. tolerabilius nimirum exiſtimans, grammaticorum regulas nõ obſeruare, quàm legentiũ animis ſcrupulum ac dubitationem iniicere. Vocem autem illam* ἀνεξερεύνητα, *quãuis vulgata noſtra editio Rom. 11. quò ſine dubio reſpexit Naz. habeat incomprehenſibilia, ego tamen malui hoc in loco inſcrutabilia vertere, non tam, quòd proprius hæc videtur vim Græci vocabuli exprimere, quàm quia ſequebatur* ἀκατάληπτον, *in qua vertenda neceſſario prope mihi illa, incomprehenſibile, vel incomprehenſibilitas, vtendum erat. hoc ideo ſemel dictum volo, ne quis forte ſuſpicetur, libenter me ne in his quidem verbis, quæ à Naz. ex ſacra ſcriptura, immutata, tanquam ſua, afferuntur, ab editione vulgata vel paululum diſcordare. à qua quidem ſtatuo in omni re, quantum fieri poteſt, tranſuerſum vnguem non oportere diſcedere. nam quod in inueſtigabilitatem potius, quàm inueſtigabilitatem verti Græcum illud* ἀνεξιχνίαστον, *ideo feci, quoniam cum inueſtigo apud Latinos nõ hanc vim habeat, vt ſignificet, non inuenio, quin potius veſtigando inuenio, quemadmodum & ἐξιχνιάζω apud Græcos, conii-*

cio interpretem eo,quem dixi,loco,& Epheſ.3.ſcriptum reliquiſſe, ininueſtigabiles, ſed librariorum ſiue inſcitia ſiue incuria primum in fuiſſe ſublatum, ſicut omnino fuerat ex illo Hebr.5. loco, de quo nobis grandis ſermo & interpretabilis ad dicendum: ita enim pleriq; antiqui codices habebant, quamuis nunc emendatiores habeant ininterpretabilis, vt prorſus legendum, conſtat ex Græcis verbis, quæ hæc ſunt, δυσερμήνευτος λέγειν. Sic ſupra oſtendimus,& in 26.Pſal. ex voluptatem voluntatem, & in 106. ex contemptio contentio factum eſſe, ſic alia nonnulla liceat fortaſſe librariorum ſeu impreſſorum menda deprehendere, à quibus quotidie experimur aut vix, aut nullo modo fieri poſſe, vt libros omnino integros ſeruemus. quæ quidem ab editione vulgata ſi quis, certa auctoritate nixus,& venia ab his,quorum res eſt,impetrata, tollere conetur,is verò mea quidem ſententia, quam tamen aliorum iudicio ſubiectam volo, eam expurgare potius,quàm improbare, merito dici poſſit.

213 Locum certe mutabat, Deum tamen non effugiebat] & quis eum fugiat,qui cælum & terram implet, qui vbiq; eſt, quem nullus circumſcribit locus, & ,vt S. Auguſtin. verbis vtar; ſolus eſt præſens etiam iis, qui longe fiunt à ſe. illa ergo ſola eſt ab eo fugiendi via,quam pie admodum idem S. Auguſtin.demonſtrat, inquiens, ſi vis ab ipſo fugere, ad illum fuge. ad ipſum fuge confitendo. non ab ipſo latendo. qui enim, dicebat Iſidorus,eum non habet placatum, nequaquam euadet iratum. Id autem multo ante Propheta Dauid docuit Pſal.138. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum, tu illic es,ſi deſcendero ad infernum, ades; ſi ſumpſero pennas meas &c. quem locum non

Hier.23.

cum non obſcure imitatus fuiſſe videtur Naz. nã quòd adiũxit, ſi qua id fieri poßit induſtria, mitigat quodammodo hyperbolice dictum: ſimul & alludit fortaſſe vir varia, multiplicíq; doctrina excultus, ad fabulam induſtrij illius Dædali, qui propter incomprehenſam fugam pennis auolaſſe perhibetur.

214 Dei potentem manum] *Deus, inquit S. Auguſtin. nec oculos habet, nec manus, nec pedes; ſed totus oculus eſt, quia omnia videt; totus manus, quia omnia operatur; totus pes, quia vbiq; eſt. nimirum humana Deo mẽbra ſæpe tribuit ſcriptura, vt eo, quo poteſt, modo, noſtræ imbecillitati accõmodato, varias eius virtutes indicet. & quoniam nos homunculi manibus vires oſtẽtamus noſtras, non incommode Dei potentiam manuũ appellatione ſignificamus. quam quidem in ſententiam ſe manum hic accepiſſe, Theologus aperte declarat, dum addit, potentem.*

215 Id enim ſonat apud Hebræos Ioppe] *Ioppe à B. Hieron. in interpretatione Hebraicorum non inum pulchritudo interpretari dicitur, in Commen. in Ionam, quod idem ferme eſt, ſpecioſa. hoc autem ipſo in loco dicit, Tharſim interpretari contemplationẽ gaudij. quem ſequutus Remigius in Pſal. 47. Tharſis, inquit, interpretatur exploratio gaudij. vt non poßim non mirari, quòd eadem ferè modo & à B. Hieronymo Tharſis, & à Naz. Ioppe interpretetur. idem enim Latine contemplatio gaudij, quod Græce κατασκοπὴ τῆς χαρᾶς, valere videtur. coniecerim ego quidem, vtrunq; eorum huiuſmodi interpretationẽ ex aliquo Græco ſcriptore ſumpſiſſe, & vel S. Hieronymum, quod ille Ioppen interpretando dixiſſet, id de Tharſis vocabulo ſcripſiſſe, vel (quod veriſimilius videtur præſertim cum huius ſignificationis*

in Tharſis, nō in Ioppe veſtigium aliquod in Hebræo apparere dicant) Nazianzenum, quòd ille de Tharſis interpretatione attuliſſet, de Ioppe memoriter pronuntiaſſe. nam quod S. Hieron. interpretationem hanc non tāquam ſuam, ſed tanquam alterius cuiuſpiam attulerit, ſatis ex eo patere videtur, quòd ipſe cum ex propria loquitur ſententia, Tharſis vocabulum mare generaliter apud Hebræos dicit ſignificare. quam tamen vocem, Θαρσεῖς Græce, Naz. vt alij Græci & pleriq; etiam Latini, pro particularis loci nomine ſiue Libyæ Carthago, ſiue Indiæ regio ille quidem ſit, accepiſſe videtur.

216 Verum huius diſputationis curſum ſuſtineamus &c.] *quoniam ſuprà Ionæ fugam cum ſua conferre cœperat, dicens, ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν. deinde varias afferens illius conſilij cauſas, multa interpoſuerat, iure nunc ſeipſum reuocat, & ad inſtitutum redit ſermonem. neq; tamen neceſſe habuit, incœptam dicendi ſeriem perſequi. nam cū præmiſiſſet, ἐκεῖνος μὲν, conſequens erat, vt inferret, ἐγὼ δὲ. Sed propter longinquitatem illo dimiſſo, aliud aggreditur dicendi principium, non prorſus abhorrēs vitium illud orationis, quod grammatici vocant ἀνακόλουθον.*

217 Vaſis ſe abſcondat paternis] τοῖς σκεύεσιν ὑποκρύπτεσθαι τοῖς πατρικοῖς*: ita enim probatiorum codicū auctoritatem ſequuti, emendamus. neq; vero non alibi etiam ſimile irrepſit mendum. nam initio oratiunculæ ad patrem, vbi impreſſi habent* ταῖς μητρικαῖς εὐλογίαις*, in manu ſcriptis rectius legitur,* πατρικαῖς εὐλογίαις*: loquitur enim de benedictionibus, quibus Iacob à patre firmatus eſt. Sic igitur hic de Saule verba faciens, qui, vt traditum eſt, 1. Reg. 10. regnandi onus ſubterfugiens, domi ſe abſcondit, recte dicitur* τοῖς σκεύεσιν ἀποκρύπτεσθαι τοῖς

ϑαι τοῖς πατρικοῖς : quod enim illic Latine legimus, abſconditus eſt domi, Græce ſcriptum eſt, κέκρυπται ἐν τοῖς σκεύεσι. vt autem apud Græcos τὰ σκεύη, ſic apud Latinos vaſi nomen generale eſt omnium vtenſilium; vnde illa; colligere vaſa, conclamare vaſa.

218 Medius quodam modo conſtitutus ſum inter nimis audaces & nimis timidos] *Ad hanc certe regulam, Deo duce, omnis noſtra dirigēda & formanda eſſet actio. quod etiam B. Auguſtin. præclare intelligens, nec audax aiebat, nec fugax, nec præceps, nec iacens. nunc vero videas pleroſq; Eccleſiaſticas quoque dignitates non ſolum prompte, quaſi leue aliquod onus, ſuſcipere, ſed etiam appetere, depoſcere, ac prope dicam inuadere: nonnullos contra ita fugere, recuſare, reiicere, quaſi ſibi ipſis ſolum nati ſint. quibus vtriſque & Naz. hic æque iſthæc diiudicantem audiendum cenſeo, & S. Auguſtin. eadem fere Eudoxio hunc in modū præſcribentem, ſi quam operam veſtram mater Eccleſia deſiderarit, nec elatione auida ſuſcipiatis, nec blandiēte deſidia reſpuatis, nec veſtrum ocium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis. cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inueniretis. Quod ſi quis diſtinctius etiam ſcire cupit, quatenus liceat Epiſcopatum vel deſiderare, vel recuſare, legat B. Greg. 1. p. paſt. curæ cap. 5. & ſeptem aliis, deinceps quæ ſequūtur. atq; etiam S. Thomam ſecunda ſecundæ quæſt. 185. art. 1. & 2. in quibus docte hæc, rationibus etiam ſuo more in vtranq; partem allatis, diſputat atq; decernit.*

219 Iudicium prorſus vnà cantamus] *ſimul cū Dauide ſcilicet Pſal. 100. ſcite admodum canente, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine: quemadmodum enim ſolius diuinæ miſericordiæ memoria ni-*

miam quandã paruerit confidentiã, ita ſolius iudicij recordatio ad deſperationẽ detruſerit. alterum igitur altero temperantes, Deoq́ue vt eſt miſericors ſimul & iuſtus, itidem miſericordiam ſimul & iudicium cantantes, optime nobis conſuluerimus. nec tamen ſine cauſa miſericordiam iudicio præmittimus, quia (vt S. notat Auguſtin.) prima diſpenſatio Domini noſtri Ieſu Chriſti medicinalis eſt, non iudicialis: cum enim videret omnes eſſe peccatores, prius erat eius miſericordia præroganda, & poſt exerendum iudicium.

220 Promptus erat Aaron, at Moſes reſiſtebat] *pulchre exemplis ex veteri teſtamento, Exod. ſcilicet 3. & 4. Eſa. 6. & Hier. 1. petitis, confirmat, vtrunque recte fieri poſſe, vt publica munera & reiicias, & accipias, dummodo hoc quidem facias Dei ope & auxilio, non tuis viribus fretus, illud verò non deſidiæ atque ignauiæ, ſed modeſtiæ & humilitatis gratia. Vtrum autem, alterum alteri comparando, laudabilius videatur, quamuis difficile ſit iudicare, tamen licet hac etiam de re B. Hieron. dialectice quodammodo ex non parua Hebræi ſui diſputatione pauca referentem audire in extrema ſua 142. quam ad Damaſum ſcribit, epiſtola.*

221 Et adiutorem ſumo ipſarum ratiocinationum tempus & conſilium Dei iuſtificationes] *Græcum quoddam* χρόνιον *interpretatur vocem illam* τὸν χρόνον, τὸ γῆρας, *id eſt ſenectutem. quo ſenſu quamuis ſupra eundem Naz. cum de patre ac matre ſua loqueretur, audierimus dicentem,* ἐπ᾽ ἐμοὶ πλέον ἢ περὶ χρόνῳ καμνόντων, *hic tamen mea quidẽ ſententia non ita accipiendum eſt, ſed pro ipſo temporis progreſſu, quod Latine dici ſolet dies, vt certe dixit Cicero Epiſtola 5. ipſa die debilitantur cogitationes inimicorum, & Attic. 45.*

dies le-

dies leuat luctum; itemq; Terentius; dies adimit ægritudinem hominibus. quoniam igitur ſæpe accidit, vt noua aliqua præter expectationem ac voluntatem noſtram mutatione perturbati, non poßimus niſi temporis interuallo rationi locum dare, idcirco putarim perſpicacem virum dixiſſe, adiutorem ſumo ipſarum ratiocinationũ tempus. id ipſum ex duobus aliis locis apertius declarabo. nam in Apolog. minore pag. 28. v. 12. de re ſimili verba faciens, inquit, ἐφοβήθην, καὶ χρόνου τινὸς ἐδεήθην εἰς ἐμαυτοῦ συνεγερθεὶς ἐκνῆψαι, *timore perterritus ſum, ac tempore aliquo indigui, vt ad me ipſum rediens expergiſcerer. ac rurſus in laudatione Patris pag. 74. ver. 13.* τοιγαροῦν οὕτω κἀκείνους εἷλε τῇ μακροθυμίᾳ, προσλαβὼν καὶ τὸν χρόνον τῆς γνώμης σύμμαχον, *ſic igitur & illos cepit longanimitate, adhibito etiam tempore conſilij ſui adiutore. Quod autem, illum Pſalmi 118. verſiculum, & conſilium meum iuſtificationes tuæ reſpiciens, addit, & conſilium Dei iuſtificationes, docet, debere virum iuſtũ omnia ſua conſilia diuinis præceptis metiri, iisq; tanquã optimis quibuſdam conſiliariis in tota vita ſua vti. quod quidem ſe perpetuò feciſſe, ſæpe teſtatur Theologus, ac præſertim in extrema fere oratione, quam habuit ad eos, qui dictitabant, ipſum Conſtantinopolitanam cathedram appetere.*

222 Humilior ſub potenti manu Dei] *ſalutare illud videlicet B. Petri monitum ſequutus in priore ſua epiſtola cap. 5. ita dicentis, humiliamini igitur ſub potẽti manu Dei. cui & alius conſentiens Apoſtolus frater Domini cap. 4. Subditi eſtote Deo, inquit, humiliamini in conſpectu Domini. & quidem nulla eſſe videtur Chriſtiano homini tam neceſſaria virtus, quàm humilitas, quia, Sapiente primum docente Prou. 3. ſecundum*

litteram

litteram 70. & poſt eiſdem in his, quæ citauimus, locis approbantibus Apoſtolis, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

223 Exaltandum eum in Eccleſia plebis &c.] Statuit nimirum dicto audientẽ eſſe Dauidis Pſal.106. ſic ſuadentis, & exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. quod certe Nazianzeno in presbyteri cathedra iam ſedenti præclare conueniebat.

224 Paſtorum principe] τȣ̃ ἀρχιποιμένος: ita enim Chriſtum appellauit princeps & ipſe paſtorum, B. Petrus in extrema ſua priore epiſtola.

225 Secundum Chriſti leges magis quàm ſecundum externas in tua poteſtate poſitum] leges externas νόμοις τοὺς ἔξωθεν, vocat ciuiles, quæ & ipſæ ex Romanorum inſtituto decernunt filios ex iuſtis nuptiis ſuſceptos in patris eſſe poteſtate, ὑπεξουσίους: hac enim ipſa voce vtitur, hac dũ explicat, Theophilus Inſt. lib.1.Tit.9. oppoſita nimirum illi αὐτεξούσιος.

226 Benedictio patris firmat domos filiorũ] Sententia eſt ex Eccleſiaſtici capite tertio totidem verbis tranſlata ac multis iampridem ipſorum quoque Patriarcharum, Noë, Abraam, Iſaac, Iacob exemplis comprobata.

227 Spiritualis domus iſta, quam elegi, quam etiam opto fieri mihi requiem in ſeculum ſeculi] priora verba ſumpta ſunt ex 1. Pet. 2. vbi quidem ille hortatus eos, qui Domini benignitatem guſtarũt, vt ad eum accedentes, qui lapis eſt viuus, ipſi quoq; tanquam viui lapides ſuperædificentur, ſubiungit per quandam quaſi oppoſitionem, οἶκος πνευματικὸς, oſtendens videlicet, ex huiuſmodi viuis lapidibus, angulari illi lapidi

aptatis

aptatis & caritate coniunctis, pulcherrimā quandā ſpiritualem domum conſtitui. vides igitur appoſitè admodum hic illa collocaſſe Nazianzenum. Quàm vero apte eiſdem poſteriora è Pſalmo 131. decerpta inſeruerit, poteris per te ipſum facile intelligere. Nam quæ deinceps infert ex 12. cap. epiſtolæ ad Hebræos, ea ſi cui forte obſcuriora videbuntur, poterit doctiſsimorum virorum in eum locum expoſitionem commodius legere. Ego tantum dicam, Nazianzenum vnà cum Apoſtolo, habita ratione illorum ludorum, qui olim erant ſoliti magno totius Græciæ concurſu, ſummaq; hilaritate quinto quoq; anno celebrari, merito celeberrimū illum primogenitorum, quorum nomina ſcripta ſunt in cælis, concilium, cœtumq; appellaſſe πανήγυριν ob ſummam frequētiam & immenſa plane gaudia, quibus beatæ illæ animæ exultant. quarum in numerum faxit miſericors & omnipotens Deus, vt nos quoq; hinc decedētes reponamur. Hoc interim ſpacio ea, quæ ſunt à Theologo mādata monumentis, aſsiduo ſtudio perquirentes, & opere perficiētes, quando ſatis viſum eſt, quæcunq; ille in hac ſua Apolog. non minus eleganti, quàm pia peroratione deinceps collocauit ſacræ ſcripturæ loca, in margine ſigillatim adnotaſſe, ad alteram ipſius orationem Deo duce tranſeamus.

SCHO-

SCHOLIA IN S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIONEM

de amore erga pauperes.

1 DE amore erga pauperes] περὶ φιλοπτωχίας. *quamuis ſcriptus Vaticanæ bibliothecæ codex & vnus, & alter habeat* περὶ πτωχοτροφίας, *qua quidẽ voce vſus eſt* Naz. *& in extrema hac oratione, & in laudat.* Baſ. *& in or. contra* Eunomianos, *tamen maluimus, plurium auctoritatem ſequẽdo, retinere* περὶ φιλοπτωχίας, *ſuffragante ipſo etiam auctore, qui dum initio ſtatim inquit* δέξασθε τὸν περὶ φιλοπτωχίας λόγον, *videtur per ſe ipſe inſcriptionem orationi imponere, atq; adeo* B. Hieronymo *comprobante, qui in* Eccleſiaſt. *Doctorum catalogo* Naz. *præceptoris ſui lucubrationes enumerans, hac, non illa vſus eſt voce. quanquam quod ad ſententiam pertinet, vtram nam teneas, refert ferme nihil: vtraq; enim* Oratoris *propoſitum clare oſtendit, quod quidem eſt, vt doceat, pauperes beneuolentia & benignitate cõplectẽdos eſſe.* Eorum *vero præcipue pauperum gratia habita eſt oratio, qui ſacro morbo, ſiue mauis* Elephantiaſi, *per id tempus affligebantur.* Id *autem tanta* Theologus *doctrina, & grauitate, tantaq́; pariter eloquentia, & vi dicẽdi præſtitit, vt qui ea non admodum afficiatur & commoueatur, is plane durus, ferreus, inhumanus dici poſſit:* Quin *putarim ego quidem hac etiam ipſa oratione fortaſſe ex aliqua parte adductos eſſe* Nazianzenos, *vt huiuſcemodi morbo laborantibus hoſpitalem ſedem non*

longe ab

longe ab vrbe extruerent, & res neceſſarias ſuppeditarent, quamuis ipſe Naz. huius præclari facinorũ ſuaſorem maxime omnium & auctorem faciat in eius laud. S. Baſ. nam quòd ante illius ægrotorũ hoſpitalis domus ædificationem hæc habita fuerit oratio, nõ poſt, vt videtur dicere interpres Niceta in explicãdo eius argumento, ſatis illinc patere arbitror, quòd in hac quidem orat. p. 133. v. 13. ita legitur, πρόκειται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θέαμα δεινὸν, καὶ ἐλεεινὸν, καὶ πᾶσι πλὴν τῶν εἰδότων ἄπιστον, ἄνθρωποι νεκροὶ ζῶντες, *& quæ ſequuntur. & rurſus paulo poſt,* ἀπελαύνονται πόλεων, ἀπελαύνονται οἰκιῶν, ἀγορῶν, συλλόγων, πανηγύρεων, συμποσίων. *quæ eam ob rem ſcilicet dicta videntur, quòd, cum quò ſe reciperent miſeri illi non haberent, cogebantur, fuſi per vrbem ac diſperſi vagari. vnde etiam poſtquàm ad eos excipiendos, & curandos nobile illud* νοσοκομεῖον *fabricatum eſt, tum vero Naz. vt oſtenderet, quantum inde commodi ac dignitatis eſſet conſequutum, in S. Baſ. laud. p. 93. v. 15. eadem ſere verba repetit, appoſita negatiua particula: inquit enim,* οὐκ ἔτι πρόκειται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θέαμα δεινὸν, καὶ ἐλεεινὸν, *& quæ ſequuntur. ex his igitur duobus locis inter ſe collatis, puto equidem ſatis eſſe perſpicuum, nondum* τὸ τῆς εὐσεβείας ταμεῖον *illud ædificatum fuiſſe, cum præclara hæc & luculenta haberetur oratio, & probabiliter admodum coniici poſſe, non parum ipſam quoq; ponderis ad opus tam ſanctũ, & tam pium perficiendum attuliſſe.*

2 Quamuis alius alij præſtare videatur paruis dimenſus menſuris] *hunc locum interpres ita intellexiſſe videtur, vt comparatio fiat inter terreſtres haſce ac cæleſtes illas diuitias, itaq; alter alteri præſtare dicatur, ſi homines corporearum diuitiarum menſuris metiaris,*

metiaris, quæ parua ſunt, propterea quòd corrũpuntur. At putarim ego quidem, Theologum altius quiddam, & præſtantius reſpexiſſe, vt ſcilicet diuinarum quoque diuitiarum dona in homines collata inter ſe comparando, ſic etiam doceat, neminẽ debere tantum ſibi tribuere, quin fateatur, multum ſibi quidem deeſſe, ſi velit ſe, vt debet, magnis menſuris, ipſo nimirum Dei mandato, metiri, non paruis, proximorum videlicet meritis ac virtutibus: hac enim ratione reperias profecto alium alij aliquantum excellere: at ſi ipſam dignitatem, & veram altitudinem ſpectes, qui non longe ſit ea inferior, inuenies plane neminem, diuitiis nempe mortales tum terreſtribus, tum etiã cæleſtibus quantumuis magnis abundent, Dei tamẽ miſericordia nunquam non egent. hinc S. Auguſtinus ſumma caritate hunc in modum auditores monebat ſuos, Habet quidam multum auri & argenti, ô ſi agnoſcat ſe pauperem! agnoſcit ſe pauperẽ, ſi agnoſcit iuxta ſe pauperem. quid enim? quantumuis habeas, quicumq; diues es, Dei mendicus es. hinc B. Bernardus, Væ qui dicit, quia diues ſum & nullius egeo, cum ſit pauper, & nudus, & miſer, & miſerabilis. hinc deniq; S. Paulus, Omnes, ait, peccauerũt, & egent gloria Dei. quem quidem locum puto reſpexiſſe Naz. cum dixit: Pauperes ſumus plane omnes ac diuinæ gratiæ indigentes: gloriam enim pro gratia ſiue pro iuſtitia gratis iuſtificante, non ſolum ibi poſuiſſe videtur Apoſtolus, verum etiam in ep. ad Eph. 3. cum inquit, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ virtute corroborari per ſpiritum eius in interiori homine. nec mirum, ſiquidem & noſtri dicunt Theologi, gratiam gloriam eſſe inchoatã, contraq; gloriã gratiã conſummatã. ſcite autem Theologus ab hoc exorſus eſt principio, ſiquidem veriſſima eſt

De ver. Domini in Io. ſer. 41.

Sapientis

Sapientis ſententia, homo indigens miſericors eſt, humilis enim (vt illam exponens ait B. Hieron.) qui ſe perpetuis bonis egere ſine ceſſatione recolit, vt miſericordiã conſequatur à Domino, nunquam proximo miſereri recuſat. ſed ne videar interpretis Græci, quem quidem plurimi facio, & maxime ſequor, expoſitionem ſine cauſa reliquiſſe, non erit abſurdum, quibus Nazianzeni, optimi, opinor, ſui ipſius interpretis, locis adductus id fecerim, demonſtrare, non quidem ea huc transferendo (hoc enim longum eſſet & ſuperuacaneum) ſed tantum adnotãdo, vt poßit quicunq; velit, eis perlectis, talem qualem dixi, huius loci ſenſum eſſe, clare perſpicere. primus igitur eſt in Apol. p. 16. v. 41. alter in Apol. minore p. 34. v. 44. tertius in hac ipſa oratione pag. 139. v. 22. quartus in or. de recto ordine p. 155. v. 7. quintus & vltimus in Tetraſtichis p. 69. col. 1. v. 40. Prou. 19.

3 Frangere eſurientibus panem ſpiritualem] *tangit dictum illud Eſa. 58. frange eſurienti panem tuũ, illumq́; ſpiritualiter ſpirituali de pane interpretatur: quemadmodum enim corpus materialibus alitur cibis, ſic anima ſpirituali veræ doctrinæ alimento nutritur.*

4 Panem Angelorum largientes] *reſpexit ad illud Pſal. 77. panem Angelorum manducauit homo. vbi quidem Dauid panem Angelorum vocauit manna, non quòd Angeli eo veſcantur (vt ibi aduerterunt Theodoretus, & Euthymius) ſed quia deſuper Angelorum miniſterio eſt ſuppeditatum. Naz. vero anagogice panem hîc Angelorum intelligit cæleſtes , diuinoſq́; conceptus, quibus vere ipſi quoque Angeli ac beatæ illæ animæ nutriuntur.*

5 Panis verus] *ſic enim Ieſus ipſe ſe ipſum vere nuncupat Ioan. 6. vbi etiam mirandi illius facti mentio*

ſit, cum quinq; panibus quinq; hominum millia ſaturata ſunt: nam quòd μυριάδας dixit Naz. numerum definitum poſuit pro indefinito: quemadmodum enim panes, ita & diſcumbentes quot eſſent non definiuit, alioquin non conueniret ratio: μυριὰς enim numerus eſt decem millium. Sed ſacris in litteris pro magna quauis atque innumerabili multitudine ſæpe legitur.

6 Quemadmodum nec in prato &c.] pulchra ſane & elegans ſimilitudo, in qua virtutes floribus, ratio atq; intellectus odoratui ac viſui comparantur.

7 Fides, ſpes, charitas, tria hæc] verba ſunt Apoſtoli. 1. Cor. 13. quibus oſtendit tria hæc dona, tanquam firmiora ac magis permanētia, ſcientiæ, & reliquis, quæ numerauerat, donis præſtare.

8 Ex iuſtis quidem Lot] Iuſtum Lot S. Petrus quoq; altera ſua in ep. cap. 2. appellat. Sodomitem vero eundem dixit Naz. non tanquam ciuem, ſed tanquā incolam, non Sodomitem rurſus, quia à nefando illo ac deteſtabili Sodomitarum vitio integrum ſe omnino ſeruauit: ſed de eo licet Gen. 19. plura legere, quemadmodum & de Raab Ioſ. 2. & 6. hanc autem non meretricem cum dixit Naz. τῇ προαίρεσιν, non ita intelligi voluit, quaſi profeſſionē meretrix non eſſet. nam meretriciam vitam illa quidem profitebatur, ſed quia hoc certe propoſito, exploratores Ioſue humaniſſimo hoſpitio accipiendi, minime ſe meretricem oſtendit, quarum ſtudia & conſilia mala ferè eſſe ſolent. eodē ſane ſenſu dicet, paulo poſt Phinee illum nomen inueniſſe ἐκ τῆς προαιρέσεως, quòd ſcilicet Zelo adductus conſilium ceperit, Madianitem vnà cum Iſraëlite confodiendi. ſic etiam in extrema orat. ad ciues Naz. ſerui illius mentionem faciens, qui cum magnum ei æs alienum à domino donatum eſ-

tum eſſet, paruum ipſe conſeruo noluit dimittere, vocat eum δοῦλον κ῾ τ̃ προαίρεσιν, *quòd videlicet non ſolum fortunæ conditione, verum etiam animi inductione ſeruus eſſet.*

9 Imaginem pulueri colligauit] *Animam ſcilicet, quæ Dei imago eſt, corpori: formauit enim Dominus Deus hominē de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Gen. 2.

10 Quibus huius virtutis teſtimonium pręcęteris tributum eſt] *ſenſus, ni fallor, talis eſt, Moyſi & Dauidi præ cæteris, non ipſorum virtutibus, quanquam hoc etiam modo intelligi poſſe dicit interpres, ſed hominibus manſuetudinis teſtimonium tributum eſſe à ſacra ſcriptura. nam de Moyſe quidem Num. 12. ſic mandatum eſt litteris; erat enim Moyſes vir mitiſſimus, ſuper omnes homines,* παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. *id nimirum dixit Naz.* πρὸ τῶν ἄλλων *& hîc, & paulo poſt cū, oſtendens, humilitatis ſpecimen Chriſtum præ aliis hominibus dediſſe, inquit,* κ῾ πρὸ τ̃ ἄλλων ὁ πάντων σωτήρ. *Dauid vero vbiq; , ac præſertim primo & ſecundo libro Regum adeo mitis ac manſuetus deſcribitur, vt merito ipſe de ſe ipſo Pſal. 131. cantare videatur, Memento Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius. atq; etiam Sanctus Dionyſ. in ep. ad Demophilum inſignem quandam manſuetudinem & clementiam in vtroq; eorum fuiſſe, pluribus declarat.*

11 Vt auferret opprobrium &c.] *expiando enim ſcelus filiorum Iſraël, tulit opprobrium de Iſraël: quæ verba ſunt Dauidis, ita, cum ad congrediendum cū Philiſtæo ſe pararet, percunctantis, quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſtæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſraël? Quod autem addit,* κ῾ ὀνομασθεὶς ἐκ τ̃ προαι- 1. Reg. 17.

 ρέτεως,

ῥέστως, innuit Phineem ex illo præclaro ſacinore, quod Dei Zelo commotus effecit, Zelotus cognomen inueniſſe. quod etiam apertius oſtendit & in laud. Patris p. 69. v.46. & in carm.p.56.col.1. v.6. ζηλήμων, *inquiens,* ψυχήν τε καὶ ὄνομα, *Zelotes tum animo,tum nomine.*

12 Arbitrum ſe præbet] βραβεύων. βραβεύειν *apud noſtrum hunc auctorem, quantum videor mihi aduertiſſe,valet, quaſi iudicis ſeu arbitri loco aliquid inter aliquos decernere,& conſtituere,ita,vt ſuum cuiq; tribuatur. id quod aliâs dicere ſolet* διαιτεῖν*.neq; vero non eiuſdem fere ſignificationis eſſe videtur apud Apoſtolum Col.3.vbi Græce ita legitur,* καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *Quod exponens Theodoretus ait,ſiquis ab aliquo moleſtiam acceperit, habeat in corde pacem, agonothetæ officio fungentem,& regentem, & Deo gratam concordiam procurantem. ex quo venit mihi in mentem coniicere illud quoque Sap. 10.* καὶ ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, *non incommode fortaſſe ita accipi poſſe,vt dicat,ſapientiam,quaſi quendã agonothetam, certamen forte Iacob dediſſe atq; attribuiſſe, vt ſcilicet vel cum Angelo luctando fortis eſſet. Naz. certe,& in Apolog. cum dixit* βραβεῦσαι δικαίως ψυχῇ τε καὶ σώματι, μὴ τῷ χείρονι τὸ κρεῖσσον. δυναστεύεσθαι συγχωρήσαντας, *& hîc cum participio illi* νομοθετῶν *adiunxit* καὶ βραβεύων δικαίως γάμῳ καὶ ἀγαμίᾳ, *eo, quo dicebamus,ſenſu non obſcure vſus fuiſſe videtur: ſignificat enim S.Paulum Corinthiis,qui ipſum hac de re conſuluerant,reſpondentem,æquum ſe nuptis & non nuptis arbitrum præbuiſſe, dum nec damnauit nuptias, quod hæretici fecerunt Tatiani, nec eas æquauit virginitati, quod commiſerunt Iouiniani,ſed,vt verum decebat Apoſtolum, ita probauit nuptias, vt eis tamen virginitatem præ-*

tem præferret. qua etiam de cauſa addit Naz. & ipſum Ieſum ex virgine naſci voluiſſe, vt oſtenderet, nec coniugium ſuo carere bono atq; honore (honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus) & tamen virginitatem meliorem, honoratioremq́; eſſe. id quod etiam in orat. in Nat. pag. 231. v. 11. repetit verbis non multo diuerſis, & in oratiuncula illa ad virginem pluribus explicat. Hebr. 13.

13 Propriam voluptatem in alieno ſanguine explere] *Alienum ſanguinem ciſternæ illius aquam tantopere à Dauide concupitam vocauit, quòd non ſine vitæ periculo trium illorum virorũ, qui ipſam, Philiſtinorum caſtra irrumpentes, hauſerunt, eius potiundæ facultatem nactus eſt.* 2. Reg. 23.

14 Pretij vnius aſſis] *ἀσσαρίου. ἀσσάριον genus eſt oboli decima pars numi diminutiuum ab aſſe. cuius etiã vilitas in ore vulgi & in communi prouerbio verſatur. quare & Euangeliſtæ huiuſmodi vſi ſunt voce, volentes oſtendere, viles eſſe paſſerculos. vt merito pro lupinorum pretio ponatur, qui & ipſi viliſſimi ſunt. vnde & illud Horatij: Nec tamẽ ignorat quid diſtẽt æra lupinis. Quod autem B. Petrus lupinis veſceretur vilibus, dicit interpres, ſumptum eſſe ἐκ τινὸς τῶν μὴ ἐκκλησιαζομένων βίβλων. alibi vero adnotatum reperi, à Clemente in hiſtoria ſcriptum eſſe, ego quidem nuſquam id me legiſſe memini.* Mat. 10. Luc. 12.

15 Cum illa quidem hinc decedens in ſancta ſanctorum migret & mentem &c.] *contemplatiua enim vita, vt B. ait Bernardus, ſeculo renuncians ſoli Deo viuere delectatur, hæc ad ipſam Hieruſalem cæleſtem animam ſubleuat æſtuantem, hæc cælum reſerat, hæc portas aperit Paradiſi: actiua vero in laboribus hu-*

*ius mundi Deo ſeruit, dum pauperes recipit, paſcit, ve-
ſtit, viſitat, conſolatur, ſepelit, & cætera opera miſeri-
cordiæ eis impendit: id nimirum eſt, Chriſtum excipere,
ſi minus in ſe ipſo, quod Marthæ contigit ſanctiſſimæ
Luc. 10. fœminæ, at certe in pauperibus: Rex enim his, qui à de-
Matt. 25. xtris eius erunt, reſpondens dicet illis, Amen dico vobis,
quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mi-
hi feciſtis.*

16 Pro dignitate cuique impertitę ac diſtributæ.] *S. etiam Auguſtinus dicit multas illas manſiones, de quibus Io. 14. diuerſas meritorum in vna vita æterna ſignificare dignitates.*

17 Alius omnes, ſi fieri poteſt, excolat] *non ſine cauſa conditionem illam appoſuit: nam B. Hieron. lib. 1. aduerſus Pelagianos negat vllum ſanctorum, quandiu in iſto corpuſculo eſt, cũctas poſſe habere virtutes. Quòd ſi dicatur, vt ipſe etiam ſcribit, in Eſa. cap. 56. virtutes ſe inuicem ſequi, & ſibi hærere, ita, vt qui vnam habuerit, omnes habeat: reſpondet, id intelligendum eſſe participatione, non proprietate: neceſſe enim eſſe, vt ſinguli excellant in quibuſdam, quemadmodum & Naz. ſupra multorum ſanctorum patrum exemplis propoſitis declarauit. quod tamen videtur ex S. Auguſtin. ſententia lib. 6. de Trin. cap. 4. & in ep. 29. ad B. Hieron. ſecundum vſus exteriores accipiendum eſſe, vel in comparatione aliorum hominum, quia vel humilitatis habitum quis maxime præfert, vel opus fidei, vel alicuius ceterarum virtutum præcipue exequitur. nam quod pertinet ad mentis habitum, videtur eas non modo connexas inter ſeſe, verum etiam pares in vnoquoq; poſuiſſe. Sed hac de re licet plura legere apud S. Thomam 1. 2, q. 65. ar. 1.*

18 Mo-

18 Modo vt progrediatur, & pergat ire vlterius] *hoc tam eſſe neceſſarium, quàm quod maxime, oſtendimus in 30. ſcholia in Apolog. & quamuis de his proprie dici videatur, quæ ad actionem pertineant; hinc tamen coniiciat quis, poſſe etiam ad ea, quæ ſunt contemplationis, transferri. & quidem iure, nemo enim (ſummus dicebat ille Pont. & re & nomine fortis) ad* S. Leo, de
cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui in- Nat ſer. 9.
telligit in rebus diuinis, etiam ſi multum proficiat, ſemper ſibi supereſſe quod quærat. nam qui ſe ad id, in quod tendit peruenisse, præſumit, non quæſita reperit, ſed in inquiſitione defecit.

19 Ad illius beatitudinis latitudinem] τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος. ἐκεῖθεν *(vt hoc quoq; Græcæ linguæ ſtudioſis gratificer,) pro* ἐκεῖ *ſiue* ἐκεῖθι *ſæpe ponit Naz. quemadmodum &* ἐντεῦθεν *pro* ἐνταῦθα. *ac prioris quidem hæc habeto teſtimonia, ex hac ipſa or. p. 136. v. 45. & ex orat. ad Ciues Naz. p. 130. v. 33. poſterioris vero hæc ex eadem hac or. p. 135. v. 52. & p. 136. v. 36. quod autem ad ſententiam attinet, quemadmodum Xenoph. Philoſophus, Prodicum illum Sophiſtam imitatus, ſic S.*
Gregorius Theologus Chriſtum ipſum ſapientiæ fontem Matt. 7.
ſequutus, vitij ac virtutis duas indicat vias, quarum illa quidem decipiens, per latam portam & ſpacioſam, per voluptates ſcilicet atq; delicias, ducit ad perditionem: hæc vero perficiens, per anguſtam portam & arctam, per labores nimirum atq; angores, ducit ad vitã.

20 Quem miſericordia & veritas præcedunt, cuique &c.] *ita enim diuino Dauid afflatu canebat Pſal. 88. miſericordia ac veritas præcedent faciem tuã. ac rurſus 100. miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. cur autem deceat miſericordiam ſimul & iu-*

dicium Deo cantare, cúrue prius miſericordiam, quàm iudicium diximus in Apol.Schol.219.

21 Nec vlli rei magis, quàm benignitati &c.] *Beati miſericordes, dicebat Chriſtus Ieſus, quoniam*
Matt. 5. *ipſi miſericordiam conſequentur. contráq; ipſius Domi-*
Iacob. 2. *ni frater, iudicium, ait, ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. Quod autem ſubdit, qui iuſte rependit, ſiue remetitur, & ponit in ſtatera & pondere miſericordiã, duo fortaſſe attigit ſcripturæ loca. primum quidem illud Luc.6. eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. deinde vero illud Eſa.28. ſecundum 70. & ponam iudicium in ſpem, miſericordiam autem meã in pondera.*

22 Aperienda ſunt viſcera] *Qui enim, S. dicebat*
1. Ioan. 3. *Ioannes, habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo caritas Dei manet in eo? Viſcera autem Hebraico idiomate pro vehementi quodam pietatis affectu in ſacra ſcriptura ſæpe poni, notius eſt, quã vt declaratione indigeat.*

23 Humanitatis ſymbolum] τὸ ἔρανον τῆς χρηστότητος. ὁ ἔρανος *quemadmodum &* τὸ σύμβολον *ſiue* ἡ συμβολὴ *proprie id à Græcis dicebatur, quod quiſq; in communem cœnam conferebat, atq; etiam huiuſmodi conuiuia* ἐράνοις *appellabant, ſicut* εἰλαπίνας *lautiora quædam & magnificentiora, & quæ nuptiarum gratia celebrabantur;* γάμοις. *hinc factũ eſſe videtur, vt quicquid à pluribus ad aliquod commune opus conferatur, id* ἔρανος *dicatur. cum igitur vellet Naz. probare, debere omnes homines, pro ſua quenq; parte, hominum inopiam ſubleuare, commode admodum vſus eſt hac voce* ἔρα-

ſe ἔρανος. atq; etiam infra verbum ἐρανίζειν inde deriuatum vſurpauit, inquiens, ἄλλος ἄλλοτι τῆς συμφορᾶς πρὸς τὸ ἐλεεινὸν ἐρανίζοντες, & in pulchra illa, doctaq; agni Paſchalis interpretatione docens, lege ſancitum eſſe, vt, ſi qua domus minus poſſet ob paupertatem agnum ad immolandum per ſe ipſam comparare, tum ille per domos familiarum contribueretur, his vtitur verbis κατ᾽ οἴκους πατριῶν διὰ πενίαν ἐρανιζόμενον.

24 Omnes enim ſimiliter ſunt miſerabiles] *ὁμοίως. quomodo accipienda ſit hoc in loco vox iſta, dictũ eſt in Apolog. Schol. 73.*

25 Qui præter dignitatem aliqua opprimuntur calamitate] *παρ᾽ ἀξίαν. id nolim ita accipias, quaſi velit Naz. probare, miſerabiliores eſſe eos, qui immerito, quàm qui merito ſuo calamitate aliqua ſint afflicti: quamuis enim & id veriſſimum ſit, ſiquidem, vt ait* Cic. *Tuſc. 4. miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius, iniuria laborantis, tamen (vt patet ex altero ei oppoſito membro, quæ quidem optima eſt veri ſenſus eliciendi regula) non hoc ei nunc propoſitum eſt demonſtrare, ſed illud, maiori eos miſeratione dignos eſſe, qui præter dignitatis ac fortunæ gradum, in quo erant conſtituti, calamitatem acceperint, quàm qui ſint aduerſis rebus ferendis aſſueti: nihil eſt enim, inquit Cicero, tam miſerabile, quàm ex beato miſer; & hoc totum quidem moueat, ſi bona ex fortuna quis cadat. Quo etiam ſit, vt huiuſcemodi perſonæ in primis deligantur ab his, qui ex Tragœdiis laudem, & plauſum quærunt.*

26 A nequiſſimo iſto, abiecto, & infido corpore] *conſidera, amabo te, amantiſſime lector, & admirare, quanta vi Theologus, quantiſq;, & quàm variis tum ſententiarum, tum verborum ornamentis in corpus*

 hoc no-

hoc noſtrum inuehatur, quantaq́; ſimul pietate carnis moleſtias defleat, & aſsiduam illius cum anima ac ſpiritu luctationem conqueratur. quod ipſum & carminibus, vt erat in vtroq; ſcribendi genere excellens, elegantiſsime fecit, quæ etiam κ𝛕̄ σαρκὸς *inſcribuntur. Scite autem videtur interpres aduertiſſe vocare Naz. corpus iſtud & nequiſsimum,* μοχθηρὸν, *tanquam animæ aduerſans ac repugnans, & abiectum,* ταπεινὸν, *tanquam corpus (quomodo ſcribit Apoſtolus Phil. 3.) humilitatis, quòd ſcilicet omni per ſe ipſum honore careat, cum nihil aliud ſit quàm terra, & cinis, & infidum* ἄπιςον, *vt pote quod valetudinem, pulchritudinem, ac robur minime ſeruet, ſed cito immutetur ac peruertatur. Quæ cũ ita ſint, cur tamen ei anima Dei imago alligata fuerit, quamuis ſcire ſe primum quidem neget Naz. præ magno animi motu, mox tamen ſe ipſum colligens, aliquãtum explicat. quod ipſum etiam apertius facit & in Apol. p. 17. v. 9. & in or. in Nat. p. 230. v. 29. Qua de re licet præterea multa & præclara legere apud ſanctiſſimum & doctiſsimum virum Auguſtin. de vera Relig. cap. 15. vbi etiam aduertit corpus hominis, cum ante peccatum eſſet in ſuo genere optimum, poſt peccatum factum eſſe imbecillum & morti deſtinatum, idq́; quãquam iuſta vindicta peccati ſit, plus tamen clementiæ Dei, quàm ſeueritatis oſtendiſſe: ita enim nobis ſuaderi à corporis voluptatibus ad æternam eſſentiam veritatis amorem noſtrum oportere conuerti. quæ quidem cum his, quæ & hîc, & alibi à Theologo noſtro de eadem re afferuntur, mirifice conueniunt.*

27 Quod cum bene ſe habet, oppugnat] σώματος γὰ εὐεξία *(vt ait interpres)* καχεξίαν ψυχῆς ἀπεργάζεται. *quare ſapienter ipſe etiam Naz. & hac*

ipſa in

ipſa in oratione monet, ne ſanitatem omnem ſuſpiciamus, nec morbum plane reſpuamus. & in ep. 60. ad Eudoxium Rhetorem ſcribit, ὅτι κρείττων εὐημερίας ἀχαλινώτου νόσος φιλόσοφος, *meliorem eſſe morbum patientem, quàm proſperitatem freno carentem. At contra cũ oppugnatur, angit & cruciat: vix enim fieri poteſt, quin corporis labores atq; dolores ipſa quoq; anima participet. quod etiam confirmat S. Auguſtin. his verbis.* De moribus. Eccl. cath. lib. 1. c. 22. *corporis vinculum ne concutiatur atq; vexetur, laboris & doloris, ne auferatur atq; perimatur, mortis terrore animam quatit: amat enim illud vi conſuetudinis, non intelligens ſi eo bene atq; ſcienter vtatur, reſurrectionẽ, reformationemq; eius ope ac lege diuina ſine vlla moleſtia iuri ſuo ſubditam fore. vt non iniuria videatur his conſentiens Theodoretus animam hominis ita Deum alloquentem feciſſe*, De Prou. ſer. 9. *Corpus ego quidem ſi affligerem, in mæſtitia eram: ipſa enim viciſsim dolorem excipiebam; ſin nutrirẽ, appetebar inſidiis: quæ enim inde oriebantur inſultationes, mihi erant viciſsim ſuſtinendæ, nec quid cõſilij caperem, habebam: nã & afflictatio iſtius magnã mihi moleſtiam afferebat, & curatio acriorem efficiebat pugnam, atq; aciem excitabat. Hæc mihi & apud ſanctos Patres ſæpe legenti, & in pleriſq; quotidie non ſine animi mei dolore veriſsima eſſe cernenti, & vero etiam in me ipſo pro meis grauiſsimis peccatis crebro experienti, venit in mentem interdum, quod Sapiens de* Prou. 30. *mendicitate & diuitiis faciebat, idem de commoda & incommoda valetudine precari, infirmitatem & ſanitatem ne dederis mihi, Domine. Tentat ſanitas (dicebat etiam fortiſsimus, & ſanctiſsimus Doctor Leo) tentat* Ser. 11. de Quadrag. *infirmitas, dum & illa materia eſt negligentiæ, & hæc, cauſa triſtitiæ.*

28 Grauatus compedibus, quæ ad terram abſtrahunt,aut detinent humi] *corpus enim,quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Verba autem illa* καταπσώσαις ἢ κατεχούσαις, *duobus modis interpretatur interpres,vno quidem,vt prius ad contemplatiuum referatur intellectum, poſterius ad actiuum, quòd ſcilicet à curis ille quidem, qui habitu iam liber ſit,à corpore deprimitur, dum cogitur diuinarũ rerum contemplationẽ intermittere.hic vero,cui adhuc cum corpore certamen ſit,detinetur,cum potius eligat paßionibus ſeruire,quàm pro virtute pugnare,quæ vera eſt animæ libertas. altero autem modo,vt deprimi dicatur is,qui iam aliquantum ſeſe ab inferioribus hiſce rebus abſtraxerit, detineri ille, qui tunc primum ſe abſtrahere ſtudeat. ſit ita vtraq; & probabilis expoſitio,facilior hæc,illa ſubtilior.*

Sap.9.

29 O mira coniunctio ſimul & diſiunctio] *coniunctionem dixit ea ratione, quod oſtendit corpus animæ conſeruum eſſe,cohæredem,adiutorem, beneuolũ, amicum: diſiunctionem rurſus,quòd ſignificauit, idem eiuſdem eſſe aduerſarium,vinculum,exagitatorem,hoſtem,inſidiatorem.*

30 Quæ nam hæc eſt,quę circa me fit ſapiẽtia?] τίς ἡ περὶ ἐμὲ σοφία; φιλοσοφία *videtur legiſſe interpres. Sed & omnes, quos ego viderim, codices habent* σοφία. *& certe Naz. in orat. de recto ordine p.115.v.39.eandem eodem ferè modo ponit.* σοφίαν *autem dixit,niſi fallor, ſapientem illam Dei diſpoſitionem, qua animam corpori alligauit, ſecretiori quodam vſus conſilio. quod & Dauid fortaſſe admirans,dicebat,mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. Quam certe attulit Theologus huius facti cauſam,ve-*

Pſal.138.

ſam,veriſſimam eſſe, nemo non fateatur: nam ſi nunc humiles homunculi corporis vinclis deuincti atque conſtricti, adeo extollimur, quid tandem feciſſemus ab illis ſoluti atq; expediti?

31 Cum Dei particula ſimus ac deſuper fluxerimus] *huius dicti cauſam, quãuis & alias nõ abſurdas perſcrutatus fuerit interpres, eam tamen veriorem & ad auctoris mentem accommodatiorem ego quidẽ duxerim, vt intellectualis animæ ratione dicat nos eſſe Dei particulam: cognatæ enim diuinitati ſunt (vt ipſe affirmat in or. in Nat.) intellectuales naturæ, ac mente ſola perceptibiles. vnde etiam ad imaginem Dei facti eſſe dicimur. itemq; cum deſuper nos fluxiſſe adſcribit, indicat, animam hominis non, quemadmodum mutarum pecudum animas, ex inferiore loco, ex terra ſcilicet ortum ducere, ſed ex ſuperiore, nimirum quòd à creatore in corpus infundatur. eodẽ ſane pertinet, quòd in Apol. p. 17. v. 8. humanæ animæ præſtantiam demonſtrans, ait,* τὴν ἐκ θεοῦ, καὶ θείαν καὶ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν, καὶ πρὸς ἐκείνην ἐπειγομένην. *ac rurſus p. 28. v. 52. legis peccati, legi ſpiritus repugnantis, vim atq; conatũ exponens,* καὶ διαφθείρειν ἐπιχειροῦντος, *inquit,* τὴν βασιλικὴν ἐν ἡμῖν εἰκόνα, καὶ ὅσαν τῆς θείας ἀποῤῥοίας ἡμῖν συγκαταβέβληται. *& deniq; ne quis relinquatur dubitandi locus, eandem rem hiſce, quos ponit interpres, verſibus explicauit:* λαβὼν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, χερσὶν ἀθανάτοις τὴν ἐμὴν ἐστήσατο μορφὴν, ταύτῃ δὲ μοῖραν ἔδωκε τῆς ἰδίας ζωῆς, *cum accepiſſet Deus puluerẽ à terra, manibus immortalibus meam ſtatuit formam, huic vero partem dedit propriæ vitæ. qui tamen verſus, quantum memini, quantumq; ſcio, non extant hodie: plures enim omnino compoſuit vir in omni ſcriptorum genere facũdus, quàm*

dus, quàm qui nunc vel typis impreſsi, vel manu ſcripti leguntur, eo præſertim tempore (vt coniicio) quo Iulianus Apoſtata (quemadmodum ipſe narrat initio primæ ſuæ contra eum orationis) prohibuerat Chriſtianos gentilium ſcripta legere, non tamen, opinor, triginta millia, vt poſsit forſitan quis ſuſpicari ex quibuſdam B. Hieron. verbis, quæ in Eccl. ſcript. Catal. S. Gregorij noſtri lucubrationes enumerans, ponit: ibi enim ille (vt accuratius legenti patet) omnia complectitur, quæ quidem ad ipſius manus perueniſſent, præceptoris ſui opera, cum dicit, eum ad triginta millia verſuum compoſuiſſe, ſiue numeris, ſiue ſolutis verbis conſcripta illa quidem eſſent, eã puto ob cauſam, quod (vt ipſe B. Hieron. teſtatur in ſuo in Eſaiam prologo) ſolerent antiqui per κόμματα *&* κῶλα, *quæ vocant Græci, nos recte Cic. auctore inciſa & membra dicimus, Oratorum quoq; ſcripta perſcribere. hiq; ſτίχοι à Græcis, verſus à Latinis, nuncupabantur, ita, vt ſolerent etiam nonnunquam librarij in extrema quaq; pagina ipſum quoq; verſuum numerum adnotare hunc in modum, ſτίχοι verbi gratia* κ΄. *quem quidem in modum narrauit mihi vir fide dignus, vidiſſe ſe probatiſsimum Naz. exemplar belle deſcriptum. Quinetiã ipſi ſcriptores ſolebant aliquando, faſtigium ſuis operibus imponentes, quot ea verſibus comprehenderentur, adſcribere. quod certe mihi in mentem nunc venit feciſſe Ioſephum extremo ſuo antiquit. Iud. libro.*

32 Hæredes lucis, & ignis, ſeu tenebrarum, prout &c.] *quoniam docuit, hominem ex duabus inter ſe contrariis partibus, ſpiritu inquam & carne, conſtitutum eſſe, quarum hæc quidem deorſum, ille vero ſurſum trahit, congruenter infert, nos, ſi ad meliorem partem inclinauerimus, ampliſsimos fore, cæleſtes,* immor-

immortales, hæredes lucis. ſin ad deteriorem, abiectiſſimos, terreſtres, mortales, hæredes ignis ſeu tenebrarum. *In hunc autem modum loquutus fuiſſe videtur* Naz. *quia, vt alter ait S. Greg. natura ignis eſt, vt ex ſe ipſo & lucem exhibeat & concremationem, ſed tranſactorũ vltrix illa flamma vitiorum concremationem habet, & lumen non habet: terra enim illa terra tenebroſa, & operta mortis caligine, terra miſeriæ, & tenebrarum.* *Huic ſententiæ licet etiã S. Baſilium adſcribere: is enim exponens illud Pſal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis: hæc totidem verbis à me huc tranſlata ponit, puto autem fore, vt ignis ille, qui paratus eſt ad ſupplicium diabolo & Angelis eius, interdicatur voce Domini, ita vt, quoniam duæ ſunt in igne virtutes, altera, quæ comburit, altera, quæ illuminat, id quidem ignis quod dolorem & pœnã affert, dignis combuſtione attribuat: quod vero lucem & ſplendorem, gaudio beatorum impertiat. Vox igitur Domini intercidentis flammam ignis ac diuidentis ita, vt ſine ſplendore ſit ignis punitionis, & ſine ardore remaneat lux requietionis. neq; vero nõ etiã Theodoretus atq; Euthymius, horum duorum, opinor, ſanctiſſimorum virorum veſtigia ſequuti, idem eundem locum exponentes attigerunt.*

In Iob lib. 9. cap. 38.

Iob 10.

33 Vel temporis commutatio depulerit] *vt enim ipſe elegantiſſime exponit & in ep. 52. ad Sophronium, & in orat. ad Ciues Naz. p 128. v. 50. circulus quidam eſt rerum humanarum, nihil omnino ſtabile, nihil æquabile, nihil per ſe ſufficiens, nihil vſq; ad finem ſibi conſtans, non lætitia, non triſtitia, non diuitiæ, non paupertas, & id ſolum æquale inæqualitas habet, omnium ſcilicet rerum commutationem: omnia enim circumeunt, & hinc illuc abeunt, ac viciſſim commeant. id quod in-*

quod infra etiam in hac ipſa oratione pulchra quadam allata ſimilitudine demonſtrat, inquiens, hæc enim fluxa ſunt & caduca, ac velut in talorum ludo aliâs in alios proiiciuntur, & transferuntur, nec quidquam cuiuſquam eſt poſſeſſoris ita proprium, quin vel tempore antiquetur, vel inuidia alteri tranſmittatur.

34 Sibi ipſis ad res neceſſarias comparandas opitulandi] βοηθεῖν ἑαυτοῖς εἰς τὰ ἀναγκαῖα. *ita enim optimorum exemplarium auctoritatem ſequuti reſtituimus. quam veram omnino lectionem eſſe, apertius vt intelligas, lege eandem plane locutionem pag. 137. v. 47.* οὐδὲ τοῖς ϖειπλοῖς εἰς τὰ ἀναγκαῖα βοηθεῖν θέλοντες.

35 Vt lacrymis lacrymas vitetis] *nempe vt aliquantum lacrymarũ calamitoſis hîc impertientes, ſempiternas illas lacrymas redimatis, in quibus verſabuntur*
Luc. 13. *damnati; ibi enim erit fletus & ſtridor dentium. næ illi*
Luc. 6. *beati, qui nunc flent, quia ridebunt. riſus igitur noſter,*
Iacob. 4. *fratres cariſſimi, in luctum conuertatur, & gaudium in mærorem.*

36 Deique & à Deo miſericordiæ virtutẽ ſunt conſequuti] *oſtendit, opinor, eos, qui pauperum miſerentur, Deum hac in re, qui pater eſt miſericordiarũ, maxime imitari. tantum autem bonum neminem poſſe niſi diuino plane munere conſequi.*

37 Spectaculum propoſitum eſt oculis noſtris graue & miſerabile] *Quoniam, teſte Ariſt. 2. Rhet. eæ maxime calamitates miſerabiles ſunt, quæ oculis cernuntur, non ſine cauſa Naz. huiuſcemodi ſpectaculum oculis ipſorum dicit eſſe propoſitum, quò magis eos ad miſericordiam incitet. atq; , vt ſemel dicam, eorum, quæ ibi docet Philoſophus, ad miſericordiam commouẽdam pertinere, quid à Theologo hîc prætermiſſum ſit, nõ*

facilè

facile inuenies, quæ addiderit, fortaſſe nonnulla.

38 Qui ſoli ex omnibus ſui miſericordia pariter & odio tenentur] *rara ſane res eſt & mira: videtur enim* τὸ μισητὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου, *vt Ariſtot. verbis vtar. & quidem miſericordiam atque odium diuerſa eſſe & contraria, oſtendet ipſe etiam Naz. aliquanto pòſt, cum docebit, corporis quidẽ morbum ad miſericordiam ſanæ mentis homines excitare, animi vero ad odium.* Rhet. 2. c. 8.

39 Hic ſolum obliuiſcimur &c.] *quaſi dicat, ceteris quidem in rebus, dum corpora noſtra ſtudioſius etiam, quam oporteret, curamus, homines nos eſſe, præclare meminimus, at in calamitatibus iſtorum immemores Apoſtoli ſalutariter monentis, mementote laborantium tanquam & ipſi in corpore morantes, ita nos gerimus, quaſi obliti ſimus, nos quoque conſtare ex carnibus, & circundatos eſſe corpore humilitatis, quomodo illud appellat S. Paulus Philip. 3. abiecto videlicet, nec vlli miſeriæ nõ ſubiecto. hoc autem dixiſſe videtur, quoniam ſolent homines ſimilium ſui maxime miſereri, ſi cogitent, ſe quoque eiſdem incommodis expoſitos eſſe.* Hebr. 13.

40 Atqui iſtis ipſa etiam natura occluſa eſt] ἀλλ' ἀπεκλείσθη γε τούτοις καὶ ἡ φύσις. *pronomen illud* τούτοις *nolim ad parentes referas, ſed ad ipſos liberos: his enim profecto dicit eſſe ob morbi acerbitatem naturalem etiam parentum erga filios affectionem occluſam. id ita eſſe facilius intelligis, ſi eandem eodem ſenſu locutionem infra apertius poſitam legeris p. 137. v. 47.* καὶ τοῖς ἀτυχοῦσι τῶν συγγενῶν τὸν ἔλεον ἀποκλείουσιν, *& cognatis in miſeria conſtitutis claudunt viſcera miſericordiæ.*

41 Et hoc certè volens facit, illud vi quadam ac neceſſitate coactus] τὸ μὲν ἑκὼν, τὸ δὲ τυραννούμενος. *hoc,*

vς. hoc, inquit, vt filium pater reiiciat, volens facit, vel, vt ait interpres διὰ τὴν αἰσχύνην τοῦ γένους, *ob generis ignominiam, quòd ſcilicet putet, eum præ ingenti calamitate toti domui dedecori quodam modo eſſe, vel certe ob ſtudium propriæ valetudinis, vt ego quidem coniicio ex præcedentibus ipſius Naz. verbis, cum dicebat, tantum vnumquenque a curandis propinquis abeſſe, vt etiam in eo putaret ſui corporis ſalutem poſitam eſſe, ſi illos fugeret, atque etiam ex ſubſequentibus, dum dicit, matrem vere quidem filium amplexari, at eius carnes non ſecus, atque hoſtiles, exhorreſcere. à quo tamen tantum abfuiſſe Baſil. illum non minus beneficentia, quàm ſcientia magnum ſcribit in eius laudat. Naz. vt illos etiam curaret, amplexaretur, oſcularetur. Illud vero, vt proprium lugeat filium, vi quadam ac neceſſitate coactus facit: eſt enim id in communibus hominum ſenſibus atque in ipſa natura poſitum atque infixum, quod & ipſe Theologus non multo poſt docet his verbis,* ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τὸ συμπαθὲς ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῆς ἴσης ἀσθενείας μαθοῦσα τὸ εὐσεβὲς καὶ φιλάνθρωπον. *cui recte conſentiens S. Auguſt. te iubente inquit Domino Deo ſuo germinat anima noſtra opera miſericordiæ, ſecundum genus diligens proximum in ſubſidiis neceſſitatum carnalium, habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem, quoniam ex noſtra infirmitate compatimur ad ſubueniendum indigentibus, ſimiliter opitulantes, quemadmodum nobis vellemus opem ferri, ſi eodem modo indigeremus. naturæ autem tantam vim eſſe, vt quandam quaſi tyrannidem in nos exerceat, & vnuſquiſque, opinor, in ſe ipſo experitur, & Naz. tum aliâs ſæpe oſtendit, tum etiam in or. de pace 3. dum inquit,* νικᾷ τὴν ἔχθραν ἡ φύσις, ἧς οὐδὲν βιαιότερον, *vincit inimicitiam natura, qua nihil eſt violentius: nihil eſt enim,*

Conf. l. 13. c. 17.

enim, dicebat Latinæ eloquentiæ Princeps, appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura. Cic. de amic. *Ac rurſus in orat. de fil.* καὶ τίς ὁ τυραννήσας αὐτοῦ; οὐ γὰρ δὴ τὴν φύσιν ἐρεῖς, *& quis vim attulit ei? neq; enim profecto naturā dices.*

42 Dolorum, quos in partu ſuſtinuit] τῶν ὠδίνων. *id pluribus verbis explicandum fuit, cum non ſuppeteret vnum Latinum, quo parturientium dolorem exprimerem, quem proprie apud Græcos ſignificat* ὠδὶς παρὰ τὸ ὠθῶ, ὠθίς τις οὖσα δι' ἧς ὠθεῖται τὸ βρέφος, ἢ ἀπὸ τοῦ ὀδύνη, *quo nomine, teſte Euthymio in Pſal. 7. & parturientium dolor & ipſa parturitio ſignificatur, à verbo* οἰδαίνω *tumeo ſiue augeſco. etenim cum infans in matris vtero perſectus eſt & auctus, amplius ferri non poteſt, vnde maximos efficit dolores, cum ad exitum feſtinet.*

43 Quam mecum partitus eſt morbus acerbiſſime] ὅ μοι συνεμερίσατο πικρῶς ἡ νόσος. *ſenſus pulcherrimus, ſi recte percipiatur, & ad miſericordiam mouendam aptiſſimus: cum enim ſupra dixerit, horum miſerorum corporum partes aliquas iam eſſe à morbo conſumptas, congruenter nunc cuiuſpiam eorum matrem, quæ filij calamitatē lamentetur, ita loquentem facit, vt dicat, morbum eum ſecum partitum eſſe, quòd ſcilicet membris aliquot ſibi relictis, reliqua ipſe exederit: id enim eſt* συμμερίζεσθαι. *quo quidem verbo eodem modo vtitur non ita multò poſt, cum affirmat, partiendas eſſe cum Chriſto facultates,* Χριστῷ τὰ ὄντα συμμεριστέον.

44 Cum feris habitabis & tegumentum tibi erit petra] *poſteriora verba (vt aduertit interpres) ſumpta videntur ex Dan. 4. vbi legitur, cum beſtiis & feris erit habitatio tua, priora ex Iob 24. vbi enim Latine habemus, non habentes velamen, amplexantur lapides, Græ-*

des, Græce legitur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σκέπην, πέτραν περιεβάλοντο, *eo quòd non habeant tegumentum, petram amplexati ſunt. quæ ipſa verba ita, vt ego poſui, licet etiam apud ipſum* Naz. *legere in ea, quam rure rediens habuit, oratione p. 177. v. 7.*

45 Et quod vix credibile videatur] *res enim cõcurrunt contrariæ, ſiquidem aliquem à ſe auertere, & ad ſe conuertere, contraria eſſe, nec ſimul fieri poſſe videntur. & tamen docet* Theologus, *quo modo res ſe habebat, vtrunq; ſimul ipſorum culpa euenire incommodũ, alterum quidem, dum calamitoſos illos homines, propriæ quiſq; ſaluti timens, quaſi aliquam peſtem à ſe abigerent; alterum vero, dum ſumptui parcentes, nihil eis tecti, nihil alimenti, nihil tegumenti ſuppeditarent, ita, vt cogerentur illi dies, noctesq; huc, & illuc paßim vagari. quare ſapienter admodum & ſanctißime factum eſt, vt cum S. Baſilij plane magni, tum etiam, vt ego quidem exiſtimo, S. Gregorij, magni ne dicam an maximi? conſilio atq; opera ſalutaris vtriq; malo medicina eodem tèmpore adhiberetur, noua illa vrbe,* νοσοκομεῖον *dico, glorioſe extructa, quò elephãtiaci, quaſi noua quadam colonia, deducerentur, resq; omnes comportarentur ad eos alendos, atq; curandos neceſſariæ.*

46 Veritatis Martyrum nomine feſtos dies agentes] *valeant igitur, vel potius reſipiſcant qui ſanctorum memorias fruſtra à nobis & perperam frequentari, falſo dictitant. nam & gloria Dei ex ea re maxime augetur, & vtilitas in homines pios non mediocris ſane redundat, quemadmodum cum alij antiquißimi ac ſanctißimi Patres, tum in primis B. Hieronymus contra Vigilantium, & Damaſcenus explicarunt, atque etiam in proximo ſuperiore Tridentino Concilio ſeſſ. 25.*

ſancitum

ſancitum ac declaratum eſt.

47 Et cupiant montibus &c.] *verba quædam leguntur non diſsimilia & Oſee 10. & Luc. 23. & Apoc. 6. vt videatur Naz. non obſcure ad ea innuiſſe.*

48 Vt non nihil leuentur ſuis proferendis lamentationibus] *nam, vt notat interpres, vtq; ipſa docet experiētia, qui graui aliquo dolore opprimūtur, dū illum verbis efferunt, videntur nonnihil leuari, & eius quaſi oneris partem in illos, apud quos lamentantur, deponere: quemadmodum enim gaudium, ſi communicetur, augeri; ſic contra dolor minui ſolet.*

49 Id autem dico, quoniam &c.] *reddit, opinor, rationem cur nolit his, qui feſti diei agendi gratia conuenerant, luctus cauſam præbere; innuit enim, id ſe vitare, eorum imbecillitati ac molliciei concedentem, qui non poterant animum inducere, vt crederent, eſſe aliquando voluptati dolorem præferendum, hilaritati triſtitiam, riſui minus honeſto laudabilem fletum; nimirū id à communi hominum ſenſu abhorret. Vnde etiam apud Xenophontem 2. lib. Pædiæ, vna omnium voce exploditur triſtis ille ac ſeuerus Aglaitadas, qui id ipſum ſuis conabatur ſociis, non malis omnino rationibus ſuadere. ſed tamen & Sapiens ita ſe rem habere docebat, dicens, melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domū* Eccleſ. 7. *conuiuij: &, melior eſt ira riſu, & cor ſapientis, vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum, vbi lætitia. & vero etiam Chriſtus ipſe ſaluator non prætermiſit idem nos etiam* Luc. 6. *atq; etiam commonere, Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis & flebitis. contra vero beati, qui lugent, quo-* Matt. 5. *niam ipſi conſolabuntur. Scitè igitur B. Bernardus equum indomitum, dicebat, flagella domant, animum immitem contritio ſpiritus & aſsiduitas lacrymarum.*

50 Hiq; noſtri ſecundum Deum fratres] *cum fratres in ſcripturis diuinis quattuor modis dicantur, vt aduertit B. Hieron. contra Heluidium, natura, gente, cognatione, affectu, qui in duo ſcinditur, in ſpiritale, & in commune; in ſpiritale, quia omnes Chriſtiani fratres vocamur: in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. vltimo hic modo accepiſſe nomen hoc videtur Naz. dicens,* οἱ κατὰ θεὸν ἡμῶν ἀδελφοὶ, *oſtendens indignum eſſe, cum omnes ab vno Deo oriamur, alamur, & gubernemur, non alterum alterius, quaſi fratris, indigentiæ ſubuenire.*
Malach. 2. *Id autem interpres illis Prophetæ verbis confirmat, nun-*
quid non Pater vnus omnium noſtrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? vocem illam Pater ad Deum referens, quod & S. Thomas fecit in ep. ad Gal. 1. Lect. 5. quam tamen expoſitionem B. Hieron. in ſuis in eum locum commentariis improbat, docens ad Abraam eſſe referendam. Sed non deſunt alij clariſſimi ſcripturæ loci ad oſtendendum, omnes homines fratres eo nomine di-
Matt. 18. *ci poſſe (vt certe dixerunt ipſi etiam Euangeliſtæ, ſi pec-*
Luc. 17. *cauerit in te frater tuus, increpa illum) quòd vnum*
Deum Patrem habeāt, ex quibus vnū ſatis nunc ſit attuliſſe, quod quotidie præceptis ſalutaribus moniti au-
Matt. 6. *demus dicere, Pater noſter, qui es in cælis. Iam vero ex*
eo, quod ſequitur, qui eandem, quam nos ſortiti ſunt, naturam, idem fortaſſe voluit intelligi, quod Sap. 7. pluribus verbis explicatur, ac demum efficitur, vnum introitum eſſe omnibus ad vitam. Illud certe quod addit, qui ex eodem luto formati ſunt, à Iob 33. mutuatus videtur, vbi Græce ita legitur, ἐκ πηλοῦ διήρτησαι σὺ ὡς καὶ ἐγὼ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ διηρτίσμεθα.

51 Dum in cruciatibus philoſopharetur] *in crucia-*

cruciatibus philoſophari ille dicitur, qui ſuperatis corporis doloribus, ita diſſerit de ſeriis & grauibus rebus, ac ſi extra corpus eſſet. quod feciſſe dicuntur quidam etiam gentiles, Anaxarchus, Epictetus, Socrates, vt ipſe etiam Naz. narrat in ep. 88. ad Eudoxium. Id autem ex noſtris Iob maxime omnium præſtitiſſe tum ex his, quæ de ipſo litteris tradita ſunt, aperte perſpicitur, tum etiam B. Auguſtin. de mor. Eccl. Cathol. 1. c. 23. teſtatur his verbis: neq; illum commemorabo virum, à quo in magnis cruciatibus corporis, & horribili tabe membrorum non modo ſuſtinentur humana, ſed diuina etiam diſputantur. in cuius ſingulis vocibus ſatis elucet, ſi quis æquo animo attendat, quanti pendenda ſint iſta, quæ cum volunt homines per dominationem tenere, ab his ipſis potius per cupiditatem tenētur, & rerum mortalium ſerui fiunt, dum imperite Domini eſſe deſiderant. quæ eo libentius adſcripſi, quòd Nazianz. ſententiam planiſſime explicant.

52 Qui eundem Chriſtum induerunt ſecundum interiorem hominem] *quod ad ſenſum pertinet, nemini dubium eſſe exiſtimo, quin ſignificet, eos, quos commendat, ſacri baptiſmatis gratia eundem, quē ipſos, apud quos verba facit, Chriſtum induiſſe ſecundum interiorem hominem, mentem ſcilicet ſiue animā. verba autem dicit interpres ſumpta eſſe ex illis Epheſ. 3. in interiorem hominem habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris: at mihi quidem veriſimilius videtur, ea ex duobus aliis locis decerpta eſſe, & in vnum coacta. quorum vnus eſt ad Gal. 3. quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. alter ad Rom. 7. condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem. Quæ vero proxime ſequuntur verba, ea certe ex*

2.Cor. ſunt accepta : ibi enim & cap.1.ita legitur: Qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. & rurſus quinto, qui dedit nobis pignus ſpiritus. pignus autem, ἀῤῥαβῶνα, ſpiritus vocat Apoſtolus Dei gratiam, quæ eſt quaſi arrhabo quidam gloriæ atq; æternæ hæreditatis, quam nobis ſe daturum pollicitus eſt, ſi eam fideliter, diligenterq́; cuſtodierimus. Verum quæ deinceps ponit Naz. ſacræ ſcripturæ loca, ea quoniam & plura ſunt, & ſatis aperta, ſat fuerit in margine adnotaſſe. Id tamen nolo prætermittere, quin lectorem commonefaciam, ideo me participium illud συνανιστάμενοι, tanquam præſentis temporis indicatiuum potius, vt eſt, exiſtimaſſe reddendum, quàm tanquã futuri, quo modo videtur accepiſſe interpres, quòd putem, non eam, quæ futura eſt, reſurrectionem intelligere hîc Naz. ſed quæ nunc fit in nouitate vitæ per viuam fidem, & ſpem futuræ gloriæ. quod non obſcure innuiſſe videtur, dum ſubdit, ſiquidem compatiuntur, vt & conglorificentur. de quo quidem reſurrectionis genere infra quoq; p.136.v.31. apertius dicet. neq; vero non etiam Apoſtoli dictis id conſonat, qui huiuſmodi reſurrectionem ſæpe indicãs, præterito, ne dum præſenti tempore vſus eſt. Conſepulti ei, inquiens Coloſ.2. in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei. ac rurſus 3. Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. quæ quidem verba attendentes nonnulli, vt B. ait Auguſtin. in ep.119. ad Ianuarium, nec intelligentes, quatenus dicantur, arbitrati ſunt iam factam eſſe reſurrectionem, nec vllam vlterius in fine temporum eſſe ſperandam.

53 Mitiſſimi illius ac benigniſſimi magiſtri, qui infirmitates noſtras portauit] *ad duo hîc Matt. loca alluſiſſe videtur, primum quidem ad illud*

cap. 11.

cap.11. diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: deinde ad illud cap. 8. ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit: quamuis enim ſenſus horum verborum legatur etiam apud Eſa. 53. vnde & S. Matt. illum nominatim accepit, tamen ipſa Græca Naz. verba ſimiliora videntur his, quæ apud Euangeliſtam, quàm eis quæ apud Prophetam leguntur. Quod autem ſequitur, & humiliauit ſemetipſum vſq; ad noſtram maſſam, ſententia quidem ſumpta videtur ex 2. cap. ep. ad Phil. vbi legitur, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem. vox autem illa φύραμα, quamuis eã ab Apoſtolo mutuatus fuerit, nõ ibi tamen legitur, ſed cũ alibi, tum quod propius ad Naz. propoſitum accedit, Rom. 7. vbi figuli exemplum illud afferens, ait, an non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem &c. Cum igitur ipſe etiam homo de luto ſiue de limo terræ formatus ſit, commode tali voce vſus eſt Theologus, volens oſtendere, Dei Filium præ ſua eximia erga homines caritate non eſſe grauatum, grauiſſimam hanc noſtri corporis molem ſuſcipere: quod apertius explicans, ſubiungit, qui propter nos mendicatus eſt carnem, iſtam, indicans, eum, viliſſima hac noſtra & miſerrima carne aſſumpta, pauperem ſe quodammodo feciſſe. id nimirum eſt πτωχεύειν τὴν σάρκα, qua locutione etiam in or. in Nat. vſus eſt p. 231. v. 16. eam vero ego Latine ad verbum eo libentius reddidi, quòd occurrit, Plautum quoq;, non malum Latinitatis auctorem, dixiſſe, mendicare malum. nam verbo quidem πτωχεύειν ipſe etiam S. Paulus vſus eſt 2. Cor. 8. vbi Latine ita legimus, propter nos egenus fa-

ctus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. quem locum tangit hic ſine dubio Naz. non tamen appoſuit nomen τὴν σάρκα, quod de ſuo addidit Theologus, vt exponeret, quanam ratione egenus factus ſit Chriſtus, nec contentus hoc, addit καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος, innuens fortaſſe ad illud 2. Cor. 5. ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur; & paulo poſt, qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati; vel potius ad illud Sap. 9. Terrena inhabitatio deprimit ſenſum: ibi enim Græce eadem plane verba leguntur, τὸ γεῶδες σκῆνος, ſic itidem explicans, qua re nos ab illo ditati fuerimus, addidit τῆς ἐκείνου θεότητα. nam vt S. ait Auguſtin. factus eſt particeps mortalitatis noſtræ, vt nos participes faceret diuinitatis ſuæ. Quod vero vltimo loco addit, qui dolores pertulit, & languidus factus eſt pro nobis, eſt Eſaiæ.

54 Qui Chriſti oues ſumus &c.] *eratis enim, inquit Apoſtolorum princeps priore ſua ep. cap. 2. ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum. itemq; alter coapoſtolus Hebr. 13. Deus autem pacis, ait, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quin ipſe de ſe ipſo dicebat Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam dat pro ouibus ſuis. quod multo etiam maius eſt, quàm errantes reducere, pereuntes exquirere, & infirmas corroborare. quæ quidem verba Naz. accepit ab Ezech. 34.*

55 Extraneis, & alienis] *duo forte eodem tempore loca reſpexit, vnum quidem Eccl. 6. homo extraneus vorabat illud. alterum vero Pſal. 48. relinquet alienis diuitias ſuas. quibus eorum ſtultitia atq; inſania coarguitur,*

guitur, qui tantopere caducis hiſce bonis comparandis ſtudent, quæ propediem extraneis & alienis voranda relinquunt, quin etiam inimicis ſæpenumero atq; hoſtibus. quid vero (vt S. etiam Chryſoſt. ait) hoc miſerius poteſt eſſe, vel infelicius, quàm inimicis ſuis quenquam laborare, &, vt illi in deliciis degant, pecunias congerere? id ita eſſe cum nemo non videat & fateatur, non multi tamen corriguntur. tanta eſt hominum cupiditas. In epiſt. ad Heb. hom. 15

56 Veſtimentis mollibus & circumfluentibus] *quòd ſcilicet per totum vndiq; corpus fluant ac dilabãtur. cum igitur dixit* μαλακῇ, *videtur notaſſe leuitatẽ ac mollitudinem: cum* περιῤῥεούσῃ, *laxitatem & ſuperfluitatem. has autem voces eadem de re loquentẽ Naz. ſæpe connectere, licet videre & in laud. Cæſarij p.49. v.13. & in or. ad Patrem p.63. v.20. & deniq; in ea, qua Chriſti natalem diem celebrat, p.228. v.52.*

57 Sic enim ego quidem voco omne quod eſt ſuperuacaneum & nimium] ἀσχημοσύνην *videlicet: quamuis enim nomen hoc ſupra non poſuiſſet, poſuerat tamen verbum, vnde illud eſt deriuatum, inquiens,* ἐνασχημονήσομεν μᾶλλον, ἤπερ ἐμπρέψομεν, *vt ſcilicet oſtenderet molliores veſtes & laxiores non, vt plerique rentur, decori, ſed dedecori eſſe, ſuo quidem iudicio, quo recte rem expendens exiſtimabat, quicquid quacunq; in re ſuperuacaneum ſit ac nimium, id vocandum eſſe* ἄσχημον *ſiue* ἀσχημοσύνην. *cuius quidem, quemadmodũ & ei oppoſitæ* εὐσχημοσύνης, *omnes ferme artes, omnemq; corporum & plantarum naturam plenam eſſe, docet Plato in 3. de Rep. Dialogo, nempe quòd in omnibus hæc, aut illa inſit, ſimulq; oſtendit, hanc quidem* εὐλογίας καὶ εὐηθείας, *illam vero* κακολογίας καὶ κακοηθείας *germanam eſſe, non ſecus atq;* εὐρυθμίαν, καὶ εὐαρμοστίαν,

quæq;

quæq́; iſtis opponuntur ἀῤῥυθμίαν, καὶ ἀναρμοστίαν.

58 Oculis gratiam habentes, quod ipſorum calamitatem minus videant] *ſenſus oculorum tametſi, vt dicit Ariſt. initio ſuæ Theologiæ, maxime omniū optabilis eſt, quippe qui ad cognitionem, quam naturæ omnes homines appetunt, plurimum confert, multasq́; aperit differentias: eſt enim, ipſo etiam in Phædro affirmante Platone, omnium ſenſuum acerrimus atq; acutiſsimus, accidit tamen nonnunquam, vt videatur odioſus, quatenus ſcilicet aliqua nobis moleſta, atq; acerba patefacit. quare etiam Iſidorus de ſummo bono l.1.c.31.*
De pæn.pæ. *& S. Thomas ſtatuit apud inferos, quamuis locus ſit o-*
q.97.ar.4. *mnino tenebricoſus, quemadmodum ſupra oſtendimus Schol.32. luminis tamen aliquantum eſſe, quod ſatis ſit*
In Iob. l.9. *ad videndum ea, quæ animam torquere poſſunt: ſicut*
cap.39. *enim (alter ait B. Greg.) electis ignis ardere nouit ad ſolatium, & tamen ardere ad ſupplicium neſcit, ita è diuerſo gehennæ flamma reprobis & nequaquam lucet ad conſolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam, vt damnatorum oculis ignis ſupplicij & nulla claritate cādeat, & ad doloris cumulum, dilecti qualiter crucientur, oſtendat. Argutè igitur Theologus, Elephanticorum calamitatem amplificans, facit eos gratiam habentes oculis, qui ita eſſent affecti, vt minus poſſent, ipſorum ærumnas aſpicere. in extrema nimirum miſeria eum omnino verſari neceſſe eſt, cui id leuiſsimum ſit, quod aliis eſt grauiſsimum.*

59 Et intactis ſtragulis] *ἄψαυστα dixit ἐπιβλήματα, niſi me fallit, vel ob ſubtilitatem, quòd adeo eſſent tenuia, vt tactum quodammodo fugerent, vel potius ob dignitatem, quod ita pulchra eſſent ac precioſa, vt nefas videretur ea contingere. nam etiam in or. ad Arianos*

pag.166.

pag. 166. v. 32. de ſacri miniſterij vaſis verba faciens, quæ non licebat cuilibet attingere, inquit, λειτουργικὰ σκεύη καὶ τοῖς πολλοῖς ἄψαυστα.

60 Plus omnino, quàm auidioribus oculis expediat, ornatos] πλεῖον, ἢ ὅσον συμφέρει λίχνοις ὀφθαλμοῖς, κεκοσμημένους. *ſic velim diſtinguas, nec illud* λίχνοις ὀφθαλμοῖς, *quod quidem regitur à verbo* συμφέρει, *conſtruas cum participio* κεκοσμημένοις: *neq; enim eorum, qui nimis ſunt ornati,* λίχνους ὀφθαλμοὺς *vocat, ſed illorum, qui nimia quadam auiditate hũc in modum exornatos intuentur, non ſine ſuo maximo damno: nimius enim ornatus, vt dicit interpres, intemperantibus pernicioſus eſt. hanc autẽ eſſe vim illius vocis* λίχνος, *huncq; verum huius loci ſenſum, apertiſſime cognoſces, ſi tria alia loca legeris, in quibus eadem vtitur Naz. vnus eſt huic fere proximus, cum ſex interpoſitis verſibus dicit,* τὴν λίχνην γαστέρα: *alter in laud. Gorgoniæ pag. 54. v. 12. tertius in or. in Nat. p. 230. v. 44. neq; vero nõ maxime huic ſententiæ fauent codices illi, qui* τὸ συμφέρει *non præponunt, ſed poſtponunt* τοῖς λιχνοῖς ὀφθαλμοῖς.

61 Calices extremis digitis deferẽtes] ὀχοῦντας, *hanc probati codicis lectionem eò magis recipiendam duxi, quòd occurrit Xenophontem quoque huiuſmodi participio l. 1. Pædiæ vſum eſſe, dũ deſcriberet, quo modo ſolerent Medorum Regum ſerui à cyathis, vinum ipſis bibituris infundere. ſed quoniam locus eſt huic valde ſimilis, non grauabor illum totidem verbis huc transferre. inquit igitur,* οἱ δὲ τῶν βασιλέων τούτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι καὶ καθαρείως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην. καὶ προσφέρουσιν ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν.

62 Carnium molem refrigerantes] τὸ πλῆθος τῶν σαρ-

τ̃ σαρκῶν. *nolim intelligas earum, quæ comedendæ apponebantur, carnium, ſed ipſorum conuiuarum, quos ob luxum videtur opimo corporis habitu præditos deſcribere. & quidem propriarum carnium, non earum, quas comedebant, refrigerandarum cauſa ſolent delicatiores homines ventulo flabellis captato & auris manu quæſitis oblectari. Caue autem putes hiſce deliciis delectatum vllo modo fuiſſe Naz. quòd enim ſe vnum facit ex iis, qui iſtæc ſectentur, id inuidiæ vitandæ gratia facit, ſed vere humili eum ſede, tenuiſſimoq; victu & cultu vſum eſſe ſemper, cum ex aliis patet, tum etiam ex his, quæ ipſe de ſe ipſo memoriæ prodidit tum ſoluta oratione ad Arianos p.167.v.31. tum ornatiſſimis atq; optimis verſibus pag.1.col.2. quæ ſi attente legeris atq; etiam vitæ tuæ ratione imitatus fueris, nihil erit, quòd te pœniteat.*

63 Aëre, terra, aqua abunde &c.] *aer enim volatiles, terra terrenas, aqua aquatiles beſtias abunde nobis ſuppeditant. hæc autē parauit Deus hominibus, vt alimenta inde ſibi, non condimenta; medicamenta, non oblectamenta peterent: nam fames & ſitis, vt S. ſcribit* Confeſſ l.10. cap.31. *Auguſtin. quidam dolores ſunt, vrunt, & ſicut febris necant, niſi alimentorū medicina ſuccurrat. Quæ quoniam præſto eſt, dicebat ille, Deum ipſum affatus, conſolatione munerum tuorum, in quibus noſtræ infirmitati terra, & aqua, & cælum ſeruiunt, calamitates delitiæ vocantur his nempe, vt ſubiicit Naz. noſtro gratificamur ventri, auidiſſimo re vera atq; ingratiſſimo. venter enim S. dicebat Baſil. ſemper appetit, nec vnquam* De Ieiun. hom.1. *ceſſat, hodie accipit, & cras obliuiſcitur; cum fuerit ſaturatus, de continentia philoſophatur; cum crapulam exhalauerit, obliuiſcitur dogmatum.*

64 Propediem deſtruendo vnà cum ipſis pariter de-

ter deſtruendis eſcis] *reficimus enim eo, quem ſupræ notauimus, loco, Deum alloquens S. dicebat Auguſtin. quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo prius, quàm eſcas, & ventrem deſtruas, cum occideris indigētiam meam ſatietate mirifica, & corruptibile hoc indueris incorruptione ſempiterna. hæc autem ſanctiſſimus ille vir pie dum confitetur, eundē perſtrinxit, quē et hîc reſpexit Naz. Apoſtoli locū 1. Cor. 6. eſca ventri & venter eſcis, Deus autē & hunc, & has deſtruet. Cum vero audis, Deum & ventrem, & eſcas deſtructurum, per ventrem intellige, vt & hîc notat interpres, & ibi S. Chryſoſt. cæteriq́ eum, vt ferè ſolent, ſequuti, Græci expoſitores, non ipſum ventrem. ſed ventris & gutturis vitium, itemq́ per eſcas non ipſas eſcas. ſed eſcarum inſatiabilem cupiditatem. vel certe alteram teneto eorūdem expoſitionem probabiliorem fortaſſe, quam etiam B. Auguſtin. videtur eo, quem diximus, loco innuere, vt ſcilicet dicas, Apoſtolum his verbis prænunciaſſe quodammodo futuræ vitæ conditionē, vbi cum nulla prorſus futura ſit vllius rei indigentia, inania vtiq; iſthæc, quod ad eum, quem hîc præſtant, vſum pertinet, atq; inutilia fuerint: id enim proprie ſignificare videtur* καταργεῖν, *hoc eſt, vt ipſa interpretis verba ponam,* ἀργὸν καὶ ἀνέργητον ποιεῖν.

65 Tanquam odorum ſuauitate fragrās] ὡς ἀνθοσμίαν. *hac voce vſus eſt Naz. non ſolum hoc in loco, ſed etiam in or. in Nat. p. 229. v. 5. & hic quidem ſic illam interpretatur interpres,* ὡς εὐώδη, *tanquam odoratum, illic vero* ἀνθοσμίας δὲ, *inquit,* ὁ εὔχρους ἅμα καὶ εὐώδης οἶνος, *anthoſmias autem dicitur bono colore ſimul & odore præditum vinum. ſed non te pigeat, quod de eadem Ariſtophanis quoq; interpres ſcriptum reliquerit,*

querit, audire. is igitur in Pluto exponens illa verba οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου, *inquit*, μέλανος ἐρυθροῦ, Ὅμηρος, μέλανος οἴνοιο, ἀνθοσμίου δὲ ἡδέος, εὐόσμου, ὥσπερ τὰ ἄνθη, ἢ ὡς ἀπὸ τόπου ἀνθοσμίας, ἢ ὡς ἀπὸ εἴδους ἀμπέλου, ἢ τοῦ ἡδέος, καὶ περιόσμου, καὶ ἀνθηροῦ, *id eſt, melanos dicit rubri, Homerus quoq; dixit, rubri vini, anthoſmíu vero ſuauis, odorati, quemadmodum flores, vel tanquam à loco anthoſmias dicitur, aut tanquam à genere vitis, vel ſuauis, & perquàm odoriferi atq; fragrantis. Ac rurſus in ranis in illud carmen* Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν, ἀνθοσμίας δὲ, *ait*, ὁ εὐώδης, ἐγκειμένου τοῦ ἄνθους καὶ τῆς ὀσμῆς, καὶ γέγονε παραγωγὸν ἀνθόσμιος καὶ ἀνθοσμίας, *anthoſmias autem vinum dicitur odore fragrans, compoſito enim nomine anthus, quod ſignificat florem, & oſmes, quod ſignificat odorem, deriuatũ eſt anthoſmios & anthoſmias. hanc ergo etymologiam, vt probabiliorem, ſequutus, verti, tanquam odorum ſuauitate fragrans. ſed de hoc plura fortaſſe, quàm oportuit, dixiſſe videbimur, dum cupimus eis etiam, qui hiſce delectantur, inſeruire. Quod autem addit Naz. de alio philoſophabimur, videtur quadam cum irriſione atque adeo indignatione proferendum contra eos, qui de vinis quaſi de ſeria & graui aliqua re diſſerunt. nam quod in fine clauſulæ ponit, quaſi tyrãnus. id, vt indicat interpres, ita omnino eſt accipiendum, vt dicat, exiſtimaſſe delicatiores, ſui ne, an noſtri temporis dicam? homines non paruam ſe iacturam feciſſe, niſi adfuerit in conuiuio præter noſtratia vina. aliquod etiam peregrinum maxime probatum, quod quaſi Coryphæus quidam ac tyrannus domeſtica explodat, atque expellat.*

66 Ventris atque eorum, quæ ventri ſunt proxima, ſerui] δοῦλοι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. *eandem*

plane

plane loquutionem ponit in or. contra Eunom. p.195.v.46.eã autem viſus mihi ipſe ſum nõ incommode eo, quo feci, modo Latine reddidiſſe, quòd in mentem venit apud digniſsimum tanto præceptore diſcipulum, B. Hieronymum dico, in ep. ad Euſtochium, vbi virgines & viduas fugiendas monet ocioſas & curioſas, ita legiſſe, nulla illis niſi ventris cura eſt, & quæ ventri ſunt proxima. & quidem qui illi ſeruiat, eum his quoq; ſeruire prope neceſſe eſt: ſi enim, vt lepidus ille et politus inquit Comicus, verbum hercle hoc verũ eſt, ſine Cerere & Libero friget Venus, ſequitur, vt illud pariter verum ſit, cum Cerere & Libero calet Venus. quare & Apoſtolus Epheſios admonens, nolite, aiebat, inebriari vino in quo eſt luxuria. Terent. in Eunuch. Eph. 5.

67 Dum tempus habemus] *reſpexit, opinor, illud S. Pauli ad Gal. 6. dum tempus habemus, operemur bonum, indicantis, bonorum operum ſemina, beneficentiæ ſcilicet & caritatis erga proximum, in hac vita ſeminanda eſſe: in altera enim non ſerendi, ſed metendi tempus erit: in hoc enim agro, vt B. ait Auguſtin. Deus voluit cum lacrymis ſeminari, quod poſtea cum lætitia meteretur.*

68 Carnis humilitatem] τῆς σαρκὸς τὴν ταπείνωσιν. *quemadmodum S. Paulus Phil. 3. dixit* τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως *corpus humilitatis, ſic Naz. non multo ſecus dicere videtur* τῆς σαρκὸς τὴν ταπείνωσιν: *creber eſt enim in Apoſtolicis tum ſententiis, tum verbis imitandus. quod etiam fortaſſe fecit in his, quæ paucis interiectis ſequũtur,* μή μοι γένοιτο μήτε πλουτεῖν, τούτων ἀπορουμένων, μήτε ὑγιαίνειν...

69 Næ omnia ſunt Chriſto dicanda] *monet perfecti Chriſtiani eſſe, omnia prorſus Chriſto tradere, vt poßit quàm expeditißime, nulla re depreſſus, ex hoc inferiore ad ſuperiorem illum mundum euolare : nos enim, ſcribebat B. Hieronymus ad Edibiam, quando prauas ingredimur ſemitas, & rectã Domini viam dimittimus, & oneramur mundi diuitiis, ſiue pondere delictorum, regnum Dei ingredi non valemus. quòd ſi deponamus grauißimam ſarcinam, & aſſumamus nobis pennas columbæ, volabimus, & requieſcemus. Id autem dum docet Naz. duobus nititur Ieſu Chriſti teſtimoniis, Luc. 18. omnia quæcunq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me. & Mat. 16. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Cuius dicto audiens Apoſtolus Phil. 3. dicebat, omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. quem quidem locum videtur reſpexiſſe Naz. cum ait, ac ceterarum rerum omnium loco Chriſtum lucrifaciamus. nam quod addit, per humilitatem exaltabitur, rationẽ habuit fortaßе illius moniti Matt. 23. qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur; & qui ſe humiliauerit, exaltabitur: ſiquidem, vt idem ait Naz. initio or. in illud dictum Euang.* ταπείνωσις ἡ ὕψους πρόξενος. *& alibi,* ἀρίστη ὁδὸς ὑψώσεως ἡ ταπείνωσις.

70 Aut certe partiendæ ſunt cum Chriſto facultates] *intelligens vir omnium rerum peritus, paucos omnino eſſe, qui poßint primam arripere, ſecundam, vt in prouerbio eſt, nauigationem docet, quaſi dicat, ſi primum non potes, ſecundum ſaltem tene virtutis gradum, non poſſumus perfectos ſequi Chriſtianos, ſaltem Iudæorum, B. dicebat Hieronymus in Mal. 3. imitemur*

exordia,

exordia, vt pauperibus partem demus ex toto. itemq́ ad Edibiam ſcribens, ſi qua, inquit, vidua habet liberos, & maxime ſi nobilis familia eſt, egentes filios nō dimittat, ſed ex æqualitate eos amet, & vt meminerit primū animæ ſuæ, & ipſam putet eſſe de filiis, & partiatur potius cū liberis, quam omnia filiis relinquat, immo Chriſtum liberorum ſuorum faciat cohæredem. hoc igitur præceptum, illud conſilium eſſe videtur.

71 In vanum laborauerim] *verba hæc ex Pſal. 126. videtur ſumpſiſſe, eaq́ connexiſſe ſuperioribus ex Iob acceptis, quemadmodum ipſe per ſe teſtatur, quod dum facit, idcirco, opinor, appoſuit ad verbum illud πάλιν, iterum, quia proxima etiā ſuperiora eiuſdem ſunt, ab ipſo Iob in eandem ſententiam non multo ante prolata. Iam vero quod ſequitur, Quòd ſi horrea extruam ex mamona theſaurizans, & mamonæ &c. ex duobus acceptum eſt Lucæ Euang. capitibus, 12. & 16. vnde poteris apertiorem, ſi opus habes, huius loci expoſitionem petere. mihi quidem illud ſatis ſit dixiſſe, mamona quāuis Euthymius in Mat. 6. & S. Auguſtin. de verbis Domini ſerm. 35. dicant Hebræum nomen eſſe, tamen magis ſequendam hac quidem in re videri mihi S. Chryſoſtomi, & B. Hieronymi, illius linguæ peritiſſimi, ſententiam, qui in ep. 22. ad Euſtochium, & in 151. ad Algaſiam aſſerit, mamona non Hebræorum, ſed Syrorum lingua diuitias nuncupari. nō fruſtra autem puto Naz. cum dixiſſet ex mamona theſaurizans, mox addidiſſe, & mamonæ: poſſumus enim ex mamona Deo etiam theſaurizare ſecundum illud Luc. 16. facite vobis amicos de mamona iniquitatis, neq; hoc malum eſt, ſed illud certe peſſimum, ex mamona theſaurizare, & mamonæ, ἤγουν (vt interpretis verba ponam) τῷ δαίμονι, diabolo*

Luc. 12. *videlicet. ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & nõ eſt in Deum diues. quod & S. Auguſtin. reprehendens dicebat, Chriſtiani non recte diuidunt, cum de tanto auro ſuo maiorem partem mamonæ ſeruant, quàm Deo largiuntur. ita, vt putem ego quidem non incommode poſſe etiam apud Matt. 6. & Luc. 16. vbi legitur, non poteſtis Deo ſeruire, & mamonæ, verbum illud mamona, quod tanquam dominus, Deo vero Domino contrarius, ponitur, pro diabolo exponi, non quidem quòd mamon, vt qui-*
1. Tim. 6. *dam dixerunt, nomen ſit Dæmonis, ſed quoniam, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & quoniam omnium ille mundanorum bonorum dominus quodammodo dici poteſt, qua ratione κοσμοκράτωρ ſæpe dicitur.*

72 Et rectius credideris ventis aſſidue fluentibus, vel &c.] *attende quæſo diligenter, quàm pulchris & quàm aptis ſimilitudinibus ante oculos ponat humanarum rerum inconſtantiam & mutabilitatem, veris ac piis, cur ita à Deo comparatum ſit, cauſis allatis. & quoniam, vt in Gorgia ait Plato, καὶ δὶς, καὶ τρίς φασι καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε, καὶ ἐπισκοπεῖσθαι, non deſtitit, idem iterum ac ſæpius dicere, tum verbis ſolutis in ep. 52. ad Sophronium, tum carminibus. p. 1. col. 2. Ceterum quod ad ipſas ſimilitudines attinet, eam quidem, quam ponit nauis in mari vectæ, videtur ſumpſiſſe ex lib. Sap. 5. & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus. alteram vero nocturnorum ſomniorum ab Eſa. 29. & erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo, ſiue (vt habent 70.) ὁ πλοῦτος diuitiæ omnium gentium, & quæ ſequuntur. quæ quidem omnia operæpretium fuerit lege-*

rit legere: multum enim conferũt ad percipiendum ſenſum eorum Naz. verborum, ὧν πρὸς ὀλίγον ἡ χάρις: *oſtendit enim eos, qui in ſomnis aliquid ſibi conſequuti videantur, exiguum neſcio quod atq; inane habere oblectamentum, ſi quidem cum fuerint experrecti, vanum eſt ſomnium eorum & anima eorum fruſtra ſperauit.*

73 Qui præſentibus rebus diffidentes theſaurizant ſibi in futurum] *reſpexit, opinor, illud Tim. 6. diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo &c. theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum.*

74 Vt fiduciã habeant in ſemetipſis ad Deum] *alluſit fortaſſe ad illud B. Ioãnis, Cariſſimi, ſi cor noſtrũ non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* 1. Ioan. 3. *Quod autem ſoleat Deus aliquando caduca quoq; iſtæc bona amicis ſuis tribuere, dicit etiam in extrema or. ad ciues Naz. alteram addens cauſam huiuſmodi,* πρὸς πίστιν τῶν ὕστερον, *vt ſcilicet ſint eis quoddam quaſi pignus illorum verorum bonorum, quæ poſterius ſunt accepturi. Tu vero adde, ſi placet, & tertiam ex B. Auguſtin. nempe vt oſtendat, iſtorum quoq; bonorum non alium, quàm ſeipſum verum eſſe dominum.*

75 Vt debitã ab his, quibus res proſpere procedunt, repetant humanitatem] *vt ſcilicet quemadmodum ipſorum abundantia aliorum inopiam ſuppleuit, ſic & aliorum abundantia ipſorum inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas. quod vtinam fieret: ita enim, vigente caritate, nemo eſſet pauper.* 2. Cor. 8.

76 Non glorietur (inquit) ſapiens in ſapientia ſua.] *ſententia hæc, quæ omnem plane aufert humanæ ſuperbiæ occaſionẽ, legitur primo quidem 1. Reg. 1. non tamen in Latinis, ſed in Græcis tantum codicibus;*

deinde vero Hier. 9. cuius etiam poſteriore parte pro teſtimonio duobus in locis vtitur Apoſtolus 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. dũ inquit, qui gloriatur, in Domino glorietur.

77 Hæc enim fluxa ſunt, & caduca, ac velut in talorum ludo &c.] *licet plura in hanc ſententiã verbis quoque non ita diuerſis legere apud S. Baſ. tum in Pſal. 65. p. 219. tũ etiã Homil.* πρὸς τοὺς νέους *&c. pag. 406. Nec multo ſecus B. Hieron. quaſi præceptoris ſui ſenſum imbibiſſet animo, ad Iulianum ſcribens dicebat, iſtac & accedere poſſe & recedere, & inſtar vndarum ac fluctuum à ſuccedentibus ſibi dominis occupari. Sed vide quàm belle alius etiam præcipuus Eccleſiæ Doctor S. Auguſtin. cum eodem conueniat in afferenda cauſa, cur ab ea ſapientia, quæ exuperat omnem ſenſum (id quod de pace Dei dicebat Apoſtolus Phil. 4.) recte id comparatum ſit, vt nullum in hac vita bonum firmum, diuturnúmue eſſet: ita enim apud eum legi in ſer. 29. de ver. Domini in Luc. ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miſcet, vt alia quæratur felicitas, cuius dulcedo non eſt fallax. ac paulo poſt pia quadam vſus proſopopœia, ô munde, ait, immunde, quid ſtrepis? quid auertere conaris? tenere vis periens, quid faceres ſi maneres? quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris?*

78 Et ſi ad imaginem Dei nos factos eſſe audiamus] *Dicebat enim Deus ipſe Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sed quoniam, vt dicit interpres, nos imaginis imagines ſumus. veriſſima autem Dei imago eſt vnigenitus ipſius filius, qui ſurſum eſt apud Patrem, & ſuam imaginem trahit ad archetypum (ipſe enim de ſe dicebat Io. 12. & ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia, ſiue omnes, vt*

Græci habent codices , traham ad me ipſum) idcirco Naz. hoc ipſum dictum attendens ſubiunxit, quæ ſurſum eſt, & omnes trahit ad ſe ipſam.

79 Quis commorandi diuerſorium & habitandi ?] τίς παροικίαν , καὶ κατοικίαν ; *quoniam, vt ait Apoſtolus Hebr.13.non habemus hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus , merito Naz. non ſolum hoc in loco, ſed etiam in Laud. Cæſarij p. 45. v.45. & in or. ad Patrem p.64.v.33. hanc* παροικίαν *vocat, illã* κατοικίαν . *ſed vide quàm ſapienter ſapiens etiam ille gentilis apud Cic. de Senect. iſthæc eodẽ fere modo Latine diſtinxerit, inquiens: ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo , commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit . Quod autem ſequitur, limum profundi , accepiſſe videtur ex 68. Pſal. in quo mitiſsimus clamabat Dauid : Infixus ſum in limo profundi. Iam vero mundi rectorem* κοσμοκράτορα *tum hîc,tum in extrema or. ad Ciues Naz. vnà cum Apoſtolo Epheſ.6. appellat diabolum,non quòd mundi hanc machinam regat, quam quidem , qui eam condidit , idem & moderatur vnus Deus , ſed quia ad prauas res agendas ducem ſe præbens,videtur in improbos imperium tenere. Mortis porrò vmbram , imitatus Iob,qui paſsim ſuas deplorãs miſerias, hæc effundit verba,merito vitam hanc noſtram vocat : dies enim noſtri quaſi vmbra ſuper terram. Quid? nonne etiam Cic. na-* 1. Paral. 29.
turali ductus lumine in illo Scipionis ſomnio Africanum iam mortuum ,ita loquentem facit? immo vero hi viuũt, qui ex corporum vinculis , tanquam ex carcere, euolarunt, veſtra vero,quæ dicitur vita, mors eſt.

80 Verbi acie] τῇ τομῇ τοῦ λόγου , *cum ſatis aperte videatur alluſiſſe ad illud Hebr. 4. viuens eſt enim ſer-*

 mo Dei

mo Dei (ὁ λόγος τοῦ θεοῦ) & efficax , & penetrabilior (τομώτερος) omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem &c. per λόγον intelligendum ego quidem putarim non humanam rationem, ſed vel ipſum verbũ, Dei inquam vnigenitum filium , vel potius diuinæ doctrinæ ſermonem aut interius per inſpirationem, aut exterius per lectionem ſiue prædicationem adhibitum, quo certe ſenſu eo etiam , quem dixi , S. Pauli loco accipi fortaſſe non incommode poßit . & quidem ita accepiſſe videtur S. Auguſtin. de Ciu. Dei l. 20. cap. 21. vbi hæc verba ponit , ſermonem Dei dicit ſcriptura gladium bis acutum propter aciem geminam teſtamentorũ duûm: hũc enim ipſum (ni fallor) & ipſe indicat Apoſtoli locũ.

81 Vbi non amplius ſerpens mordens in via, nec obſeruans calcaneum & capite obſeruatus] *Duo tangit Gen. loca : cap. enim 49. ita legitur Latine, fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens: Græce vero ſic,* καὶ ἐγενήθη τῷ δὰν ὄφις ἐφ᾽ ὁδοῦ ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου δάκνων. *Tertio rurſus cap. Latine ſic, ipſa conteret caput tuum , & tu inſidiaberis calcaneo eius: Græce vero ita ,* αὐτός, *ipſe (Hebraice vero dicunt legi ipſum)* σου τηρήσει κεφαλὴν , καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. *Intelligibilis autem Dan & ſerpens (vt ait interpres) Diabolus eſt , inſidias tanquam in via tendens fugaci huic noſtræ vitæ atq; caducæ : caput vero eius, quod iubemur obſeruare , eſt initium fraudulenti conatus; calcaneus porro, qui ab ipſo obſeruatur , iter eſt & greſſus noſtri , viæq; finis. ab his igitur merito dicit Naz. liberum eum ac tutum fore, qui pacatißimæ illius & tranquillißimæ vitæ hæreditatem creuerit.*

82 Ex alto communique ſuggeſto] ἀπὸ ὑψηλοῦ, καὶ πανδήμου κηρύγματος. κήρυγμα *hîc dixiſſe videtur*

Naz. non

Naz. non ipſum præconium, ſed ſuggeſtum ſiue pulpitum, vnde illud enunciat præco, quemadmodũ & apud Latinos concio ponitur non ſolum pro oratione, quæ ad populum habetur, ſed pro loco, vnde habetur.

83 Appropinquate, inquit, montibus æternis] *mendum quod hîc in impreſſis codicibus, atq; etiam in pleriſq; manu ſcriptis latebat, qui loco Michæas habebant Amos, eo libentius, duorum probatiorum auctoritatem ſequutus, ſuſtuli, quòd alio in loco, vbi idem teſtimonium affert Naz. omnia plane exemplaria habent Michæas, is autem eſt in Apol. minore p. 38. v. 22. quo etiam in loco videtur Theologus per montes æternos intellexiſſe ſublimes illas, æternaſq; ſedes, iis à Deo paratas, qui inferioribus hiſce quaſi præcipitiis non inhæſerint. Interpres hîc cæleſtia interpretatur bona. B. Hieronymus in Michæam Angelos. Sed iſtæc omnia in eandem recidunt ſententiam. conſidera autem, quàm belle Naz. verba illa Chriſti, Surgite eamus hinc, myſtice* Ioan. 14. *interpretatus, cũ prophetico dicto faciat plane cõuenire.*

84 Poſſideamus animas noſtras in eleemoſynis] *videtur imitatus fuiſſe illud Luc. 21. in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. non iniuria autem dicuntur miſericordes animas ſuas in eleemoſynis poſſidere, quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Tob. 4.

85 Da partem ſeptem] *Verba ſunt Eccleſ. 11. per ſeptem autem dicitur ſapiens præſentem vitam intellexiſſe, quippe quæ, vt ait interpres, ſeptenario numero numeratur, & hoc numeri fundamentum habet, per octo vèro futuram, vt pote quæ hanc ſubſequatur; ſeptenarium enim numerum ſequitur octonarius. id quod eiſdem fere verbis dicunt etiam Theodoretus & Euthy-*

mius in explicando ſexti Pſalmi titulo. At S. Auguſtin. ep. ad Ianuarium 119. ſimulq́; B. Hieronym. & in eum locum Eccl. & in Mich. 5. & aduerſus Luciferianos idē dictum ad duo retulerunt teſtamenta, per ſeptem quidem vetus, per octo vero nouum intelligentes. Quin ipſe etiam Naz. quamuis ſemel hîc, atq; iterum in orat. in nouam Dominicam p. 268. v. 10. ita dictum illud acceperit, vt per ſeptem præſentē, per octo futurā vitam intelligat, tamen in laud. Patris p. 68. v. 46. propoſito deſeruiens ſuo, alteri ſententiæ idē accommodat, nempe vt verbis illis monuerit nos Eccleſiaſtes, vt non ſolum, quæ nobis ſuperſunt, ſed etiam quæ ſunt neceſſaria, demus egentibus; nec ſolum aliquot, ſed etiam compluribus ac fere omnibus. à qua quidem ſententia nec S. Hieronym. alienus fuiſſe videtur, cum initio ſui in illud cap. commentarij hæc verba ponat, ad eleemoſynam cohortatur, quòd omni petenti ſit dandum, & indiſcrete faciendum bene. Nec vero mira cuique videri debet huiuſmodi interpretationum varietas: abundans enim in ſenſibus eſt ſacrorum vatum ſpiritus. idq́; dicit S. Auguſtin. diuinitus factum eſſe, vt eiſdem ex verbis plures ſententiæ eliciantur. Eſt quidem hiſtoria (vt B. ait Hieron.) ſtricta; & euagandi non habet facultatem; tropologia vero libera, & his tantū legibus circumſcripta, vt pietatem ſequatur intelligentiæ, ſermoniſq́; contextum, nec in rebus multum inter ſe contrariis violenta ſit copulandis.

In Abac. I.

86 Neque vero quicquam dabis proprium, cum omnia ſint à Deo] *Adeo eſt tota ſacra ſcriptura huius ſententiæ referta, vt pote quæ immenſam Dei bonitatem & gratiam plurimum commendat, vt non facile ſit, quem potiſſimum locum reſpexerit Nazianz. diſpicere. ſed tamen propius videtur accedere ad illud*

1. Paral. 29.

1.*Para.29.tua ſunt omnia,et quæ de manu tua accepimus,ſiue,vt Græce legitur,& de tuis dedimus tibi. quãquam nec illud diſsimile eſt,quod ſcripſit S.Paul.1.Cor. 4. quid autem habes,quod non accepiſti? itemq́ S.Iacobus 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.*

87 In ſpeculis & ænigmatibus] *imitatus eſt Apoſtolum 1.Cor.13. cum dicebat, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. quæ poſtrema verba exponens quodammodo Naz.inquit,* τότε δὲ τὴν τελεωτέραν τε καὶ καθαρωτέραν *, contemplationi videlicet,quæ fit tanquã in ſpeculis et ænigmatibus,eam opponens , quæ perfectior eſt ac purior . ſolet nimirum ſcriptura noſtro ſeſe intelligendi modo accommodans, metaphoris ſæpe vti. ſic etiam dicentẽ facit Iacob Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciem, & Exodi 33. Loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem, non quòd Moyſes faciem Dei, quæ nulla eſt,videret,vel Diuinam eſſentiam ; id enim ipſe mox cum poſtulaſſet, reſponſum tulit huiuſmodi , non poteris videre faciem meam,non enim videbit me homo, & viuet;ſed per viſionem faciei intelligitur quædam eminens (vt S. Thomæ verbis vtar) contemplatio & familiaris infra eſſentiæ diuinæ viſionem. quam tamen nullo modo excluſiſſe Apoſtolum , intelligendum eſt, cum perfectam illam in patria viſionem indicans,dixit,tunc nos facie ad faciem* 1.Ioan.3.
viſuros,quoniam videbimus eum,ſicuti eſt.

88 Quod factus ſis Dei filius &c.] *hoc certe excellens diuinæ miſericordiæ erga homines beneficium cõfirmans Apoſtolus Rom.8. aiebat,ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro , quod ſumus filij Dei: ſi autem filij, & hæredes; hæredes quidem Dei,cohæredes au-*

des autē Chriſti. quo tamen non contentus noſter Theologus, auſus eſt maius quiddam de ſuo addere, illud inquam, atq; adeo Deus ipſe, nihil tamen nouum prorſus, aut inuſitatum afferens. ſcriptum eſt enim, ego dixi, Dij eſtis.

Pſal. 8. & Ioan. 10.

89 Intuendi cæli pulchritudinem &c.] *minora hæc præ his, quæ iam numerata ſunt, Dei beneficia ne gentiles quidem ſcriptores deſtiterūt prædicare: quin non nulla etiam ex illis præſtantioribus agnouerunt, ac Deo ſumma cum laude atq; admiratione accepta retulerunt. nam, vt ceteros ſilentio prætercam, Cic. l. 1. Tuſc. aperte fatetur, vigere, ſapere, inuenire, meminiſſe, diuina plane eſſe ac diuinitus ad nos delata. quòd ſi velim, quæ de minoribus iſtis muneribus cum ab ipſo Cic. & eo, quem citaui loco, & de Inuent. l. 1. & de Nat. l. 2. tum ab aliis memoriæ prodita ſunt, commemorare, longior omnino fuerim, et pleriſq; fortaſſe moleſtus. ſed ſaltem quid S. Auguſtin. de vera Religione cap. 29. eiſdem de rebus ſcriptum reliquerit, audire ne pigeat, non, inquit, fruſtra & inaniter intueri oportet pulchritudinem cæli, ordinem ſyderum, candorem lucis, dierum ac noctiū viciſsitudines, lunæ menſtrua curricula, anni quadrifariam temperationem, quadripartitis elementis cōgruentem, tantam vim ſeminum, ſpecies numeroſq; gignentium, & omnia in ſuo genere modum proprium, naturamq; ſeruantia. in quorum conſideratione non vana & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immortalia & ſemper permanentia faciendus. quod ſi fecerimus, vere poterimus etiā nos quodāmodo id, quod Sap. 7. ſcriptum eſt, effari: ipſe enim dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terræ, & virtutes elementorum, initium, & conſummationem,*

tionem,& medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & quæ ſequuntur, nihil prorſus ab his, quæ hîc afferuntur à Naz. aliena.

90 Tanquam in lyra concinnitas] ὥσπερ ἐν λύρᾳ εὐαρμοστίαν, *quamuis & Scipio ille apud Cic. quendam in corporibus cæleſtibus concentum viſus ſit ſibi in ſomnis percepiſſe, cum Africanum interrogans diceret, quis hic, inquam, quis eſt, qui complet aures meas tantus, & tam dulcis, ſonus? hic eſt, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu, & motu ipſorum orbium efficitur, qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit; & S. Auguſtin. ep. 28. ad B. Hieronym. ita ſcribat, Deum ſcimus, omnibus temporaliter tranſeũtibus rebus curſum ornatiſſimum atq; ordinatiſſimum dare, ſed nos iſta ſentire non poſſe; quæ ſi ſentiremus, delectatione ineffabili mulceremur: non enim fruſtra per Prophetam, qui hæc diuinitùs inſpirata didicerat, dictum eſt de Deo,* Eſa. 40. *qui profert numeroſe ſeculum. vnde muſica, id eſt ſcientia, ſenſúſue bene modulandi, ad admonitionem magnæ rei etiam mortalibus, rationales habentibus animas, Dei largitate conceſſa eſt, & Naz. eadem ferme tractans, hîc quidem lyræ ſimilitudinem afferat, in orat. vero in Nat. p. 230 v. 11. hac voce* συμφωνίᾳ *vtatur, quamuis, inquam, hæc ita ſe habeant, non tamen exiſtimo propterea ſonum vllum nobis proprie in hiſce ſtatuendum, intelligendumúe eſſe(hanc enim inanem quorundam philoſophorũ opinionem refellit etiam ſanctiſſimus Eccleſiæ doctor Ambroſ.)* In Hexam. lib. 2. c. 2. *ſed metaphorice, vt ſcilicet quemadmodum in lyra ex pluribus, diuerſiſq; chordis apte digeſtis ſentimus materialem; ſic ex multis, variiſq; corporibus cæleſtibus atq; etiam terreſtribus congruenter diſpoſitis*

ſpoſitis intelligamus ſpiritualem quendam ſonum edi. hunc nempe Naz. eo, quem diximus, loco συμφωνίαν vocauit, cunctarum videlicet totius orbis partium conſenſum & quaſi concentum. cui verbo (liceat enim his Epiſt l. 16. ep 17. in rebus Cic. verbis vti) domicilium eſt proprium in ſono, migrationes in alienum multæ. nam & naturæ, & membrorum, & doctrinarum, & actionum etiam con- De off lib. 1. centus dici poteſt. vnde ſcite admodum ipſe Cic. Vt in fidibus, ait, aut in tibiis, quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet, ſic viuendum eſt in vita, ne forte quid diſcrepet, vel multo etiam magis, quò maior, & melior eſt actionum, quàm ſonorum concentus.

91 Æquabilem diei atque noctis partitionem] ἡμέρας, καὶ νυκτὸς ἰσομοιρίαν, hāc ipſam, eadē de re pluribus verbis agēs, in or. de Theol. 2. p. 206. v. 40. appellauit ἀντιτόνητος ἰσότητα. et quidē merito: videmus enim dies ac noctes ita horas inter ſe partiri, vt modo dies noctem, modo nox diem ſuperet, modo etiam æqualem omnino partem alter alteri concedat, idq; tam certo ordine atq; Pſal. 18. admirabili, vt vere dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet ſcientiam.

92 Maris ſeſe effundentis ac ſuſtinentis latitudines] πλάτη θαλάττης λελυμένης καὶ ἱσταμένης. horum verborum interpretationem volo ab ipſo Naz. ſtatim petamus, qui in or. de Theol. 2. p. 205. v. 27. mirabilem admirans maris naturam, inquit, πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς; quomodo ſtat ſolutum intra proprios fines? & paulo poſt, πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν; quomodo & effertur, & conſiſtit, quaſi reuerens vicinam terram? ac deinceps, πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ τηλικούτῳ στοιχείῳ; quomodo arena

terminus

terminus eſt ei, tanto elemento? Demum iſtæc vnà cum beato Iob admiratus, cum eo itidem philoſophorum ex- Iob 26.
cluſis atq; etiam eluſis argutiis, expeditiſſimam huius & 38.
rei ſimul & veriſſimã cauſam affert, Dei ſcilicet mandatum, quo, tanquam arctiſſimo quodam vinculo, humida illa natura aſtricta eſt: ipſe enim circundabat ma- Prou. 8.
ri terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.

93 Quis te dominum & regem conſtituit omnium, quæ ſunt ſuper terram?] *Deus enim, cum maſculum & fœminam creaſſet, benedixit illis, & ait, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.*

94 Maſſa ac furfure] *miretur forte quiſpiam, cur, cum dixerit ſupra Naz. elephantiacos quidem omnium rerum inopia laborare, reliquos vero deliciis affluere, & conquiſitiſſimis frui epulis, nunc videatur aſſerere, hos illis maſſa duntaxat ac furfure, viliſſimis ſcilicet rebus, ſuperiores eſſe. Dixerim ego quidẽ, pretioſiſſimos quoq; cibos maſſæ ac furfuris nomine appellaſſe nunc Theologum: ita enim conſueuit honorare delicias, nẽpe quòd quæ in honore ſunt apud pleroſq;, ea nihilo pluris quàm maſſa ipſa ac furfur fieri debeant à ſanæ ac piæ mentis hominibus: quorum quidem eſt, omnia detrimentũ fa-* Philip. 3.
cere: & arbitrari vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciant.

95 Quantum eſt in fabulis] *quamuis enim etiam ſacris in litteris gigantum mentio fiat, ſecus tamen atq; in fabulis, hæ enim (vt ait interpres) gigantes finxere monſtruoſos quoſdam animantes, ipſa quoq; natura hominibus præſtantes, at illæ ipſos homines, qui ceteris videren-*

viderentur corporis proceritate ac robore excellere, gigantes vocarunt, quos etiam mox tangit Naz. Nebrod illum primo indicans robuſtum venatorem, de quo Gen. 10. deinde Enach progeniem, Iſraëlitas terrentem atq; vexantem, de qua Num. 13. & 14. tum illos, quorum ob malitiam ſtatuit Deus(vt legitur Gen 6. diluuio terram expiare.

96 Erubeſcite, qui aliena tenetis] *hoc aduertit interpres ſumptũ eſſe ex octauo libro Apoſtolicarũ conſtitutionum, quem poſtea ſexta ſynodus reprobauit, vt pote qui inſidijs appeteretur, & tanquam adulterinus notaretur ab hæreticis, ego vero in quodam Vaticanæ bibliothecæ exemplari hæc ipſa verba in margine adſcripta reperi,* τοῦτο ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ κεῖται. *ſed vbicunq; illud quidem ſcriptum fuerit, ſcitum certe eſt & ſanctum: qui enim, quæ ſibi ſuperſunt, opes aut recondit, aut non indigentibus elargitur, is iure dici poteſt aliena tenere, nec Dei æqualitatem imitari: quin pars ſacrilegij eſt, (ſcribebat ad Pammachiũ* B.Hier.) *rem pauperum dare non pauperibus.*

97 Quando pertranſibit menſis &c.] *quoniã, quæ hic affert interpres, dilucidius vidẽtur Prophetæ & ſenſum & verba exponere, quàm quæ apud alios eius expoſitores ego quidem legerim, non grauabor ea huc Latine ſumma fide transferre. inquit igitur, quãdo pertranſibit menſis & negociabimur, id eſt lucrabimur, & vberiores noſtras negociationes faciemus, paruum ſupra paruum colligentes, & vſuras ſuper vſuras inique congerentes? quandoúe pertranſibunt ſabbata, annorum videlicet, id eſt ſeptenarius annus dimißionis, & tunc aperiemus theſauros? qui enim multos theſauros poßidebant, manum comprimentes, vt annorum ſabbata tranſirent,*

tranſirent, auide expectabāt, quæ in foribus erant deinceps: tum verò fœnerabantur, vt ne dimiſſionis legibus obnoxium eſſet debitum, neúe congerentur ob ſeptimum annum dimittere debitoribus id, quod fœnori dediſſent. Vide autem & quæ deinceps ſequitur, accuſationem, vt faciamus, ait, minorem menſurā, & maius pondus &c. quod dicit Propheta, tale eſt, conſueuiſſe tenaces & auaros in miſerorum paupertatē inſultantes, paruis quidem menſuris mutuo illis dare, recipere autem ponderibus non æqualibus, ſed maioribus & grauioribus, idq́; Deo per Moyſem dicente, non erit in marſupio tuo pondus & pondus, magnum & paruum non erit in domo tua, & menſura magna & parua, pondus verum ac iuſtum erit tibi, vt longæuus ſis ſuper terram: & Salomone in Prouerbiis affirmante, pondus magnū & paruum, & menſuræ duplices abominabilia in conſpectu Domini. ac rurſus, abominatio eſt Domino duplex pondus. At iſti, quibus infamiæ notam inurit Propheta, affligebant pauperes, addictos ſibi miſeros habentes, & calceamentorum loco conculcantes: paſcua enim diuitum pauperes, vt ſcriptum eſt. Prou. 20. Eccl. 13.

98 Aliâs vero fortaſſe quidem & ipſas delicias coërcens] *hoc quoque teſtimonium, quemadmodum & ſuperius, in Amos legitur, & quidem prius, quàm illud: hoc enim 6. illud 8. cap. ſcriptum eſt, & ſub ipſius Amos nomine hoc quoq; ab eodem citatur in or. ad Patrem p. 63. v. 30. Quod igitur hîc Michææ tribuatur, id voluerunt non nulli librariorū incuria factum eſſe; non deſtiti equidem, omnes, quorum mihi copia fuit, codices conferre. at nullam plane inueni differentiam, niſi quòd vnus & alter, vbi in impreſſis legitur ἀμὼς, habent μιχαίας, vbi μιχαίας, ἀμὼς, ſed id quidem nos nihil prorſus*

adiuuat: difficultas enim remanet eadem. nec video, quomodo poſſit huius rei culpa in librarios conferri, vt enim ἀμὼς vtrobique reponas, nihil tamen proficias, niſi alia etiam auctoris verba immutes: tali enim prorſus loquendi genere vſus eſt, quali vti ſolet, cũ diuerſorum vult teſtimonia adducere, quemadmodum certe fecit in Apol. p. 24. v. 7. quòd ſi vnius ſolius propoſitum ei fuiſſet teſtimonia proferre, ſic dixiſſet, vt dixit in Apol. pag. 25. v. 23. νῦν μὲν ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασιν, οὐαὶ ὅτι οὐαὶ ἔσται &c. νῦν δὲ ἐν ἐκείνοις πάλιν, οὐαὶ ἀνθρώπου &c. quem ego quidem dicendi modum ſum hîc aliqua ex parte imitatus, dum ſtudui locum hunc, quàm minima fieri poſſet verborum mutatione, ita vertere, vt omnia apte quadrarent. Interpres aduertit ſanè, poſterius etiam teſtimonium Amos eſſe, ſed nihil amplius hîc quidem. at in or. illa ad Patrem ob grandinis plagam tacentem, hunc ipſum locũ attingens, dicit Naz. cum protuliſſet illud, ἔνθεν δὲ ὁ μακάριος μιχαίας, Michææ quidem verba dimiſiſſe, rediiſſe autem rurſus ad Amos, cuius ſunt ea, quæ affert de lectis eburneis, de vnguentis, & de organis verba. Hæc mihi quidem reſponſio, vt verum dicam, non ſatisfacit. nam præterquam quòd in Michæa, quantum memini, nihil legitur, quod poſſet apte Theologo ad id, de quo agebat, deſeruire, quid tandem erat, cur Naz. alterum ſe Michææ teſtimonium allaturum proponeret, mox dimitteret, tum ad Amos rediret? poſtremo, ne longum faciam, Naz. verba & contextum huic reſponſioni non poſſe accommodari, quin fateatur, ſi recte expendat, puto fore neminem. Quid ergo dicendum? μνημονικὸν ἁμάρτημα meo quidem iudicio confitendum eſt vnà cum Græco quodam ſcholiaſte, qui in vnius Vaticani codicis margine hoc ipſo loco verba appoſuit huiuſmodi.

ἀμὼς

ἀμῶς θέλει. ἐκ τῶν τοιούτων δὲ δείκνυται ἄσκεπτα λέγων ὁ ἅγιος. τοιαῦτα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ λόγοις εὑρήσεις. & reuera in explicatione illius Euangelici dicti pag. 190. v. 24. quod Euangeliſta fecit diſcipulos Chriſto Ieſu dicentes, id Naz. Phariſæis tribuiſſe videtur, & in ea, quam ſupra citaui, orat. p. 59. v. 14. duo eiuſdem Prophetæ Ioëlis teſtimonia ſic protulit, quaſi duorum eſſent. quo tamen in loco conatur interpres, ita eum excuſare, vt dicat, videri quidem Theologum poſterius teſtimoniũ alteri Prophetæ attribuere, non tamen ita eum facere, ſed prolatis his verbis, θρηνεῖ δὲ προφήτης ἕτερος, reuertiſſe iterum ad Ioël. eadẽ quippe reſponſio, qua & hanc, de qua agimus, difficultatem tollere conatur. cui quidẽ & ipſe aſſentiri poſſe maxime velim. ſed quæ me rationes coëgerunt, ne eam hîc probarem, eædem faciunt, vt eandem nec ibi poſſim recipere. Non equidem prætermiſi, quin, doctiſſimis etiam viris in conſiliũ adhibitis, diutius conſiderarem, an aliqua alia probabilior ſaltem poſſet excogitari. ſed cum nulla prorſus occurreret, antiquius habui, μνημονικὸν ἁμάρτημα in viro etiam grauiſſimo, tanquam næuum in pulchra facie, confiteri, quàm illud vel diſſimulare, vel aliqua minus probabili ratione purgare. in quod quidem ſcimus doctiſſimos quoq; ſcriptores incidiſſe nonnũquam, nec erubuiſſe illud ingenue confiteri, ſicut Cic. ad Att. ſcribens, quòd appelletur ait L. Curſidius in oratione Ligaria, næ erratum eſt meum, ſed, vt aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. ac rurſus, Caninium volui, ſed μνημονικὸν ἁμάρτημα. & quidem fieri poſſe, vt viri etiam quantumuis graues & ſancti, non ex libro carpentes teſtimonia, ſed memoriæ credentes, fallantur nonnunquam, videtur poſſe etiam ex B. Hieron. Comment. in Mich. cap. 5. comprobari. id autem eo minus

in noſtro quidem Theologo mirum videri debet, quòd multa erant ei ex tempore dicenda, & (quemadmodū ipſe teſtatur initio orat. in S. Athan.) ὅσα σχεδιάσειεν ἂν αὐτῷ ἡ μνήμη, *nec plane incredibile videatur, ita ſcriptis nonnulla ab aliis fuiſſe mandata, vt eſſent ab eo memoriter pronunciata. nam multos ſolitos eſſe, eius concionantis verba & clam, & pala excipere, literisq́ue mandare, licet intelligere ex extrema ipſius oratione coram* CL. *Epiſcopos habita, vbi ait, Valete meorū ſermonum audiendorum cupidi, & curſus, & concurſus, & calami tum manifeſti, tum clandeſtini.*

99 Quippe cum ſoleat ſatietas petulantiā procreare] ὡς τὸν κόρου τὴν ὕβριν τίκτοντος. *ſic in or. in Heronem pag. 159. v. 7. dixit* κόρον ὑβρίζοντα. *ſic initio or. in S. Cyprianum* κόρος πατὴρ ὕβρεως. *Per* ὕβριν *autem intelligendum ego quidem exiſtimo, tum omne genus contumeliæ ac petulantiæ, iuxta illud* Exod. 23. *ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: & Deut. 32. incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus &c. & Eſa. 8. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam &c. & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis, tum præcipue id, quod ad libidinem attinet. nam etiam in Carm. p. 1. col. 2. vocat ventrem* μαχλοσύνης μητέραν ἀτάσθαλον, *libidinis matrē pernicioſam. quem quidem tanquam optimum præceptorem* B. Hieron. *ſequutus, Luxuria, inquit, mater libidinis eſt, ventremq́ue diſtentum cibo, & vini potionibus irrigatum voluptas genitalium ſequitur. atq́ue, vt alibi dictum eſt, pro membrorum ordine ordo vitiorum eſt. Et quidem quemadmodum* σωφροσύνη *pro pudicitia & caſtitate ponitur (quo quidem ſenſu aſſerit S. Hieron. accipiendam eſſe hanc vocem*

Contra Iouin. lib. 1.

cem

cem apud Apoſtolum 1. Tim. 2. cum inquit, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης) itemq́ σωφρονεῖν pro pudicum & caſtum eſſe, vt certe poſuit Naz. in orat. de Fil. 1. p. 208. v. 46. ſic viciſsim videtur ὕβρις pro impudicitia ac libidine, vt in or. in Iulian. 1. p. 28 1. v. 37. itemq́ ὑβρίζειν pro impudicum & libidinoſum eſſe, non raro poni. ſed in re clara vnicum ſatis ſit attuliſſe teſtimonium, quod nunc mihi occurrit ex Plutarcho: is enim in eo opuſculo, quo docet, qua quis ratione poſsit ſe ſine inuidia laudare, ſardanapalicum illud referens, inquit, ταῦτ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ᾽ ἔρωτος τέρπν᾽ ἔπαθον, hæc habeo, quæ edi, & luxurioſe egi, & cum cupidine ſuauia guſtaui. cui probè ſanè probus ille Crates oppoſuit. ταῦτ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν σεμν᾽ ἐδάην. hæc habeo, quæ didici, & ſtudioſe curaui, & cum muſis grauia percepi.

100 Etiam magis illud] ἀπὸ κοινοῦ intellige ἐπικόπτων, coërcens. quod autem Propheta magis etiam, quàm ipſas delicias & luxum, coërcere nitebatur, peruerſa erat eorum opinio, qui putabant, iſtæc ſtabilia eſſe & permanentia, cum maxime ſint mobilia ac fugientia, qui ſenſus licet veriſsimus & pulcherrimus, in Hebræo non habetur, ſed 70. (vt notat B. Hieronym. tum in Coment. in ipſum Proph. tum in libello de optimo genere interpr.) de ſuo addiderunt. Iam vero cum adiungit tanquam peccatum omnium grauiſsimum, quòd deliciis ipſi diffluentes, nihil planè moleſtiæ caperent ex ærumnis, quibus conflictabatur Ioſeph, per Ioſeph, ſicut & Theodoretus in Proph. & Naz. Interpres hic animaduerterunt, intellexit genus ex ipſo Ioſeph ortũ ducens: cum enim tunc iam capta eſſet Samaria ab Aſſyriis, idq́ cognouiſſent reliquæ tribus, nullo afficiebantur

dolore; quin etiam voluptatibus indulgebant.

101 Nec recenti crimine irã adducat] μηδὲ ὁ μὲ τῇ κακίᾳ τὴν ὀργὴν ἐπάγῃ. *reſpexit, opinor, extremam partem 12. verſiculi 7. Pſal. ſecundum Græcam litteram, quæ ita ſe habet,* μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν, *quam etiã in ſua expoſitione ſequitur S. Auguſtin. Neq; vero non vulgata quoq; noſtra editio plane concordat in ſenſu: quamuis enim interrogatione vſa ſit, dicens, nunquid iraſcitur per ſingulos dies? tamen huiuſmodi interrogatio negationẽ aperte inſinuat: ſi quidem ſupra dixerat, Deum patientem, ſiue longanimem eſſe, quippe qui non ſtatim ſoleat pœnas à delinquentibus repetere. qua tamen patientia ne abuteremur, ſcite admodum ſubdit diuinus Dauid, Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit &c. ſignificans fortaſſe fore, vt, quò diutius ſupplicium diſtulit, eò grauius non reſipiſcẽtes puniat, quemadmodum recta ratio poſtulat. quod & Valerius ille Maximus videtur quodam modo intellexiſſe, cum dixit: Lento enim gradu diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicij pœnæ grauitate compenſat.*

102 Paupertatem & diuitias, libertatem, quam vocamus &c.] *Iſidorus etiam in ſuo Etymol. libro aduertit communem omnium poſſeſsionem & vnam libertatem eſſe de iure naturali, quòd ſcilicet diſtinctio poſſeſsionũ ac ſeruitus minime ſint à natura inducta. quod quidem ſeruitutis nomen culpam meruiſſe, non naturã, pulchre docet B. Gregorius 2. parte paſtoralis curæ cap. 6. atq; etiam S. Auguſtin. de Ciuit. Dei l. 19. c. 15. vbi oſtendit, noluiſſe Deum hominem rationalem, factum ad imaginem ſuam, niſi irrationabilibus dominari, non hominem homini, ſed hominem pecori. indeq; primos iuſtos paſtores pecorum magis, quàm Reges hominum*

conſtitu-

conſtitutos eſſe, vt etiam ſic inſinuaret Deus, quid poſtularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. ac deinceps notat, nuſquam nos ſcripturarum legere ſeruum antequam hoc vocabulo Noë iuſtus peccatum filij vindicaret. Libertatem autem non ſimpliciter, ſed quam vocamus ideo dixiſſe arbitror Naz. quòd, quemadmodum explicat paulo poſt, eſſet ab initio vera libertas ac diuitiæ ſola præcepti obſeruatio, ſicut vera fuit paupertas ac ſeruitus eiuſdem tranſgreßio, ob quam diſrupta eſt humani generis cognatio, & nomina introducta ſunt alieniſsima ac diuerſiſsima. eandem rem tangit Naz. & in Car. p. 1. col. 2. & in or. ad eos, qui ex Aegypto venerant, pag. 164. v. 37. vbi etiam præclare tradit veram dominationē ac ſeruitutem ex primo Dei, naturæq́ꝫ præſcripto eſſe tantum inter creatorem, & creaturas.

103 Ab initio autem, inquit, non fuit ſic] *verba ſunt ipſius Chriſti Matt. 19. qui, cum reſpondiſſet Phariſæis; Moyſem ad duritiam cordis ipſorum permiſiſſe eis dimittere vxores ſuas, ſubiunxit, ab initio autem non fuit ſic. Vides igitur illa Theologum pulchrè propoſito aptaſſe ſuo, ſimulq́ꝫ cauſam, cur non ita res ſeſe haberet ab initio, reddidit verißimam, imitatus, opinor, illud Eccleſiaſtici 15. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illum in manu conſilij ſui, adiecit mandata & præcepta ſua.*

104 Auaritiáque & cupiditas lege etiam &c. naturalem nobilitatem concîdit] *atqꝫ ita factum eſt, vt (quemadmodum ſcite animaduertit S. Ambroſius) communia amiſerimus, dum propria vindicamus. quòd autem addidit, hominum cupiditatem lege potentiæ ſuæ adiutrice vſam eſſe, humanas, vt puto, intelligit*

leges,quibus,cum natura prius communis omnium eſſet poſſeſsio, & vna omnium libertas,bonorum diſtinctio ac ſeruitus firmata eſt , quod tamen illæ , recte modo ſint conſtitutæ , temporum atq; hominum moribus ſeruientes,publicæ vtilitatis gratia , ſanxiſſe videntur, naturæ legem per additionem (vt S. Thomæ verbis vtar) immutantes.

105 Eius, qui imperium occupauit] *τοῦ κρατήσαντος, diabolum Naz. hoc nomine nuncupat, ſic ait & paulo poſt τοῦ νικήσαντος,non longe ab Apoſtolo diſcedens,qui Hebr.2. dixit,vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium , τὸν τὸ κράτος ἔχοντα. id eſt diabolum : is enim morte per peccatum illata tyrannidem in homines exercebat crudeliſsimam.*

106 Secundis rebus vigens aduerſus languentem] *ὁ τοῖς δεξιοῖς εὐθυνούμενος τοῦ τοῖς ἀριστεροῖς κάμνοντος. δεξιὰ proſpera , ἀριστερὰ aduerſa appellauit Naz. cum alios Græcos ſcriptores imitatus , tum præcipue S. Paulum 2.Cor.6. ibi enim Apoſtolus antithetis (vt S. Auguſtin. aduertit)locum quemdam ſuauiter explicans, inquit , per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem &c. Neq; vero non etiam apud Latinos quamuis in auguriis ſiniſtra quidem tanquam proſpera , dextra vero tanquam aduerſa acciperet, idem in ceteris horum verborum vſus reperitur aliquando. nam & Poëta l. 1. Georg. dixit, Arboribusq;, ſatisq; Notus , pecoriq; ſiniſter : contraq; Aeneid.8. Et nos,& tua dexter adi pede ſacra ſecundo.*

107 Ille creauit,& cum diſſoluerit,iterum cõponit] *ὁ μὲν ἐποίησεν καὶ λύσας συνάγει πάλιν. idem aliquanto apertius atq; etiam elegantius dixit in orat. in Nat. p. 230. v. 34. τοῦ καὶ συνδήσαντος καὶ λύσαντος, καὶ αὖθις*

αὖθις συνδήσοντος ὑψηλότερον. & in carminibus p. 6. col. 1. v. 7. colligaſſe autem Deus hominem videtur, cum formauit eum de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem: diſſoluiſſe, cum poſt violatum mandatum mortem permittendo dixit, puluis es, & in puluerem reuerteris. colligaturus vero iterũ eſſe, & quidem multo præſtantius atq; glorioſius, cum reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Gen. 2. Gen. 3. Philip. 3.

108 Tradens poſt omnia &c.] *ἐπὶ πᾶσι. præpoſitionem ἐπὶ datiuo iunctam, poſt, ſignificare nonnunquam, nemo eſt Græcæ linguæ vel mediocriter peritus, quin ſciat: qua etiam in ſignificatione illam Græci interpretes acceperunt Eph. 6. vbi legitur ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. volunt enim ibi nos Apoſtolum monere, vt, ſeruato fortiſſimorum militum inſtituto, poſt Zonam veritatis, poſt thoracem iuſtitiæ, poſt calceamenta præparationis Euangelij pacis, ſumamus firmiſſima illius & potentiſſima viuæ fidei ſcutum, quod quidem ordine poſtremum, rei autem magnitudine primum eſſe videtur: qua item ratione Naz. in fine or. 2. de Fil. dixit. ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων ἐκεῖνο τήρει. poſt omnia & ante omnia illud ſerua. hoc certe in loco ſic eſſe accipiendam, mihi quidem prorſus perſuadeo; puto enim propoſitum eſſe Naz. oſtendere, Deum optimum maximum poſt omnia tot, tantaq; bona, quæ etiam non multo ante explicarat, dediſſe præterea legẽ, & Prophetas. quanquam ne quis ſuſpicaretur ante legem per Moyſem latam nullam omnino extitiſſe legem, docet mox, etiam ante ſcriptam legem aliam non ſcriptam hominibus inſitam fuiſſe, optimam rerum agendarum indagatricem, nempe naturalem, quam etiam*

Zeno ille (vt refert Cic. de Nat. l. 1.) diuinam eſſe cenſebat, eamq́ vim obtinere recta imperantem, prohibentemq́ contraria. de ea autem S. Aug. ep. 89. ad Hilarium ita ſcribit. Lex eſt etiam in ratione hominis, qui iam vtitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conſcripta, qua ſuggeritur, ne mali aliquid faciat quiſq; alteri, quod pati ipſe non vult. ſecundum hanc legem præuaricatores ſunt omnes, etiam qui legem per Moyſem datam non acceperunt.

109 Poſtremo redemptionem &c.] *congrue ſingularia numeraturus* Dei *beneficia, quæ in homines poſtquam verbum caro factum eſt, contulit, dixit, poſtremo: nouiſſime enim diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quemadmodum prædixerat* Mich. *4. & erit in nouiſſimo die mons domus Domini &c. in eis autem numerandis multa deinceps perſtringit noui teſtamenti loca. nam cum inquit, redemptionem ſeipſum offerens, reſpexit illud Matt. 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animā ſuam redemptionem. cum, pro mundi vita. illud Ioan. 6. panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. cum, elargitus Apoſtolos &c. illud Eph. 4. & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos &c. cum, ſanitates, illud Luc. 13. ſanitates perficio hodie. cum, prodigia, mirabilia plane opera, quæ Chriſtus Ieſus diuina ſua virtute effecit: ipſe enim dicebat Ioan. 4. niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. cum, mortis deſtructionem, illud 2. Tim. 1. qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam. cum, trophæum de eo, qui victoriam fuerat conſequutus, illud Heb. 2. vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperiū, id eſt diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij*

Ioan. 1.
Hebr. 1.

erant ſeruituti. cum, teſtamentum in vmbra, teſtamentum in veritate, illud Hebr. 8. qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cæleſtium, ſicut reſponſum eſt Moyſi, cū &c. cū ſpiritus ſancti diſtributiones, illud Heb. 2. conteſtante Deo ſignis & portentis & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem. Cum deniq; nouæ ſalutis myſterium, illud Marc. 14. hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. itemq; 1. Cor. 11. bic calix nouū teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite, quotieſcunq; bibitis in meā commemorationem. quamuis enim per nouæ ſalutis myſterium dicat interpres poſſe nos etiam baptiſma intelligere; tamen multo magis mihi quidem probatur, vt intelligamus ſanctiſſimum precioſi corporis & ſanguinis Chriſti Sacramentum. quod certum eſt intellexiſſe in or. ad Ciues Naz. p. 130. v. 52. cum dixit, τοὺς τύπους τῆς ἐμῆς σωτηρίας, *typos meæ ſalutis. id autem auguſtiſſimum Sacramentum antiqui orthodoxæ fidei Patres idcirco mea quidem ſententia modo ſalutis noſtræ myſterium, modo etiam myſterium ſimpliciter* κατ' ἐξοχὴν *nuncuparūt, quia in eo recondito quodam & miro planè modo ſub ſenſilibus ſignis verum ac reale corpus & ſanguis Chriſti continetur, quod noſter nobis benigniſſimus Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, reliquit in ſuā commemorationem: quotieſcunq; enim manducabimus panem hunc & calicem bibemus, mortem Domini annunciabimus, donec veniat. ſed hæc hactenus, præſertim cum eadem de re plura diſſeruerimus in Apol. Schol. 194* 1. Cor. 11.

110 Quæque ad animam iuuandam valeant] *homo enim quemadmodum duabus compoſitus eſt partibus, ſic poteſt tum hac, tum illa benigne facere. quod ſcite quidem S. Auguſtin. de mor. Eccl. Cath. l. 1. c. 27.*

his ver-

his verbis docuit: homo igitur, vt homini apparet, anima rationalis eſt, mortali atq; terreno vtens corpore partim ergo corpori, partim vero animæ hominis bene facit, qui hominem diligit. ad corpus quod pertinet, medicina nominata eſt, ad animam autem diſciplina.

111 Neq; iis deſiſtas benigne facere indigenti] μηδὲ ταῦτα εὐποιεῖν ἀπόσχῃ τὸ ἐνδεῆ. *verba hæc aperte ſatis mutuatus eſt à Sapiente: Græce enim Prou. 3. ita legitur,* μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ, ἡνίκα ἂν ἔχῃ ἡ χείρ σου βοηθεῖν, *ne deſiſtas benigne facere indigenti, cum poteſt manus tua opitulari. multò vero apertius illa, petenti te tribue, à S. Luca cap. 6. quibus tamen nequis forte parcior in eam opinionem veniret, poſſe ſe miſericordiæ opera, niſi petantur, omittere, prudenter addidit, & antequã petatur. & reuera qui flagitanti quidpiam tribuit, inuitus quodammodo tribuere videtur, nec deſtinaſſe in corde ſuo. hilarem autem datorem diligit Deus. cum vero ſubdit, tota die miſerendo & commodando, recordatus eſt Dauidis Pſal. 36. dicentis, Tota die miſeretur & commodat.*

2. Cor. 9.

112 Debitum cum vſura] *vſuram, vt recte declarat interpres, vocat virtutis augmentum. quod is qui à te fuerit adiutus, tuæ doctrinæ addit nõ ſolum auditu percipiens, ſed etiam opere perficiens id, quod fuit edoctus, ac paulatim adaugens ſemina pietatis, quæ à te accepit. Hæc autem dum docuit Naz. rationem habuit parabolæ hominis illius peregre profecti, & poſt reditum quæ mutuo dederat, talenta cum vſura exigentis, quæ quidem parabola legitur Matt. 25. & Luc. 19.*

113 Siue timiditati, ſiue impietati] εἴτ' εὐλαβείας, εἴτε ἀσεβείας. *per* εὐλάβειαν *hîc, ni fallor, intelligit, non, vt aliâs ſæpe, reuerentiam quandam ac pietatẽ, ſed ni-*

ſed nimiam neſcio quam cautionem eorum, qui omnia circumſpiciunt pericula, ita vt timiditas potius dici poſſit, quam cautio, vel certe (vt belle idem dixit Naz. in or. de bapt.) ἀνδλαβὴς εὐλάβεια, *incauta cautio: ita enim ſunt humana cauenda, vt nihil tamen metuamus.*

114 Medici] ἰατρῶν παῖδες: *neq; enim velim intelligas medicorum pueros ſiue filios, ſed ipſos medicos. hoc nimirum Græcis eſt valde vſitatum, vt* ἑλλήνων παῖδας *(quo & ipſe Naz. vſus eſt initio or. de Fil. 1.) dicant ipſos Græcos,* μουσικῶν παῖδας *ipſos muſicos,* ἰατρῶν παῖδας *ipſos Medicos. quinetiam* υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων *filios hominum ſacra ſcriptura pro ipſis hominibus ſæpe dicit, vt Pſal. 10. palpebræ eius interrogant filios hominum.*

115 Timor Dei animi mollitiem] τὴν ἁπαλότητα. *hanc ſcriptorum codicum lectionem eo libentius approbaui, quòd vocem illam, quam habent impreſſi* ἀπατηλότητα *nuſquam me legiſſe memini. nam ſi* ἀπατηλότης *diceretur* ἀντὶ τῆς ἀπάτης, *congruus videretur illinc quoque ſenſus elici poſſe, ad eos illam referendo, quos ſupra dixit putare, elephantiam morbum eſſe contagioſum,* λόγοις ματαίοις ἠπατημένοις, *rationibus vanis deceptos. itaque id, quod ſequitur, antecellat his, quæ carni blandiuntur ratiocinationibus, pietas, quædam fuerit explicatio illius, quemadmodum ſi legamus* ὁ τοῦ θεοῦ φόβος τὴν ἁπαλότητα, *quædam fere videri poßit explanatio eius, quod præcedit,* νικησάτω τὴν δειλίαν ὁ οἶκτος.

116 Tibi derelictus eſt pauper] *verba ſunt Pſal. 9. à ſancto Dauide, dum Deum alloqueretur, prolata: quamobrem congrue admodũ Naz. iis ſubiunxit, tanquã Deo, ſimulq; oſtendit, ſperare ſe, fore, vt auditores, qui ſibi ipſis plurimũ tribuebant, flectat ac moueat, illorũ eos Deos appellãs, quorũ reuera erãt ſecũdũ Deũ fratres.*

117 Quam-

117 Quamuis te à beneficiis accipiendis alienet alienus] καὶ εἰ ἀλλοτριοῖ σὲ τοῦ εὖ παθεῖν ὁ ἀλλότριος. *verba ſatis inuoluta, nec ſententia admodũ aperta, ſed vtraq; nos conabimur, interprete nõ parum adiuuante, dilatare tibi, cariſsime lector, atq; explicare.* τὸν ἀλλότριον *igitur appellat diabolum, quo vere nihil eſt ab homine* Ioan. 8. *alienius, ſiquidem ille homicida erat ab initio, atq; etiã in* Pſal. 18. *vbi canimus, ab alienis,* ἀπὸ ἀλλοτρίων, *parce ſeruo tuo: eodem ſenſu eadem dictio commodiſsime accipitur, auctore Euthymio ac* Theodoreto, *qui etiam cur dæmones* David *alienos nuncupet cauſam reddens, merito, ait, ipſos alienos appellauit, vt inimicos, & hoſtes, & penitus nolentes nobiſcum familiaritatem habere. quod autem voce illa* ἀλλότριος *vſurus, præmiſit* ἀλλοτριοῖ σὲ τοῦ εὖ παθεῖν, *& ſuauem quandam pro Græca linguæ felicitate attulit alluſionem, quam nos quoq; conati ſumus* Latine, *quantum licuit, ſeruare, & loquutione vſus eſt tum aliis, tum ſibi vſitata: venit enim nunc mihi in mentẽ, cum initio orationis ad* Ciues Naz. *eandem plane, apertiorem tamen, poſuiſſe, dum dicit, deplorare* Hier. τὸν ἰσραὴλ ἀπειθοῦντα καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἀλλοτριούμενον, *Iſraëlem inobedientem, & à Dei benignitate alienatum. Iam vero ſenſus huius loci is erit pulcherrimus, & clariſsimus, vt dicat* Naz. *magnã offerri diuitibus ad benignitatem erga pauperes exercendam occaſionem, tametſi diabolus, quæ ipſius eſt inuidia, non permittens eos egentium miſereri, alienet ipſos à Dei beneficentia, quam ſolet his, qui inopes vel minimo affecerint beneficio, largiſsime rependere.*

118 Vt leuet manum ſuam Deus contra eos, qui tollunt ceruices] *alluſit ad illud Pſal. 73. Leua manus tuas in ſuperbias eorum. id autem, vt hîc notat interpres,*

interpres,& Euthymius illic, dictum eſt, metaphora ab iis ſumpta, qui aduerſarium percuſſuri, manum extollunt, vt veniat plaga vehementior. qua itidem ratione dixit Eſ.5. extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. ac paulo poſt, ſed adhuc manus eius extenta, ὑψηλή, parata ſcilicet ad vulnus infligendum.

119 Modò ſit pro facultatibus] *non temere hoc addidit: ſunt enim quidam diuites, qui modicum quidpiam in pauperes erogantes, putent ſe pietatis officio cumulate ſatisfeciſſe, viduæ illius exemplo confiſi, parum* Marc. 12. *attendentes, tantam ei quidem laudem præ ceteris à Ieſu tributam eſſe, quòd, vt ipſe ſtatim declarauit, alij ex eo, quod ipſis ſupererat, in gazophylacium miſiſſent, at illa è penuria ſua omnia quæcunq; habebat, miſerit to-* 2. Cor. 8. *tam ſubſtantiam ſuam: ſi enim voluntas prompta eſt, ſecundum id, quod habet, accepta eſt, non ſecundum id, quod non habet. at cui aurei ſuppetunt numi, is nolim minutos aſſes tribuat. argentum habes, pilos ne offeras* Exod. 25. *caprarum. audi pium illum ac religioſum Tobiam, quomodo potueris, ita eſto miſericors. ſi multum tibi fuerit,* Tob. 4. *abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguũ libenter impertiri ſtude.*

120 Magnum eſt miſero ſolatium miſeratio, quæ ex animo proficiſcatur] *incredibile eſt, quantæ nobis leuationi eſſe ſoleat, aliquem habere quem noſtri miſericordia teneat, quiq; nobiſcum ſimul doleat, ſiue quod ille doloris noſtri, vt quibuſdam videri poßit, quaſi grauioris cuiuſdam oneris partem ſuſcipiat, ſiue potius, quod magis probaſſe videtur Ariſt. quia amici præſentia* Ethic lib. 9. *cum ſit iucunda, & id ipſum, quod intelligimus, ſocium* cap. 11. *nos & conſortem doloris habere, dolorem noſtrum valde minuit. ſed quacunq; de cauſa id quidem accidat,*

certe ac-

certe accidere , ita verum eſt,vt oppoſitum in extrema calamitate numeretur . quare etiam Dauid in gentes prauidens miſerias atq; ærumnas , quas noſtra cauſa Chriſtus Ieſus erat perpeſſurus, ſuſcepta ipſius perſona,
Pſal.68. *cantabat, Suſtinui,qui ſimul cõtriſtaretur,& non fuit; & qui conſolaretur,& non inueni. neq; vero non etiam Cicero id ſe in illo ſuo grauiſſimo caſu expertum eſſe fatetur,dum Ser. Sulpitio ita ſcribit: Quantũ enim præſens me adiuuare potueris & conſolando,& prope æque dolendo,facile ex eo intelligo,quòd litteris tuis lectis,aliquantum acquieui. nam & ea ſcripſiſti, quæ leuare luctum poſſent , & in me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti.*

121 Legalis profunditatis ac duplicis ſenſus] *διπλόης . quid hac voce intellexerit Naz. ſatis patere arbitror ex his,quæ ſcribit initio or. de Theol. 2.vbi dicit, legis tabulas vtrinq; fuiſſe conſcriptas ob ea , quæ in ipſa erant aperta,& ob ea,quæ erant occulta, illa quidẽ multis ac deorſum vergentibus, hæc verò paucis,ac ſurſus tendentibus. & quidem tota ſacra ſcriptura quadã aperta continet, quæ (vt S. Auguſtin. verbis ad Voluſianum vtar) quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor loquitur indoctorum atq; doctorum; quædam vero in myſteriis occultat . atq; hæc introſpicere , dicit Theologus, imitatus Apoſtolum 1.Cor.2. eſſe eius, qui omnia ſcrutatur & cognoſcit,ſpiritus.*

122 Qui quidem antiquius habent benefi-
Act.20. cium dare , quàm accipere] *Næ illi beati : beatius enim eſt magis dare , quàm accipere. nimirum iſti pro-*
Pſal.15. *xime accedunt ad Deum , qui bonorum noſtrorum non eget, qui, vt inquit S. Auguſtin. nihil à nobis quærit: &*
Iacob.1. *væ nobis, ſi eum non quæramus. qui deniq; dat omnibus affluenter,*

affluenter, & non improperat. ſed quotus quiſq; eſt, cuius manus, ſpreto illo ſapientiſſimo monito, non ſit porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta? nimirum accipere quidem beneficia (ait Ariſtoteles) pleriq; volunt, conferre autem fugimus tanquam inutile. & tamen ipſe etiam affirmat, virtutis eſſe, magis beneficium conferre, quàm accipere. Eccl. 4. Eth 8. in fine. Eth. 4. in princ.

123 De noſtris ſapientibus?] περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σοφῶν. *oſtendit de Chriſtianis ſe loqui, qui eiuſdem erãt fidei charactere inſigniti, quibus opponit* τοὺς ἔξωθεν *nempe Græcos, ſiue mauis gentiles, tanquam ſint extra noſtrum cœtum, congregationemq; poſiti. qua itidem ratione in extrema fere or. de Theol. 2. dixit,* ἔφη τὶς τῶν ἀλλοτρίων, *Platonem ſane indicans.*

124 Mercurio tanquam quæſtuum præſidi] τῷ κερδῴῳ: *ita enim ſine controuerſia legendum eſt, vt etiam legitur in orat. contra Iulian. 1. p. 300. v. 28. eſt autem Mercurij epithetum, quem quaſi quæſtuoſum quendam Deum, & lucri conciliatorem numerabant antiqui illi gentiles. vnde verba illa Timonis apud Lucianum theſaurum effodientis,* ὦ ζεῦ τεράστιε, καὶ ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; *illum enim cupiditas acquirendi excogitauit. Quare belle, opinor, huc alludens Cic. Gallo illi, qui ſigna ei quædam malè emerat, hunc in modum ſcribebat, Martis verò ſignum quò mihi pacis auctori? gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe: hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe. Mercurij mallem aliquod fuiſſet, felicius puto cũ Auiano tranſigere poſſemus.* Sap. 14.

125 Homines quibuſdam dæmonibus immolare] *Tauros populos dicit interpres homines immolaſſe Artemidi,* ἄρτεμις *autem dicebatur Diana, quaſi inte-*

gra ob perpetuam virginitatẽ, vt explicat Plato in Cratylo. atq; ipſe etiam Naz. in carminibus ad Nemeſium indicat, morem fuiſſe Taurorum, hoſpites immolare. S. autem Athan. in or. contra idola ponit non ſolum Scytharum, qui Taurici dicebantur, inhumanum iſtũ fuiſſe morem, ſed etiam Aegyptiorum, Phœnicum, Cretenſiũ, & priſcorum Latinorum. Adde & Cic. qui in orat. pro M. Fonteio refert Gallos vſque ad eam diem retinuiſſe illam immanem, ac barbaram conſuetudinem hominum immolandorum. quod latius etiam explicat Cæſar in ſuis comment. de bello Gallico lib. 6. adeo apud multos inhumanitas erat (vt ait Naz.) μέρος εὐσεβείας,
Aeneid. l. 8. pars pietatis. ſic ille apud Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Quod autem ſequitur, mali malorum, πονηροὶ πονηρῶν, δαιμόνων ſupplendum eſt, dæmonum; ἱερεῖς, καὶ μύσται. quos hic ἱερεῖς, μυσταγωγοὺς dicit in or. in Nat. p. 229. v. 11. quo quidem in loco commodior dabitur occaſio horum nominum explicandorum.

126 Veréque è terra voces &c.] tria pauciſſimis verbis perſtringit ſacræ ſcripturæ loca, cum dicit, è terra voces edant, Eſ. 29. & erit quaſi Pythonis de terra vox tua. cum aëra loquantur, 1. Cor. 14. eritis enim in aëra loquentes. cum, in aures bene intelligentes, Eccleſ. 25. vbi enim vulgata noſtra editio habet, beatus, qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iuſtitiam auri audienti, Græce legitur, μακάριος, ὃς εὗρεν φρόνησιν, καὶ ὁ διηγούμενος εἰς ὦτα ἀκουόντων, beatus, qui inuenit prudentiam, & qui narrat in aures audientiũ. quod quidem teſtimonium tribus etiam aliis in locis, verbis aliquantum immutatis, citat Naz. in Apol. p. 22. v. 47. in or. de pace 2. p. 120. v. 55. & in or. contra Eunomi. p. 195. v. 29. Totidem vero locis memini idem me apud

dignum

dignum tanto præceptore diſcipulum B. Hieron. legiſſe in comment. in Mich. 7. in Malach. 3. & in procemio 6. lib. in Eſa. quo quidem loco Prophetæ illud attribuit, Prophetæ nomẽ, opinor, latius accipiens pro ſapiente viro, & vera dicente. quod puto ſore, vt non ita mirũ cuipiam videatur, ſi recordatus fuerit, eundẽ in ca. 1. Hier. dictũ illud, cani autẽ ſunt ſenſus hominis, quod legitur Sap. 4. (quẽ quidem librũ ipſe Philonis eſſe coniicit, atq; etiam S. Dionyſius videri poſſit alterius potius cuiuſpiã ſapientis viri, quàm Salomonis eſſe, putaſſe, cum teſtimonium ex illo proferens, dicat, καὶ ἐν ταῖς προσαγωγαῖς De Diuin.
τῶν λογίων εὑρήσεις τινὰ λέγοντα) ſub nomine Prophetæ nom. cap. 4.
protuliſſe. neq; vero non etiam B. Greg. teſtatum reli- 2. p. paſt.
quit Prophetas in ſacro eloquio nonnunquam doctores cur. cap. 4.
vocari, qui, dum fugitiua eſſe præſentia indicant, quæ ſunt ventura manifeſtant. Quid? nonne Apoſtolus ipſe ad Tit. 1. Epimenidis Poëtæ teſtimoniũ producens, Prophetam eum appellat, quòd vera de Cretenſibus ciuibus ſuis dixiſſet?

127 Eiuſdem nimirum eſt Deo &c.] *Iſtæc igitur, ſi Theologo credendum eſt, vt certe eſt, ſeſe conſequi videntur, vt, ſi quis vere exiſtimet, bona ſe, quæ habet, à Deo habere, eundem probabile ſit, iis recte & ex Dei voluntate vti; ſin minus, haud facile credendum videatur, id eum ex animo putare. hac velim, fratres cariſſimi, ſtatera ſe vnuſquiſq; noſtrum examinet; atq; ita demum iudicet, quàm gratus & quàm memor ſit diuinorum erga ſe meritorum.*

128 Quandiu materia &c.] *cum enim, inquit interpres, corpora noſtra materia prædita ſint, materiæ inordinationem, immutationemq; participarunt, & materiæ legibus ea, quæ materia conſtãt, obnoxia ſunt,*

& fluctus mobilitatem, inconſtantiamq́; imitantur. ita vt ſatis nunc quidem nobis conſtare non poſsit, ob improbitatémne hic quidem deprimatur, ille vero ob improbitatem extollatur, an potius è contrario. nam, vt ait
De Ciu. Dei lib. 20. c. 2. *S. Auguſtin. neſcimus quo iudicio Dei bonus ille ſit pauper, malus ille ſit diues; iſte gaudeat, quem pro ſuis perditis moribus cruciari debuiſſe mœroribus arbitramur, contriſtetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuiſſe perſuadet. quæ quidem, & quæ deinceps conſequuntur, cum his, quæ hîc ponit Naz. plane conueniunt.*

129 Tanquam aurum in fornace, probatus] *reſpexit, vt puto, illud Sap. 3. tanquam aurum in fornace probauit illos, atq; etiam fortaſſe illud Prou. 17. ſicut igne probatur argentum & aurum camino.*

130 Vt audiuimus] *nimirum ex Iob lib. cap. 14. 15. & 25. cui etiam tanquam veritas veritati conſonat illud Dauidis Pſal. 142. non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, & Prou. 20. quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? & Iac. 3. in multis enim offendimus omnes, & 1. Ioan. 1. ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quod nos ne committamus, fratres, ſed quamuis alius alio melior appareat*
Iob 15. *hominibus, tamẽ certo nobis perſuadeamus, in conſpectu Dei ne cœlos quidẽ eſſe mundos, & quantumlibet profecerimus, neceſſarium eſſe nobis dicere, dimitte nobis debita noſtra, vt ait S. Auguſtin. ep. 29. ad S. Hieron. vbi quidem atq; etiam apud ipſum B. Hieron. l. 1. contra Pelag. & ep. 146. ad Damaſum plura potes, ſi lubet, in hanc ſententiam pie conſcripta legere.*

131 Tale quodpiam in diuina ſcriptura myſterium] *myſterium id dicit, quod multi olim probi ac iuſti viri;*

ſti viri, qui viderentur hominibus omni felicitate digni, maximis incommodis & calamitatibus affecti fuerint, occultiore aliquo, iuſtiſsimo tamen Dei iudicio, cuius aliqui volentes reddere rationem, in fabulas vanitatis abierunt, arenam enim maris (vt legitur Eccleſiaſtici 1. quem locum mox reſpexit Naz.) & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Scite ſane S. Auguſtin. Apoſtolum & ipſe imitatus, de profunditate iudiciorum Dei dicebat, admiratione exclamare poſſum, diſputatione demonſtrare non poſſum. ac rurſus, quæris tu rationem, ego expaueſcam altitudinem, ô altitudo diuitiarũ ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? tu ratiocinare, ego mirer; tu diſputa, ego credam. altitudinem video, ad profundum non peruenio. requieuit, quia inuenit admirationem, nemo quærat à me occultorum rationem. De ver. Apoſt. ſer. 7. & 22.

132 Quis cognouit mentem Domini?] *verba ſunt Eſ. 40. vbi enim vulgata noſtra editio habet, quis adiuuit ſpiritũ Domini? Græce legitur,* τὶς ἔγνω νῦν κυρίου;

133 Quis ſapiens & intelliget iſta?] *verbum illud quis, ſolet plerunq; ita poſitum inferre potius (vt notat Origenes in epiſtolam ad Rom. libro 8. & S. Ambroſ. de pœnit. l. 1. c. 8. itemq; S. Hieron. in Amos 3.) difficultatem vel raritatem, quàm impoſsibilitatem, quaſi dicas, quis putas? & quidem hunc in modum accipiendum videtur in Pſal. 106. & in Oſee 14. quibus duobus in locis hæc verba leguntur, atq; etiam in hac ipſa oratione ſupra p. 136. v. 21. vbi idem adducit teſtimonium, ſignificans non quemlibet poſſe, terreſtria hæc ſpernenda eſſe & appetenda cœleſtia, intelligere, ſed eum, qui ſapientia præſtet ceteris. hîc tamen, ni fallor, ponitur non ſolum pro raro vel difficili, ſed etiam pro impoſsibili: videtur enim propoſitum hic eſſe Naz. oſtẽdere,*

dere, neminem, quantumuis ſapientem, poſſe omnino inſcrutabilia Dei iudicia perſcrutari, ſed qui vere ſit ſapiens, eum ſane confeſſurum, eſſe illa quidem prorſus incomprehenſibilia. id nimirum eſt τῷ ἀνεφίκτῳ μετρεῖν τὸ ὑπὲρ μέτρησιν. *intelligere ſcilicet ea, cum ſint immenſa, comprehendi nullo modo poſſe: hoc enim (quod ad hanc rem pertinet) intereſt inter ſapientem & inſipientem, quòd ſapiens percipit, Dei iudicia profunda, immenſaq́ue eſſe, inſipiens ne id quidem. Nimis profundæ (cantabat Dauid) factæ ſunt cogitationes tuæ, vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. vnde etiam B. Gregorius ſuper Iob 36. ita ſcriptum reliquit: Quidquid de claritate magnitudinis Dei ſcimus, infra ipſum eſt; & tanto ab eius ſcientia longe repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendiſſe ſuſpicamur. cuius tunc aliquid quaſi ex parte cognoſcimus, quando eum digne cognoſcere non poſſe, ſentimus. & ante hunc alter præcipuus Eccleſiæ Doctor, ſic ſunt, dicebat, incomprehenſibilia requirenda, ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe, qui, quàm ſit incomprehenſibile quod quærebat, potuerit inuenire, nempe, vt ipſe ait Naz. in or. de Nat. pag. 229. v. 34. id ſolum de Deo plane percipi poteſt, quòd immenſus eſt atque infinitus.*

Pſal. 91.

S. Auguſtin. de Trin. l. 15. cap. 2.

134 Quamuis enim ob aliquam aliquando vtilitatem & mali incommodis &c.] *ſententia ſane pulchra, & acute à Theologo excogitata, ſed ita preſſe dicta, vt neceſſe duxerim, eam aliquanto latius Latinis verbis explicare. neque vero non plurimum ad eam percipiendam contulerit, nonnulla audiſſe, quæ S. Baſil. in ea Hom. qua docet, non eſſe malorum auctorem Deum, ſcripta reliquit. declarans igitur, quæ nos mala vocamus, ea nobis vtilitatis noſtræ cauſa à prudenti & bono Domino inferri, inquit, diuitias quidem aufert ab his,*

qui ma-

qui male eis vtuntur, vt ipſorum inſtrumentum ad iniquitatem præcidat, morbum vero inuehit his, quibus ſatius eſt, impedita, quàm expedita ad delinquendũ habere membra. εὐπάθειαν *autẽ hîc dixit* Naz.*quod ſupra p.135.v.51.* εὐπραγίαν, *huius ſcilicet vitæ commoditatẽ ac proſperitatem, contraq́ꝫ* δυσπάθειαν δυσπραγίαν, *incommoditatem atqꝫ infelicitatem. ſic etiam ſupra pag. 134. v.16. (quod durius videatur)* συμπάθειαν *poſuit non pro condolentia (vt ita dicam) vel naturæ conuenientia, ſed pro calamitatis communione.*

135 Sed hoc eſſe conſtat ſolum futuri temporis] *in die enim iudicij (vt ait S. Auguſtin. de* Ciu. Dei *l.20. c.1. & 2.) nullus erit imperitæ querelæ locus, cur iniuſtus ille, & ſit felix, & cur iuſtus ille infelix. omniũ nanqꝫ tunc non niſi bonorũ vera & pleniſſima felicitas apparebit, vbi hoc quoqꝫ manifeſtabitur; quã iuſto iudicio* Dei *fiat, vt nunc tam multa, ac pene omnia iuſta iudicia* Dei *ſenſus, menteſq́ꝫ mortaliũ lateant; cũ tamen in hac re piorũ fidem non lateat, iuſtum eſſe, quod latet.*

136 Licet hoc videre in corpore &c.] *præclaris ſane & apertis exemplis allatis, docet, eam etiam, quæ nobis apparet, inæqualitatem quandam habere apud eũ æqualitatem: nam, vt ait* B. *Auguſtin. ſingula in ſuis locis, naturiſq́ꝫ vigent, pulchroq́ꝫ ordine diſponũtur, multumq́ꝫ vniuerſitati rerum pro ſuis portionibus decoris tanquam in communem remp. conferunt: ſed nos huius ordinis decus propterea non delectat, quoniam parti eius pro cõditione noſtræ mortalitatis intexti, vniuerſum, cui particulæ, quæ nos offendunt, ſatis apte, decenterq́ꝫ conueniunt, ſentire non poſſumus.* De Ciu. Dei l. 11. c.22.

137 Siquidem & artificis prima illa circa materiam inordinatio atq; inæqualitas &c.] *omnia,*

De Gen. cõtra Man. l. 1. cap. 16. S. inquit Auguſtin. *Pulchra ſunt conditori & artifici ſuo, qui omnibus vtitur ad gubernationem vniuerſitatis, cui ſumma lege dominatur, id autem homines non intelligunt: ſi enim in alicuius opificis officinã imperitus intrauerit, videt ibi multa inſtrumenta, quorum cauſas ignorat, &, ſi multũ eſt inſipiens, ſuperflua putat, quorum tamen vſum quoniam nouit artifex, inſipientiam eius irridet, & verba inepta non curans, officinam ſuam conſtanter exercet. & tamen tam ſtulti ſunt homines, vt, & cetera, quæ poteris apud ipſum commodius legere, mihi ſatis ſit, & locum monſtraſſe, & aliqua etiam adſcripſiſſe his, quæ à Naz. dicuntur, affinia.*

138 Neque enim patiuntur, Deum ſe ſapientiorem eſſe, ſi &c.] *nihil ſane fieri poteſt iſtis vel ineptius, vel arrogantius, qui æquo animo ferre non poſſunt, Deum ſe ipſis ſapientiorem eſſe, & quarum rerum cauſas ipſi aſſequi nequeunt, earum nullas plane eſſe autumant, & à Deo omnium ſuarum actionum rationem quodammodo repetunt. nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic?* Rom 9. *Nobis vero, dicebat S. Auguſtin. in quibus eam contemplari minus idonei* De Ciu Dei l 12. c 4. *ſumus, rectiſſime credenda præcipitur prouidentia conditoris, ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere, vanitate humanæ temeritatis audeamus.*

139 Vel laboraſſe in indaganda ratione &c.] *duabus enim viis videtur recte quidpiam ab homine percipi poſſe, vel labore ac ſtudio, idq; aut per ſe ipſum, aut* 1. Cor. 8. *per eos, quibus donum hoc fuerit tributum; neq; enim* 1. Cor. 12. *in omnibus eſt ſcientia, ſed alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum; vel, quæ optima eſt via ac præſtantiſſima, vitæ puritate, in quam ſæpe ſolet fons ille ſapientiæ veræ*

tiæ veræ ſapientiæ riuum deriuare.atq; etiam in patria, dicit B. Auguſtin. eò quenq; perſpicacius diuinæ maieſtatis eſſentiam viſurum, quò hîc vixerit purius.

140 Et ſunt ob inſipientiam ſapientes, vel ob ſapientiam, vt ita dicam, nimiam inſipientes.] *hoc quidem dicere videtur, quoniã multæ litteræ (quod & S. Paulo obiectum eſt) ad inſaniam conuertunt, niſi adſit ſpiritus, & dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. illud vero, quia quemadmodum is eſt vere ſapiens, qui fatetur, ſe nihil ſcire, ſic proprium eſt inſipientis, ſapientem ſe profiteri, nec vlla maior eſt inſipientia, quàm ſibi ipſi ſapientem videri.* Act. 26. Rom. 1.

141 Hinc alij quidem fortunam & caſum inſtituerunt] *tres deinceps ponit falſas Philoſophorum opiniones, primo eorum, qui fortunam & caſum introduxerunt, de quibus potes, ſi vacas, multa Ariſtotelem diſſerentem legere 2. Phyſicorum cap. 4. 5. & 6. deinde eorum, qui Aſtrorum motibus res noſtras connecti dictitabant, atq; ipſam etiam connexionem irrationabili neceſſitati neſcio cui aſcribebant. quos & duobus aliis in locis carpit, in orat. ad Heronem p. 159. v. 1. & in or. de Theol. 2. p. 206. v. 49. tum eorum, qui quidem vſq; ad orbem Lunæ prouidentiam deduxerunt, infra non item. quarum opinionum primam quidem interpres adſcribit Epicureis, quos etiam S. Athan. initio opuſculi, de humanitate quod inſcribitur, eo nomine accuſat, quòd caſu & fortuito omnia nata eſſe dictitarent, ac diuinam prouidentiam funditus tollerent; alteram Chaldæis, quòd etiam facile perſuadere poſſint ea: quæ de eiſdem ſcripta reliquit Cic. de Diu. l. 2. tertiam vero Ariſtoteli, id quod ipſe quoq; Naz. videtur innuere in extrema oratione contra Eunom. ibi enim Ariſtotelem*

nominatim perſtringens, hæc verba ponit, βάλλε μοι ἀ-ριστοτέλους τὴν μικρολόγον πρόνοιαν, *abiice, quæſo, Ariſtotelis minutam & anguſtam prouidentiam, quòd ſcilicet ea tantum, quæ ſupra nos ſunt, ad ipſam pertinere arbitraretur, cetera non item. quod idem probatur ſenſiſſe Ennium, ex duobus illis carminibus, quæ è ſuis legũtur apud Cic. de Diu. l. 2. Ego Deum genus eſſe ſemper dixi, & dicam cælitum, ſed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.*

142 Fabulis quibuſdam & vmbris] *vocare ait interpres Theologum fabulas & vmbras caſum & fortunam, vt pote quæ nullam habeãt exiſtentiam, nec de vllo feruntur, dicunturúe ſubiecto. mihi tamen videntur verba illa referenda non ſolum ad eos, qui caſum & fortunam ponebant, ſed etiam ad illos, qui ſyderum connexionem ſtatuebant; quiq́ negabant, diuinam prouidentiam res humanas attingere, atq́ adeo ad omnes, qui huiuſcemodi aliqua commenticia, futiliq́ allata ſententia, de ſumma Dei prouidentia detrahebãt. quos etiam in vniuerſum exploſiſſe videtur S. Paulus multo ante Naz. ad Rom. ſcribens, hoc enim voluit Naz. cũ dixit,* αὐτοὺς προλαβὼν ὁ λόγος ἐμύνατο: λόγον *enim pro ſacra ſcriptura ſæpe ponit, vt in or. de Theol. 2. p. 206. v. 51. & de Nat. pag. 230. v. 25. vbi etiam apertius hoc oſtendemus.*

143 Si quid ipſa vobis cordi eſt ratio, rationis ipſi participes cum ſimus, & rationis cultores]. εἴ περ τι μέλει τοῦ λόγου λογικοῖς οὖσιν ἡμῖν, καὶ λόγου θεραπευταῖς. λόγον *hîc dicit Dei filium, qua in ſignificatione quamuis aliquando Latini & orationem & ſermonem vſurpauerint, plerunque tamen verbo vſi videntur, quo & ipſe libentius omnino vſus ſum omnibus in locis, niſi ſicubi*

aliquid

aliquid eſſet annexum , cuius gratia magis videretur congruẽs,ac prope neceſſarium,rationem vertere. Quod & hoc in loco, & initio or. in Nat. accidiſſe, potes, vel me tacente, facile intelligere. λόγος *autem id eſt verbum dicitur Dei Filius, (vt Theologus ipſe declarat in or. de Fil. 2.pag.218.v.24.) quòd eo modo ſe habet ad Patrem,quomodo verbum ad mentem, non ſolum propter impaßibilitatem generationis,ſed etiam propter cohærentiam & vim enunciandi.*

144 Noſtrum ſiue factorem, ſiue formatorẽ] τὸ ἡμέτερον εἴτε ποιητὴν εἴτε πλάστην. *factorem dixit, ſi interpretem audias, propter animam,formatorem propter corpus, ſecundum illud Pſal. 118. manus tuæ fecerunt me,& plaſmauerunt me : factor enim nullius alterius rei indigens, ex ſua ipſius potentia & facultate facit id, quod facit; formator vero operationis potentiã ex materia accipiens,opus conſtruit.*

145 Per contraria traducatur,quæ &c.] *nempe, vt inquit interpres.per morbum & ſanitatem,per diuitias & paupertatem,& huiuſcemodi res tum proſperas, tum aduerſas, quarum rationem idcirco fortaſſe dicit Naz. eſſe hominibus ignotam, vt hinc etiam ad ſupremam illam rationem, Deum inquam ipſum, admirandam excitetur. adde quòd (vt B.inquit Auguſtin.) occultatio aut humilitatis exercitatio eſt, aut elationis attritio.* De Ciu. Dei l. 11.c. 22.

146 Nequè diuitiis fluentibus ſimus addicti] *in memoriam redigit ſaluberrimum illud Pſal.61. monitum, diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere,* πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ. *quæ verba admirabiliter admirabilis Baſilius exponens,admirare,inquit,vocem,fluxa eſt diuitiarum natura,torrente citius eos, qui ipſas habent, prætercurrunt,*

runt, aliâs ad alios ſolent viciſſim commeare. ſicut fluuius ex alto delatus, appropinquat quidem his, qui aſtãt crepidini: ſimul ac autem tetigit, ſtatim recedit, ſic etiã diuitiarum facilis lapſus celerrimum habet & præcipitem aduentum, quippe qui modo ad hos, modo ad illos ſoleat deflecti. hodie huius eſt ager ille, cras illius, mox alterius, & quæ ſequũtur: quibus quidem horum externorum bonorum fallaciam ac vanitatem ante oculos apertiſſime ponit, ac demum ſtatuit, non debere nos ad ea nimium adhærere, ſed vſum tantum ex eis capere, non tanquam verum aliquod bonum illa adamãtes, atque amplexantes, ſed quaſi quoddam illius adipiſcendi inſtrumentum adhibentes. id quod ita omnino faciendũ eſſe, ſeparatim etiam eleganti illa Homilia, περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς *quæ inſcribitur, ſalutariter docuit. neque vero non etiam Latini ſancti Patres frequentes in eandem iuerunt ſententiam. de quibus, ne longior ſim, non nulla, quæ nunc mihi occurrunt, ex S. Auguſtin. ſatis fuerit decerpſiſſe. Is igitur in Ioã. Tract. 10. haſce nobis proponit minas, Væ his, qui inhærent trãſeuntibus, quia ſimul tranſeunt: nonne omnia vt fluuius præceps currens in mare? ac rurſus Homilia 37. ad vſum, ait, aſſumẽda ſunt iſta, non eis vinculo amoris quaſi glutino hærendum eſt. quæ quidem non ſolum cum his, quæ iam poſuit Naz. aptiſſime conueniunt, ſed etiã cum iis, quæ ſubiungit, dum inquit, & quaſi animæ partem in ea inſumentes,* καὶ οἷον τῆς ψυχῆς τι ταύτῃ προσαναλίσκοντες, *quo eodem fere dicendi modo S. etiam Baſil. vſus eſt initio Homil. in principium Prou. ibi enim Salomonis in Eccl. inſtitutum explicans, dicit, eum aperire nobis mundi huius vanitatem,* ὥστε μὴ ἡγεῖσθαι περισπούδαστα εἶναι τὰ παρερχόμενα, μηδὲ τοῖς ματαίοις προσαναλίσκειν

συναλίσκειν τῆς ψυχῆς τὰς φροντίδας, nec mirum, quibus cor erat pene vnum, eos eaſdem ſententias eiſdem ſæpe locutionibus memoriæ mandaſſe, his præſertim in rebus, quarum vna deberet in animis bonorum omnium conſignata eſſe notio: quis enim ſanæ mentis non fateatur, hominẽ, cum medius quodammodo inter cæleſtia bona ac terreſtria conſtitutus ſit, oportere, iſtis aut omnino, aut magna ex parte relictis, ad illa toto pectore contendere, intelligentẽ, quantum quiſq; animæ ad hæc fragilia, caduca, fluxa applicauerit, tantundẽ vnà cum ipſis perditurum. id quod ipſe etiam Theologus viſus eſt pulcherrimis hiſce verſibus dolere, ἄλλοτε μέν τε θεῷ τείνω νόον, ἄλλοτε δ' αὖτε ἕλκομαι ἐς κόσμοιο κακὴν χύσιν. οὐκ ὀλίγην ῥ μοῖραν ἐμῆς ψυχῆς λωβήσατο κόσμος ἀπείρων. quidni? vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Matt. 6.

147 Nequis forte Iob &c.] *μή που τὶς καὶ ἰὼβ &c. quaſi dicat, non deſperantes fieri poſſe, vt inter ægrotos aliquis etiam, patientiſsimo illi Iob perſimilis, exiſtat, quamuis non ita nobis quidem ſit manifeſtus. non diſsimile eſt illud 2. Tim. 2. μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν, ne quando Deus det illis pœnitentiam, ſiue ne forte, vt legit S. Auguſtin. de Gen. contra Manich. l. 2. c. 22. vtq; omnes videntur Græci interpretes interpretari, aduertentes, ſolere nos hunc modum dicendi in rebus dubiis, atq; incertis vſurpare.*

148 Etiam ſi ſanie ſcateat] *κἂν τῷ ἰχῶρι ζέῃ. ſic dixit Dioſcorides σκωλήκων ζέειν, vermibus ſcatere. ſic l. 1. Arg. Apoll. πυρὸς ζέειν αὐτμήν, ignis ſcatere halitum. rationem autem habuit Naz. eorum, quæ dicuntur Iob 2. vnde colligitur, illum Dei ſeruum tanta, poſt quam à ſathana percuſſus eſt vlcere peſsimo à planta pedis vſque ad verticem eius, ſcatuiſſe ſanie, vt teſta*

eam ra-

eam raderet ſedens in ſterquilinio.

149 Et paupertatem probemus gratias agentem ac patientem] καὶ πενίαν ἐπαινεῖν εὐχάριστον καὶ φιλόσοφον. *quo modo in ep. 60. ad Eudoxium* νόσον *dixit* φιλόσοφον, *ita hic* πενίαν, *ſapientem ſcilicet, ac vero Philoſopho, Chriſtiano inquam, dignam, cuius eſt patienter omnia vitæ huius incommoda ferre, & pro iis Deo gratias agere, atq; adeo gloriari in tribulationibus, ſcientis, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem. Exemplum autem iniuſti diuitis & patiētis pauperis ſumpſit Naz. ex Luc. Euang. 16.*

Rom. 5.

150 Os obſtruamus] ἐπιστομίζωμεν, *hoc eſt ita conuincamus, vt ne mutire quidem audeant : eſt enim* ἐπιστομίζειν, *vt declarat Ariſtoph. interpres in equit.* καταστγάζειν, μὴ δὲ φωνὴν ἐᾶν προϊέναι. *eo quidem Naz. frequens vtitur; atq; etiam Apoſtolus ſemel vſus eſt ad Tit. 1. vbi enim Latina editio habet, quos oportet redargui, B. autem Hieron. in Agg. 2. legit, quibus oportet imponere ſilentium. Græce legitur,* οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, *pro quo poſuit idem Apoſtolus ad Rom. 3.* στόμα φράττειν. φιμοῦν *vero in eadē ſignificatione & 1. Pet. 2. & Matt. 22. ſemel atq; iterum reperitur.*

151 Contra noſmetipſos crudelitatis legem ſtatuentes] *quemadmodum enim miſericordia miſericordiam promeremur, ſic crudelitate crudelitatē; qua enim menſura menſi fuerimus, remetietur nobis.*

Marc. 4.

152 Eleuatam manum contra inobedientes] *reſpexiſſe videtur illud Pſal. 105. non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis: non exaudierunt vocem Domini; & eleuauit manum ſuam ſuper eos, vt proſterneret eos in deſerto. quod tamen amplificans,*

pliſicans, & propoſito aptans ſuo Naz. ſubiungit, manum Domini in eos, qui duriores ſint atq; inhumaniores, magis etiam, quam in inobedientes intentam eſſe, & ad feriendum paratam.

153 Id eſt palpebra præſtantius ac potius] *argute admodum Theologus noſter, quintum 10. Pſal. verſiculum rei, de qua agit, accommodans, præter alios omnes, quos viderim, expoſitores interpretatur, oculos quidem præſtabiliorem intuitum ac potiorem, palpebras vero inferiorem ac poſteriorẽ; vt intelligas, quanto ſunt oculi palpebris digniores, tanto fere eſſe Dei intuitum, quo reſpicit pauperes, præſtantiorem eo, quo reliquos homines intuetur. & quidem videtur huiuſmodi ſenſus non incommode poſſe Pſalmo etiam congruere, ſi Græcam litteram ſpectes, ſin Hebraicam, non item; negant enim eam habere vocem illam in pauperem, cuius loco Theodoretus legit in terram.*

154 At dicat forte quiſpiam pro his inopibus &c.] *quoniam, quæ ſupra attulit Pſalmorum teſtimonia, eò ſpectant in primis, vt probent, non ſinere Deum inultas eſſe pauperum iniurias, ipſi autem illud potius propoſitum erat demonſtrare, ſolere Deum gratias eis referre, qui bene de pauperibus mereantur, oſtendit nũc, loco, quem dicunt à contrariis, vſus, id etiam ex illis elici & confici poſſe; quos enim iniuriis oppreſſos vindicamus, pro his certe ſolemus beneficiis affectis gratias referre.*

155 Si enim, qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, honorat certe opificem is, qui eius opus amplectitur] *priore propoſitione ex Prou. 17. ſumpta, poſteriorem ipſe, loco nixus à cõtrariis, eduxit. quanquam Salomon quoq; eodem in libro cap. 14. vtranq; explicauit, qui calumniatur egentem, exprobrat*

factori

factori eius,honorat autem eum, qui miſeretur pauperis: is enim eſt vere proximo ſuperiori oppoſitus, & ſecundum Hebraicam litteram germanus ſenſus. nam quòd Græce legimus, ὁ δὲ τιμῶν αὐτὸν, ἐλεεῖ πτωχόν, qui autem honorat eum,miſeretur pauperis, id, opinor, ob Hebræorum contigit idioma.qui participio(vt audio eos factitare, participium pro verbo præſentis temporis ponentes) tum in ſubiecto tum etiam in prædicato (quomodo nos loquimur) ſtatuendo vſi ſunt. Sed Græce aptius fortaſſe & apertius huius loci ſententia ſic explicaretur, τιμᾷ δὲ αὐτὸν, ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, honorat autem eum,qui miſeretur pauperis.quo plane modo habet vulgata noſtra editio.

156 Rurſus cum audis] *rurſus dixit,quia hoc etiā teſtimonium, quemadmodum & proximum ſuperius, ex Sapientis ore exceptum eſt, Prou.22.vbi latine legitur, Diues & pauper obuiauerūt ſibi,vtriuſq; operator eſt Dominus. cuius falſam interpretationem non ſine cauſa remouet Theologus,quoniam hi,qui obolis parcētes, negabant, ſubueniendum eſſe elephanticorum calamitati, hoc argumento nitebantur, quòd dicerent, à Deo id factum eſſe,vt cum ipſis quidem optime,cum illis vero peſſime ageretur. recte igitur oſtendit Naz. tātum abeſſe,vt ſapientis dictum iſtis ſuffragetur,vt etiā maxime aduerſetur, cum oſtendat, non eſſe diuitibus ſpernendos pauperes,ſed potius tanquam fratres amplectendos,quippe qui eundem planè, quem ipſi, quod ad naturæ dignitatem attinet,patrem & creatorem agnoſcant. à qua quidem præceptoris ſui interpretatione,videtur non longe receſſiſſe B.Hieron.cum eadem Sapientis verba exponens, hunc in modum ſcripſit, neq; diuitem propter diuitias honores,neq; pro inopia pauperem deſpicias,*

deſpicias: ſed hoc in vtroq; meritò venerare, quia opus
ſunt diuinum, & ad imaginem Dei facti ſunt.

157 Qui redditurus eſt in tempore] *eo, opinor,*
quod Apoſtolus, quaſi decurſo ſpatio, ad calcem iam cũ
appropinquaret, dicebat, in reliquo repoſita eſt mihi co- 2.Tim.4.
rona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iu-
ſtus iudex: tunc enim dicet rex his, qui à dextris eius e-
runt, venite benedicti patris mei, poßidete paratum vo-
bis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim, & de- Matt.25.
diſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere.
Quî? quando? reſpondens rex dicet illis: Amen dico vo-
bis, quandiu feciſtis vni de his fratribus meis, mihi feci-
ſtis. veriſsimum eſt igitur eum, qui miſeretur pauperis,
fœnerari Deo, quia (vt B. explicat Hieron.) ideo ero-
gat modica temporalia, vt ab eo recipiat ampliora æter-
na. hæc nimirum dixit Naz. τ̀ ἐπικαρπίαν *vſuram ſiue*
fructum: nec abſurde, ſiquidem & apud Sapientẽ Græ-
ce legimus, καρπὸς ἀνδρὶ ἐλεημοσύνη, *fructus eſt homi-*
ni eleemoſyna.

158 Per miſericordiam & fidem purgantur
peccata] *dictum eſt eiuſdem Salomonis Prou. 15. cui*
concinne admodum Theologus, perſtans in metaphora,
duo alia nectit ſcripturæ loca, dum ſubdit, eluamus pul-
chra hac herba animarum ſordes atq; maculas, & de-
albemur alij velut lana, alij ſicut nix: primum enim re-
ſpexit ad illud Hierem. 2. ſi laueris te nitro & multi-
plicaueris tibi herbam Borith, vt B. Hieron. ex Hebræo
vertit. nam 70. hîc quidem πόαν *ſimpliciter tranſtule-*
runt, in Malach. vero 3. πόα πλυνόντων *herba lauantiũ,*
ſiue fullonum, vt etiam habet ibi vulgata noſtra editio.
eſt autem, vt dicit hîc Naz. interpres herba quædam,
purgandi vim habens, qua contrita ad veſtes purgandas

vtuntur, & ab effectu σμῆγμα, *purgamentum, eam vocant. proprio autem vocabulo eandem dicit vocari* δορύκνιον, *dorycnium, cuius quidem Plinius, tanquam veneni cuiuſdam, ſæpe meminit, affirmans, nomen ab eo traxiſſe, quòd cuſpides in prælijs tingerentur illo, paſſim naſcente. B. autem Hieron. ſcribit, eam iuxta ritum prouinciæ Palæſtinæ in virentibus & humectis naſci locis, & ad lauandas ſordes eandem vim habere, quam & nitrum. rectè igitur ei Naz. aſſimilauit eleemoſynam; quæ à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam: quamq; ſi dederimus; ipſo Chriſto affirmante, omnia munda erunt nobis. deinde autem reſpexit Naz. ad illud Eſa. 1. ſi fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbuntur; &, ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt. lanæ quidem albedinem, vt potè minorem, his, qui minorem, niuis vero, vt potè maiorem, his, qui maiorem in pauperes miſericordiam impertiunt, attribuens: id enim, opinor, voluit, cum dixit,* κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς εὐσπλαγνίας. *ſic itidem Apoſtolus Rom. 12. indicans Prophetiæ munus nequaquam in omnes ſine vllo delectu atq; diſcrimine æqualiter effundi, ſed pro ſua cuiq; fidei ratione, proportioneúe impertiri, inquit,* κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

(Margin: Lib. 21. c. 31 — In Hier. 2. — Tob. 2. — Luc 11.)

159 Addam aliquid etiam formidabilius] *formidabilius id dicit, quòd videatur eleemoſyna his etiam ad ſalutem conſequẽdam neceſſaria eſſe, quibus nullum inſit animæ vitium. & reuera quis eſt, quin terreatur, dum audit Matt. 25. fore, vt hi, qui à ſiniſtris regis erunt, in ignẽ æternum deiiciantur, non quòd hoc, aut illud facinus commiſerint, (vt ipſe etiam Naz. dicet poſterius) ſed quia pietatis officia omiſerint? ſcribit certe Auguſtin. vir ſanctiſſimus ac doctiſſimus, diuitem illum,* cuius

(Margin: De ver. Apoſt. 21. & Hom. 7.)

cuius mentio ſit Luc.16.propter ſolam inhumanitatem, qua contemnebat pauperem ante ianuam ſuam iacentem, nec congrue, digneq́ paſcebat, mortuum, & in inferno ſepultum eſſe. & quidem nihil videtur Chriſtiano homini magis neceſſarium eſſe beneficentia, quippe quæ maxime omnium declarat dilectionem erga proximum; qua ſane dilectione, tanquam inſigni quadam & propria nota veros Chriſtianos ab aliis diſtingui, Chriſtus ipſe docuit, dicens, In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Ioan. 13.

160 Siquidem nullum ineſt tibi vulnus &c.] *intendit animum ad illud Eſ.1.vulnus, & liuor, & plaga tumens, quæ cum ſint corporis paſſiones, ad animæ affectiones tropologice transfert Theologus, & vulnus fortaſſe vocat, vt ait interpres, mutuas inter ſe diſſenſiones & contentiones, & quæ hinc oriuntur ſchiſmata: liuorem vero ſubdolum cor, plagam autem tumentem animi ex irrationabili exiſtimatione elationem. hæc ad verbum interpres. Quid ſi per vulnus, cordis, per liuorē, oris, per plagam tumentem, operis peccatum intelligas? Iam vero quod, in cœpta permanens metaphora, addit de animæ lepra, ſumpſit ex Leuit.13. vbi hæc verba leguntur,* ἔαν τινι γένηται ἐν δέρματι χρωτὸς αὐτοῦ οὐλὴ σημασίας, ἢ τηλαυγὴς. *ac paulo poſt,* ἀφὴν *vocat eandem, quam prius dixerat* οὐλὴν. *eſt autem puſtula ſignificationis & tactus, vt exponit interpres, ſignum lepræ, per quod obſcure adhuc indicatur, candor verò ſignū quoddam albius, ex quo procul etiam cernitur & manifeſta eſt: erit igitur ex interpretis ſententia animæ lepra illa quidem peccati initium & quaſi aſſenſio, hæc vero aperta actio. multæ etiam aliæ erant lepræ ſpecies, de quibus B. Cyrillus in Leuit. lib. 8. & S. Auguſtin. lib. 3. has*

autem iure dicit Naz. paulum quidem purgaſſe legem (hoc eſt leuiter, & ,vt interpretis verbo vtar, σκιώδως,
Hebr. 10. *modo quodam vmbratili : vmbram enim habebat lex*
Hebr. 7. *futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: nihil*
Rom. 3. *enim ad perfectum adduxit lex, quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram Deo) egere autem Chriſto ipſo curante, quod & factum eſſe, in Euangelijs ſæpe legimus, & omni tempore fieri, aperte perſpicimus: quis enim non videat, multos quotidie, ſalutari adhibita Chriſti fidei medicina, à lepra vtrauis, confeſtim mundari?*

161 At certe illum, qui pro nobis &c.] *oſtendit eleemoſynam ſi minus ob animæ vulnera ſananda, eam certe ob cauſam neceſſariam eſſe, vt nobiliſſimum illud*
Eſa. 53. *caput, quod pro nobis, vt Propheta prædixerat, vulneratum atque attritum eſt, in ſuis membris reuerearis: ſi enim, qui membra vexat, caput in primis offendit (quod*
Act. 9. *apertiſſime vox illa teſtatur, Saule Saule, cur me perſequeris?) reueretur certe caput, qui membra fouet.*

162 Animarum noſtrarum latro] *tangit nobilem illam parabolam à Chriſto Ieſu nobis propoſitã Luc. 10. eamque, vt ſolet, rei, de qua agit, apte accommodat, annexo etiam quinto Pſalmi 37. verſiculo.*

163 Vulnera vulneribus cura] *elephanticorum ſcilicet corporum vulneribus medicinam faciens, animæ tuæ vulnera cura: quemadmodum videtur Naz. ipſe explicare, dum ſubiicit, ſimili ſimile compara (aliorum videlicet, vt ait interpres, curatione tuam ipſius curationem) vel potius minoribus maioribus medere: quanto enim grauior ac periculoſior eſt animæ, quàm corporis morbus, tanto profecto maior exiſtit ac præſtantior, quæ ipſi animæ, quàm quæ corpori adhibetur, curatio.*

164 Ne

164 Ne nox quidem miſericordiam interpellet tuam] *refertur id quidem ad illud, quod ſupra ex Pſal. 36. poſuit, tota die miſeretur. oſtendit igitur, diē ibi ita accipiendū eſſe, vt noctem quoq; comprehendat, vt idē ſit, ac ſi dixiſſet, quod certe dixit Pſalmo primo, die ac nocte, id eſt omni tempore. & quidem tam varia, tamq; multiplicia, ſimul & neceſſaria ſunt miſericordiæ officia, vt nulla hora, nullo puncto temporis ab iis vacare debeat vir iuſtus ac pius. nunquam caritas ocioſa eſt. ſi temporalia non poteſt, ſpiritualia impertitur bona; ſi neutra ſuppetunt, bonam tribuit voluntatem: vt, quod de oratione dixit S. Hieron. idem mihi quidem videatur de eleemoſyna dici poſſe, ſanctis etiā ipſum ſomnum eſſe eleemoſynam.* Epiſt. 21.

165 Ne dicas vade, & reuertere, & cras dabo tibi] *monitum vere ſapiente dignum : vt enim Græce* Prou. 3. *venuſte dicitur, βραδεῖα χάρις ἄχαρις, tarda gratia non eſt gratia: pulcreq; Euripides, O di equidem amicis ſerius ſuccurrere, bis eſt gratum quod opus eſt, ſi vltro offeras, beneficium inopi bis dat qui cito dat. Sed vide, quomodo alter & externus Poëta idem fere, quod Salomon* Phocylides. *noſter expreſſerit, πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μηδ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.*

166 Idque prompto animo] *tam eſt in dando neceſſaria animi promptitudo, vt ſine ea nullam prorſus videamur nec à Deo, nec ab hominibus gratiam inire, neq; liberales omnino dici poſſe; ſi quidē, vt docet Ariſt. initio Eth. liberalis eſt, non ſolum honeſti gratia, & recte dare, verum etiam cum voluptate, aut ſine dolore: quod enim ſecūdum virtutem ſit, iucundum eſſe ſolet, aut minime moleſtum. qui autem in largiendo moleſtiam percipit, huic antiquiores fuerint diuitiæ, quàm*

honeſtæ actiones. Sed externis relictis, ad noſtros tranſeamus, qui non deſtiterunt alacritatem in dando ſummopere commendare. nam S. Paulus non ſolum eo, quē Naz. indicauit, loco, Rom. 12. dixit, qui miſeretur, in hilaritate, ſed 2. Cor. 9. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceßitate: hilarem enim datorem diligit Deus. atq; etiam Eccl. 35. ſcriptum eſt, in omni dato hilarem fac vultum tuū, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Recte igitur ſtatuit Naz. πανηγυριστέον, οὐ θρηνητέον τὴν εὐποιΐαν. *in quo ego ſumma breuitate, ſummaq; venuſtate dicto vertendo, vereor, ne idem mihi euenerit, quod & ſibi accidere fatebatur S. Hieron. vt, dum quæſierim implere ſententiam, longo ambitu vix breuis viæ ſpatia conſumauerim. ſed erit æqui, benigniq; lectoris, tum hic, tum alibi veniam dare, ſi conſiderarit, quàm arduū ſit (quemadmodum idem ſanctißimus & eruditißimus vir dicebat) vt quæ in alia lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in tranſlatione conſeruent.*

De opt. gen. interpret.

167 Si abſtuleris, inquit, colligationem &c.] *ſi vſquam alibi, hoc loco admiratus ſum Naz. ſolertiam atq; acumen, quo Prophetæ dictum in rem, de qua agebat, aptißime accommodauit, nec ſolum hic, ſed etiam, & multo quidem latius atque apertius in laud. patris p. 68. v. 48.* σύνδεσμον μικρολογίαν *interpretans* τουτέστι φειδωλείαν, *quo ſenſu etiam ſupra p. 135. v. 43. eandem vocem accepit: eſt nimirum minuti animi atq; anguſti, nimis exigue, & exiliter ad calculos reuocare eleemoſynam, quod ipſum eo, quem indicaui laud. patris loco dixiſſe videtur* μικρολογεῖσθαι. *nec diſsimiliter, vt in ſuis comment. adnotauit Budæus, dixit Plut. in Probl.* μικρολογεῖσθαι πρὸς τοὺς θεούς, *hoc eſt nimis ſe parcum erga*

Pſal. 58.

Deos

Deos præbere, exigue & exiliter, quæ ſint eis tribuenda, ad calculos reuocando. non inepte autẽ videtur hunc in ſenſum Naz. vocem illam σύνδεσμον *vinculum ſiue colligationem conuertiſſe, ſi quidem nos quoq; dicere ſolemus, eſſe quoſdam ad largiendum ita reſtrictos atque tenaces, vt forcipibus opus ſit ad nummum ex eorũ manibus extorquendum.* χειροτονίαν *deinde* δοκιμασίαν *interpretatur, eam puto ob cauſam, quòd quemadmodum in ſuffragiis ferendis, ita in hoſpitibus recipiendis, aliiſúe pietatis muneribus fungendis ſoleant pleriq; nimio quodam ſtudio exquirere atq; probare, ſit dignus, nec ne is, quem recepturi ſunt: itaq; dum hoſpitem eligunt (vt S. Ambroſij verbis vtar) hoſpitalitatem ipſam minuunt, hæſitantes quodam modo, ac tergiuerſantes (id enim voluit Naz. cum addidit* εἴπου ἀμφιβολίαν*) vt beneficentiæ officium ſubterfugiant, nec intelligentes, multo melius eſſe, eorum cauſa, qui digni ſint, etiam indignis erogare, quàm timore largiendi indignis, dignos præterire: qui enim conſiderant (B. ait Hieron) cui bene faciat, & non omni petenti ſe tribuit, ſæpe præterit eum, qui meretur accipere. quod non modo Chriſtiano cauẽdum eſt, ſed cuiuis etiam, qui ad liberalitatis laudem aſpiret. ſolent quippe liberales viri (vt inquit Ariſt.) magis dolere ſi quid cum oporteret erogare, prætermiſerint, quàm ſi quid, cum minus oporteret, erogauerint, Simonidem illum nequaquam probantes. quod faciunt fortaſſe ex noſtris nonnulli, dum magis lætantur munerum, quàm gratiarum arcam plenam inſpicere. Iam vero quod addit Naz. ex eodem Prophetæ loco acceptũ,* καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, *id hîc quidem ſine explanatione, tãquam ex his, quæ dixerat, manifeſtum reliquit. Sed in laud. Patris aperte oſtendit, ad eos referri, qui eleemo-*

In Eccl. 11.

Eth. l. 4. c. 1.

ſynæ verbum admurmurationis admiſcent, tribuentes quidem, animi autem promptitudinem non addentes. quæ videtur re ipſa, quam damus, maior eſſe atq; perſectior. Habes illuſtrem & perpolitam, ex duobus locis collectam, eorum Eſaiæ verborum explicationem, non modo Naz. propoſito aptam, ſed etiam ei ipſi, vnde ſumpta ſunt, loco, ſi Græcam litteram ſpectes, tam accommodatam, quàm alia fortaſſe vlla à quouis expoſitore allata.

168 Erumpet matutinum lumen tuum] *quoniam magnitudo præmij ſolet etiã difficilia facilia reddere, & nec à Chriſtianorum quidem inſtituto alienum eſt, æternorum bonorum mercedem, ſecundo tamen loco, ſpectare, quando & Dauid cecinit, inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionẽ. & Moyſes maiores diuitias æſtimauit theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti, quia aſpiciebat in remunerationem. idcirco non ſine cauſa Theologus poſtquàm nos Eſaiæ verbis ad opera miſericordiæ largo, promptoq; animo præſtãda cohortatus eſt, ſtatim ex eodem Propheta adſcribit, qualis & quanta his, qui id effecerint, merces propoſita ſit. Habet vero (vt hîc, qua eam ponit admiratione, innuit Naz. & ibi explicat B. Cyrillus) magnam emphaſim Prophetæ oratio: non enim dixit ſimpliciter, dabitur tibi à Deo lumen, ſed, erumpet potius inſtar fulguris cuiuſdam, cum impetu, & curſu demiſſum à Deo: ex quo perſpicue patefit ſuppeditantis promptitudo & alacre ſtudium. Erumpet, inquit, matutinum lumen tuum ſiue lux tua (lux tua Deus eſt, S. ait Auguſtin. tibi matutina, quia poſt noctem ſeculi tibi veniet; nam illa nec oritur, nec occidit, quia ſemper manet; erit tibi matutinus redeũti,* qui tibi

Pſal. 118. Hebr. 11. In Ioan. Tract. 17.

qui tibi occaſum fecerat pereunti) & ſanitates tuæ cito orientur. idem & alius Propheta non multo ſecus dixiſſe videtur, & orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, indicantes fortaſſe, diuina nobis illuceſcente gratia, & intellectum illuminari, & voluntatem ſanari. Malach. 4.

169 Chriſti loculos, qui quidem nos ad egenos alendos hortantur] *nempe quòd infirmorũ præpotens rerum omnium Dominus perſonam ſuſcipiens, ideo loculos habuit (vt S. etiam aduertit Auguſtin.)* De mend. *vt ex iis, quæ à fidelibus oblata conſeruaſſet, & ſuorum* cap. 15. *neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribueret. quare etiã illorum cuſtos Iudas voluit videri ſe verba illa, quare vnguentum hoc non veniit trecentis denariis, & datum* Ioan. 12. *eſt egenis? idcirco protuliſſe, quòd pauperum cauſa cuperet.*

170 Pauli, Petríque conſpirationem] *illam dicit conſpirationem, & pactionem, de qua ipſe S. Paulus ad Gal. 2. ſcriptum reliquit, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederũt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentes, ipſi autem in circunciſionem, tantum vt pauperum memores eſſemus. quo quidem loco Oecumenius, prædicatione, inquit, diuiſi, pauperes habemus indiuiſos. id ipſum videtur dixiſſe Naz.* τὸ εὐαγγέλιον διελόμενοι, τοὺς πτωχοὺς κοινὸν *(vt pleriq; habent manu ſcripti codices) ſiue (vt nonnulli probatiores)* κοινὸν ἔργον ἐποιήσαντο, *cupiẽs hoc duorum præcipuorum Apoſtolorum exemplo oſtendere, tantæ omnibus curæ debere eſſe pauperes, vt etiam eos, qui reliqua inter ſe munera partiti fuerint, æque oporteat illorum quidem cauſa laborare.*

171 Et adoleſcentis illius perfectionem] καὶ τῆς

τοῦ νέου: quamuis enim in nonnullis manu ſcriptis exemplaribus legatur τοῦ νόμου, tamen impreſſorum atq; etiam plurium manu ſcriptorum lectionem eo libentius retinuimus, quòd ſupra etiam p.132.v.6. dum diuitiarum contemptionem commendaret, ita legimus, ὁ δὲ χριστὸς τοῦ πλουσίῳ τὸ τέλειον ἐν τούτῳ περιορίσας. vtroq; certe in loco rationem habuit reſponſi, quod Chriſtus Ieſus adoleſcenti illi dedit, dicens, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.

Matt 19.

172 Putas non eſſe tibi neceſſarium &c.] *Quoniam id, quod adoleſcenti illi diuiti à Chriſto dictum eſt, conſilium potius quàm præceptũ videri poſſit, hincq; fortaſſe ſuſpicetur quiſpiam, minus neceſſariam eſſe ad ſalutem conſequendam eleemoſynam, ideo tacitæ cuidã dubitationi reſpondens, docet, horribili illa extremi iudicij ſententia, de qua nos Sch.159. allata, rem non ita ſe habere: illud ergo ex Theologi ſententia omnino ſtatuendum putarim, quod ſupra ab eo accepimus,* ἢ καὶ πάντα ἀποθετέον χριστῷ, ἢ χριστῷ τὰ ὄντα συμμεριστέον, *vel omnes facultates dandas eſſe Chriſto, vel certe impertiendas. nam quòd dicit, valde & ego hoc velim, & crediderim, minus ſcilicet neceſſaria eſſe miſericordiæ opera, id videtur per iocum quodammodo dicere, quaſi vnum ſe faciens ex iis, qui vellent (vt dicitur) hoc & alio mundo frui, & carne hic, & ſpiritu illic delectari. Sed fieri id quidẽ minime poſſe, diuitis illius, Lazariq; pauperis exemplum apertiſſime docet. & re vera nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. non poſſumus Deo ſeruire, & Mamonæ. Væ igitur, ſacra minantur eloquia, peccatori terram ingredienti duabus viis: diuiſum eſt enim (vt cum Propheta dicamus)*

Matt. 6.

Eccleſ. 2.
Oſee 10.

dicamus) cor eorum, nunc interibunt. Tu vero delecta- Pſal. 36.
re in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

173 Chriſtum hoſpitio accipiamus,] *id enim hoc loco & Matt.25. vbi legitur ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με, ſignificat συνάγειν. & quidem nos quoq; ſolemus vernacula lingua in eadem ſignificatione verbum vſurpare, huic Latino colligere, quod proprie ſonat συνάγειν, plane reſpondens, maxime cum de paupere aliquo homine hoſpitio accipiendo agimus.*

174 Non ſolum menſa, vt nonnulli] *nempe Matthæus, quidam Phariſæus nomine Simon, Martha, Zachæus, Simon Leproſus, & is, qui in Cana Galilææ nuptiale conuiuium celebrabat, vt ex Euangeliis colligitur, Luc. ſcilicet 5.7.10.19. Matt. 26. & Ioan.2.*

175 Aut vnguentis, vt Maria] *vnguento vnctum fuiſſe Chriſtum Dominum, omnes quattuor Euangeliſtæ memoriæ tradiderunt, Matt.26. Marc.14. Luc.7. Ioan.12. ſed de mulieribus, quæ eum vnxerunt, non cõſtat inter expoſitores: aliqui enim putarunt, tres eas fuiſſe, aliqui duas, aliqui vnam ſolam, Mariam Lazari ſororem, quæ tamen bis Chriſtum Ieſum vnguento vnxerit, (vt oſtendit B. Cyril. in Io. lib.8. cap.6. vtq; refert Gloſſ. ord. ex Beda in Marc.14. & in Luc.7.) primum quidem pœnitens pedes tantum, de qua Luc.7. deinde vero iuſtificata & pedes, & caput, de qua Io.12. & Matt.26. & Mar.14. quæ opinio, vt communis nũc quidem eſt, magisq; à ſanctæ Eccleſiæ auctoritate approbata, ſic videtur poſſe huius ſanctiſsimi & grauiſsimi Doctorũ teſtimonio valde confirmari: vt enim de honore agens, qui Chriſto Domino menſa præſtitus eſt, dixit, ὥς τινες, quòd plures id fecerint, ſic eius mentionem faciẽs, qui vnctione eidem eſt adhibitus, μύροις quidem*

dixit

dixit plurium numero, quòd intelligeret, non ſemel tantum, ſed bis vnctum fuiſſe Chriſtum Ieſum, Mariam tamen vnius duntaxat numero protulit; quippe qui exiſtimaret, vt ego quidem exiſtimo, eam ſolam, non plures mulieres, vnguento vnxiſſe Saluatorem.

176 Iis, quæ ad ſepulturam pertinent, vt Nicodemus] *quemadmodũ enim Ioſeph Arimathæus, narrante Mar. 15. ſepulchro nouo Chriſtum honorauit, ſic iis, quæ ad ſepulturæ dignitatem attinebant, myrrhæ ſcilicet & aloës mixtura, referente Io. 19. Nicodemus: is autem ὁ ἐξ ἡμισείας φιλόχριστος, ex dimidia tantum parte Chriſti amator eam ob cauſam dicitur à Naz. quia, vt ſcriptum eſt Ioan. 3. 7. & 19. cum primum ad Chriſtum venit, nocte venit, in tenebris (vt S. Auguſtin. verbis vtar) lucem quærens: illuminari enim volebat, & ſciri nolebat. quod certe non commiſiſſet, ſi omni ex parte Chriſti amator fuiſſet. ſed cum hinc quidem Chriſti miracula fidem ei habendam eſſe perſuaderēt, hinc autem hominum gloria & gentis ſuæ principatus reuocarent, ambigua quadam ſententia (quemadmodum ait B. Cyrillus) & claudicante iudicio, vtriſq; vt dicitur, poplitibus laborans, tenebris ſe commiſit. nec mirum: adhuc enim in tenebris erat, cum mirabilem illam ex aqua & Spiritu ſancto natiuitatem nondum noſſet.*

177 Vt cum hinc deceſſerimus, recipiant nos &c.] *reſpicit ſaluberrimum illud Domini monitum:*

Luc. 16. *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. quā quidem ſententiam ſolebat mirari S. Auguſtin. etiam apud*

De Ciu Dei l 21 c. vlt. *Virg. reperiri. nam (vt ipſa huius ſanctiſſimi Doctoris verba referam) cum Elyſios campos Poëta ille deſcriberet, vbi putabant habitare animas beatorum, non ſolum ibi poſuit*

ibi poſuit eos, qui propriis meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt, ſed adiecit, atq; ait: Quiq; ſui memores alios fecere merendo, id eſt, qui promeruerũt alios, eoſq; ſui memores promerendo fecerunt; prorſus tanquam eis diceret, quod frequenter ore Chriſtiano, cum ſe cuique ſanctorum humilis quisq; commendat, & dicit, memor mei eſto, atq; vt id eſſe poſſit, promerendo efficit. Quod & nos, fratres cariſsimi, facere ne prætermittamus, vt ſecuri poſsimus poſteriorem Chriſti aduentum expectare. id autem vt facilius conſequamur, priorem interim venerantes, ad illam, qua eum Theologus celebrauit, orationem, diuinum auxilium implorantes, aggrediamur.

Virg. Aeneid. lib. 6.

SCHO-

SCHOLIA IN S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIONEM IN *Natalem diem Saluatoris noſtri*.

1 CHRISTVS naſcitur, glorificate] *admirabile natiuitatis Ieſu myſterium admirabiliter tractans* Theologus, *exordium affert tum ſententiarum grauitate, tum verborum pondere planè mirandum. quanquam tota eſt hæc oratio maieſtate plena, vt ſi in aliam, in hanc maxime videatur* Naz. *omnes doctrinæ, & eloquentiæ ſuæ neruos intendiſſe. Cum autem de Chriſto quædam ſecundum diuinam ſimul & humanam naturam, quædam ſecundum diuinam, quædam vero ſecundum humanam ſolum prædicari ſoleant, nempe quod (vt ipſius* Naz. *verbis vtar) quemadmodum naturæ, ſic etiam appellationes ſine vlla omnino confuſione mixtæ ſint & commeent* τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας, *ratione cognationis. vnde etiam critur illa, quam Damaſcenus vocat* ἀντίδοσιν, *acutius, ſubtiliusq́; animaduertit interpres* Naz. *cum dixit Chriſtus naſcitur, itemq́; Chriſtus ſuper terram, & Chriſtus ex virgine, primo modo vſum fuiſſe: cum vero Chriſtus de cælis, & Chriſtus in carne, ſecũdo. Tertij exemplũ affert illud Apoſtoli, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Tu vero audi ſolidam prorſus, & grauẽ S. Auguſtini doctrinam, ita iſtæc decernentis, ſicut vnus eſt homo anima rationalis, & caro, ſic vnus eſt Chriſtus Deus, & homo, ac per hoc Chriſtus eſt Deus, anima rationalis: & caro. Chriſtum in his omnibus, Chriſtum in his*

In ep. 1. ad Cledonium.

De ortho. fid. l. 3. c. 19.

Rom. 5.

In Ioan. tract. 78.

in his ſingulis confitemur. quis eſt ergo per quem factus eſt mundus? Chriſtus Ieſus, ſed in forma Dei. quis eſt ſub Pontio Pilato crucifixus? Chriſtus Ieſus, ſed in forma ſerui. idem de ſingulis, quibus homo conſtat. quis non eſt derelictus in inferno? Chriſtus Ieſus, ſed in anima ſola. quis reſurrecturus triduo iacuit in ſepulchro? Chriſtus Ieſus, ſed in carne ſola. dicitur ergo & in his ſingulis Christus. verum hæc omnia non duo, vel tres, ſed vnus eſt Chriſtus. Notat præterea interpres γεννᾶται, *naſcitur dixiſſe Naz. præſenti tempore vſum, quoniam dies, quo tale myſterium repræſentatur, eſt imago illius, quo natus eſt, cum vnaquæq; anni circumlatio eundem reducat diem.* δοξάσατε *autem congruenter ſubiunxiſſe, ſi quidem in Chriſti natiuitate* ἐδόξαζον *Angeli, dicentes,* δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ. *gloria in altiſsimis Deo. id ego vt innuerem, malui vertere glorificate, quàm laudibus celebrate. quanquam hoc etiam modo ſi vertatur, ſenſus recte conſtiterit.* δοξάζειν *enim* ὑμνεῖν *hoc in loco ſignificat, quemadmodum & paulo poſt, cum inquit,* τίς οὐ δοξάζει τὸν τελευταῖον;

2 Chriſtus ſuper terram, exaltamini] *quemadmodum decere nos oſtendit Chriſto è cælis deſcendenti occurrere, id eſt, vt ait interpres, terrenas haſce res tranſcendere, & ad altiora, ſublimioraq; euolare: ſic rurſus indicat, conueniens eſſe, vt Chriſto in terra iam habitante, nos quidem exaltemur: ideo enim ille in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, vt nos in cælum extolleremur, & dij quodam modo efficeremur.* Baruch. 3.

3 Et, vt vtraque in vnum comprehendam, lætentur cæli &c.] *non contentus ad tam immenſum gaudium omnes orbis terræ nationes cum Dauide primo 95. Pſalmi verſiculo conuocaſſe, inuitat ad idem vnà cum*

nà cum eodem vndecimo eiuſdem Pſalmi verſiculo ipſos etiam Angelos. nec immerito: eſt enim (vt & ipſe dicet in extrema oratione) feſtus is dies communis tum cæleſtibus, tum terreſtribus virtutibus, atq; etiam in Euang. Luc. 2. *legimus; nato Saluatore, & ſubito factam eſſe cum Angelo multitudinem militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium, gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis; & reuerſos eſſe paſtores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant.*

4 Ob cæleſtem, deinde terreſtrem] *oſtendit iure debere, orto Chriſto Ieſu, tum cælos, tum terram exultare; ſi quidem is, qui in cælis erat in ſinu patris, in terram in vterum matris deſcendit, & habitauit in nobis. Eadem ferme verba poſuit Euthymius, hinc fortaſſe excepta (patet enim fuiſſe eum Theologi noſtri ſtudioſiſſimum) dum exponeret illa Pſalmi verba, lætentur cæli, & exultet terra, inquiens, ob cæleſtem nimirum, & deinde terreſtrem Chriſtum; altera quippe eius natura ſuperne deſcendit, altera vero inferius è terra ortum habuit.*

5 Chriſtus in carne, tremore, & gaudio exultate] *priora quidem verba, vt aduertit interpres, mutuatus videtur ab Apoſtolo 1. Tim. 3. & manifeſte magnum eſt pietatis ſacramẽtum, quod manifeſtatum eſt in carne, ſiue ex Græcis exemplaribus, Deus manifeſtatus eſt in carne. poſteriora vero à Dauide Pſal. 2. ſalutariter monente, ſeruite Domino in timore, & exultate ei in tremore, in quo exponendo Euthymius, quemadmodum & ſupra eum in 91. Pſal. feciſſe oſtendimus, eadem ferme, quæ Naz. verba affert, dicens, exultate propter ſpem, ſed contremiſcite ob peccatum: eſt enim diligen-*

diligentiſsimus omnium exquiſitor, atq; inueſtigator Deus, & nemo latere eum poteſt. Hinc etiam S. Paulus monebat Philippenſes, Cum metu, & tremore veſtram Philip. 2.
ſalutem operamini: itemq́; Corinthios, qui ſe exiſtimat 1. Cor. 10.
ſtare, videat, ne cadat. Exultatio igitur (vt S. Auguſtini Homil. 21.
verbis vtar) vt gratias agamus, tremor, ne cadamus.

6 Chriſtus ex virgine, virginitatem mulieres ſeruate] χριστὸς ἐκ παρθένου, γυναῖκες παρθενεύετε. *Quoniam Chriſtus Ieſus ex virgine naſcens, virginitati præcipuum honorem tribuit, iure hinc Naz. mulieres ad virginitatem ſeruandam, colendamq́; hortatur, vt hac etiam ratione Mariam perpetuo virginem imitantes, Chriſti matres peculiari quodam munere, ac plane diuino efficiantur. Hanc eſſe puto huius loci ſententiam. quòd ſi verba venuſtatis non nihil perdiderint, id fateor mihi vſu ſæpe venire, vel ob linguarum diuerſitatem, vel etiam ob meam vertendi inſcitiam. qui poteſt, me quidem non ſolum approbante, verum etiam gaudente, meliora faciat.*

7 Illum, qui ab initio eſt, eum qui nouiſſime venit] τὸν ἀπ' ἀρχῆς, τὸν τελευταῖον. *primum cum dixit, videtur reſpexiſſe illud 1. Io. 2.* ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς,
cognouiſtis eum, qui ab initio eſt; ſi quidem in princi- Ioan. 1.
pio erat verbum. alterum cum appoſuit, illud Hebr. 1.
nouiſsime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. quod & Mich. 4.
Propheta fore prædixerat, & erit in nouiſsimo dierum &c. quantumuis enim diuturnum futurum ſit tempus hoc, tamen nouiſsimus dies recte illud quidem dicitur, quoniam aliud poſt illum nullum plane ſequitur.
vnde beatus Apoſtolus, filioli, dicebat, nouiſsima hora eſt. 1. Ioan. 2.

8 Iterum tenebræ ſoluuntur, iterum lux ſubſiſtit] *reſpexit quidem Naz. (vt aduertit interpres) illud Gen. 1.*

lud Gen.1. tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, dixitq́ Deus, fiat lux, & facta eſt lux. per tenebras tamen intelligi hîc quidem vult errorem, & peccatum, per lucem veritatem fidei, ac virtutem. & congrue ſane dixit, ſolui quidem tenebras, tanquam accidens, ſubſiſtere autem lucem, tanquam ſubſtantiam: etenim peccatum, & error præter naturam eſt, veritas autem, ac virtus ſecundum naturam: harum enim ſemina naturæ inſita ſunt.

9 Iterum Ægyptus tenebris plectitur, iterum
Exod. 10. Iſraël &c.] *tangit hiſtoriam nonæ Aegyptiorum plagæ, cum factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ae-*
Exod. 13. *gypti; itemq́ aliam columnæ ignis, in qua Dominus per noctem præcedebat Iſraël ad monſtrandam viam. Tu vero hîc, ſi interpretē ſequaris, per Aegyptum intelliges ignorantiam, aut peccatum, quod tenebris plectitur, hoc eſt abolitione; per Iſraël populum fidelem, qui intellectu, & mente Deum videt; per columnam ignis veritatem, vel ipſum Chriſtum, qui protegit nos, & illuminat, & deducit in cæleſtem locum promiſſionis.*

10 Populus, qui ſedebat in tenebris &c.] *dictū hoc ſumpſit ab Eſa.9. vel potius à Matt. 4. de ſuo autem, quid per tenebras, quidq́ per lucem magnam intelligendum ſit, explicans, addidit illic quidem ignorantiæ, hîc vero, ſcientiæ: errabant enim antea, vt etiam ibi declarat Euthymius, Iudæi quidem circa ſcripturas, gentes vero circa cultum diuinum. at Chriſtus cunctos ab errore eduxit, clariſſimo Euangelij lumine eos illuſtrans, omnes nimirum etiam ſancti viri ante Chriſti aduētum*
Rom. 13. *in nocte ambulabant, expectantes diem. nox præceſſit, dies autem appropinquauit, ille ſcilicet dies, quem vt vi-*
Ioan. 8. *deret, exultauit Abraham. Quid plura? ipſe dixit, ego*

ſum lux

ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habet lumen vitæ.

11 Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua] *hæc ad verbum ſcripſit S. Paulus 2. Cor. 5. quæ & fore prædixerat Eſaias 43. ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orietur, vtiq; cognoſcetis ea, & iam facta vidit B. Ioan. in ſua Apoc. 21. mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra: quæ prima abierunt. & dixit qui ſedebat in throno, ecce noua facio omnia. quibus etiam videtur aliqua ex parte, quid per vetera intelligẽdum ſit, declaraſſe, mors ſcilicet peccati, quæ per Chriſtum abſorpta eſt in victoria.* 1. Cor. 15. *Sed poſſumus præterea ex S. Chryſoſtomi explicatione omnia Iudaica vetera interpretari, Euangelica noua: etenim pro infera Hieruſalem ſuperam accepimus, pro materiali templo ſpirituale, pro lapideis tabulis carneas, pro circumciſione baptiſma, pro manna corpus Domini, pro aqua petræ ſanguinem è latere, pro virga crucem, pro terra promiſſionis regnum cælorum, pro innumeris ſacerdotibus vnum pontificem, pro agno irrationali agnum ſpiritualẽ. quod & Naz. intellexiſſe videtur, dum ſubdit, littera cedit, ſpiritus præualet, vmbræ prætereunt, veritas ſuccedit. in quo conſiderandam proponit interpres miram Theologi accurationem, qui dixerit, litteram quidem, id eſt legem ſcriptam, & huius obſeruationẽ* ὑποχωρεῖν *cedere, tanquam non prorſus ſolutam (neque enim Chriſtus venit* Matt. 5. *ſoluere legem, ſed adimplere) ſi quidem abrogatis his, quæ ſenſibiliter efficiebantur, intelligibilia remanſerunt, ſpiritum vero, hoc eſt Euangelium, aperte ſpiritualem hoſtiam, atq; vitam præcipiens,* πλεονεκτεῖν *plus pollere, ac præualere, itemq; vmbras, id eſt veteris legis præ-*

 cepta,

cepta, tanquam ſymbolica, & per ſenſibilia ſpiritualium imaginem præſeferentia, παρατρέχειν præterire, hoc eſt ceſſare, veritatem vero, per iſtas vmbras præſignificatã, ἐπιτρέχειν, ſuccedere.

12 Melchiſedec connectitur, qui ſine matre &c.] *pulchre Naz. imitatus S. Paulum ad Hebr. 7. Melchiſedec typum in Chriſti ortu completũ fuiſſe oſtendit, quòd qui antea ſecundũ diuinam naturam ſine matre eſſet, poſt ſecundum humanam ſine patre ſit factus. quod & ipſe apertius, quàm hîc, ponit in or. de Fil. 2. p. 219. v. 11. & S. Auguſtin. apertiſſime his verbis explicat: Chriſtus ſingulariter natus de patre ſine matre, de matre ſine patre, ſine matre Deus, ſine patre homo; ſine matre ante tempora, ſine patre in fine temporum. Hæc de ſententia huius loci à me dicta ſufficiant: plura enim qui cupiet, poterit commodius à S. Chryſoſt. & aliis expoſitoribus in eum, quem indicaui, Apoſtoli locum petere. quod autem ad verba attinet, animaduertit interpres, cum dixit Naz. Melchiſedec συνάγεται, idem valere, ac ſi dixiſſet, concluditur ſyllogiſtice ac demonſtratur: cum enim eſſet Chriſtus ſine matre ſecundum ſupernam, primamq́; generationem, factus eſt & ſine patre ſecundum inferiorem, ac poſteriorem; vel συνάγεται dixiſſe pro ἑνοῦται, καὶ ἀπαρτίζεται, vnitur, & completur, ſiue connectitur; quemadmodũ ego quidẽ verti: quamuis enim etiam in priore illa ſignificatione ſæpe hoc verbo συνάγειν, & συνάγεσθαι vtatur Naz. vt in or. ad Heronem p. 159. v. 11. & in or. de Fil. 2. p. 216. v. 24. tamen videtur poſterior huic loco magis conuenire. ſenſus certe, ſiue hoc, ſiue illo modo accipias, idem permanet.*

In Ioan. Tract. 8.

13 Leges naturæ diſſoluuntur] *hoc enim natura non patitur, vt mulier, quæ virum non cognouerit, concipiat,*

cipiat , vt ſine dolore pariat , vt poſt partum virgo permaneat . quæ quidem ſingulari gratia Mariæ Dei matri contigiſſe, certo ſcimus. quare etiam in or. de Fil. 2. pag. 219. ver. 3. explicans , cur hominis filius dicatur Chriſtus, & propter Adam inquit, & propter virginem, ex quibus natus eſt, ex illo quidem tanquam primo parente, ex hac vero tanquam matre, lege, & non lege generationis. lege videlicet, quoniam ex muliere, non lege quia ex virgine. quod itidem ſpectans S. Dionyſius dicebat, in Chriſto ea, quæ hominis ſunt, ſupra hominis virtutem facta eſſe , idq́; oſtendiſſe virginem ; quippe quæ miro quodam modo ſupra naturam conceperit . in hoc igitur naturæ leges ſolutæ ſunt. Iam vero quod ſequitur, ſupernum ſuppleri mundum oportet , ſupernum mundũ vocat, opinor, ſanctam illam, ac ſupernam Hieruſalem, in qua , vt S. ait Auguſtin. omnes ciues immortales erunt, adipiſcentibus & hominibus, quod nunquam ſancti Angeli perdiderunt . nempe Deus de mortali progenie merito , iuſteq́; damnata tantum populum per gratiam ſuã colligit, vt inde ſuppleat, & inſtauret partem, quæ lapſa eſt, Angelorum; ac ſic illa dilecta , & ſuperna ciuitas non fraudetur ſuorum numero ciuium, quin etiã fortaßis & vberiore lætetur. Atq́; etiam B. Bernardus propter hoc, inquit, Deus creauit homines ab initio, qui ſupplerent locum illum , & ruinas Hieruſalem reſtaurarent. huius nempe ſupplementi rationem habuiſſe putarim Theologum cum dixit , πληρωθῆναι δεῖ τ̃ ἄνω κόσμον. quanquam & alias huius dicti cauſas non abſurdas affert interpres, quas ego, ea, tantum, quæ probabilior, ac ſolidior viſa eſt, arrepta, breuitatis cauſa dimiſi. Vbi autem ad ſupernum illum mundum ſupplẽdum nos Chriſtus hortetur, atq́; inuitet exquirens interpres, reſpondet,

Ep. 4. ad Caium.

De Ciu. Dei l. 22. c. 1.

De aduentu Domini ſer. 1

Ioan. 14. *ſpondet, id eum fortaſſe facere, cum dicit, in domo patris mei manſiones multæ ſunt; has enim vult nos ſupplere, aut cum de inuitatis ad cœnam agẽs, inquit, compelle eos intrare, vt impleatur domus mea, aut cum ait,*
Luc. 14. *qui poteſt capere, capiat. Tu vero poßis meo quidem iu-*
Matt. 19. *dicio, & omnia iſta, & plura quoq; eodem ſpectantia Euangelij loca in vnum cogere, & vero etiam fortaſſe multas, variasq; rationes addere, quibus non deſiſtit diuina bonitas homines ad fidẽ, & pietatem, quæq; hanc conſequitur, ſempiternam gloriam quotidie inuitare, atq; adeo incitare, quoad certus ille prædeſtinatorum numerus compleatur.*

14 Omnes gentes plaudite manibus] *Verba*
Pſal. 46. *ſunt Dauidis omnes nationes cum ob alia Dei erga homines beneficia, tum præcipue ob ea, quæ ex vnigeniti filij ſui ad nos aduentu innumerabilia percepimus ad lætitiam exultationemq; humano more inuitantis: ſolet enim ferè manuum plauſus eximij cuiuſdam gaudij indicium eſſe. vnde illud Comicorum, plaudite. eum igitur oportet, vt cetera ſenſibilia, quæ à diuino Vate proponũtur, ad ſpiritualem intellectum referre: neq; enim (vt ibi notat Euthymius) tam illud petit, vt ſenſibili crepitu plauderent, quàm vt animo, ac ſpiritu lætarentur. Id ipſum à nobis petit hîc Naz. cauſam afferens iuſtißimã, quia paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis: ita enim diſtinguo ex ſcriptis codicibus, non quemadmodum habent impreßi; quos ſequutus interpres ſic conſtruit, Filius Dei natus eſt nobis paruulus, & nobis datus eſt. at mihi quidẽ videtur tam vox illa παιδίον, quàm hæc υἱὸς loco ſubiecti ſumenda eſſe, vt poſterior ſit quædã quaſi repetitio prioris ad maiorem emphaſim. quod ſæpe tum Dauid, tum etiam alios prophetas facere ſolere,*

omnes

omnes ſciunt, qui eos vel primoribus labris attigerint. nam quòd tum hîc, tum in Eſa. 9. vnde huc tranſlata iſtæc ſunt, καὶ particula ante verbum ἐδόθη appoſita eſt, id puto more Attico factum eſſe: apud quos ſæpe huiuſcemodi particulæ ita ponuntur, ὥστε παρέλκειν, vt ſuperuacaneæ ſint. quare ego, nequam pareret ambiguitatem, prorſus eam mihi in vertendo omittendam duxi, præſertim cum affirmatum mihi fuerit, illam in Hebræo nec ante vocem υἱὸς, nec poſt omnino legi. & quidem etiam ab vtraque, quam B. Hieron. in ſuis Coment. ponit, tranſlatione prorſus abeſt. ſed quæ ſequantur, videamus. cuius principatus ſuper humerum eius. his verbis nemini fideli dubium eſt, quin propoſitum Eſaiæ fuerit demonſtrare, infantem, ſalutis noſtræ cauſa natum, Principem fore ac regem. cur autem hunc in modum potiſsimum vir diuino afflatus ſpiritu, hoc demonſtrarit, indicat Theologus, dum ſubdit, ſi quidem cum cruce pariter extollitur: quantum enim crux loco, tantundem Chriſtus gloria exaltatus eſt: per crucem enim glorioſe triumphauit, & data eſt ei omnis poteſtas in cælo & in terra. Matt. 28. *Sed vide quomodo idem Prophetæ dictum non diſsimiliter, multo tamẽ latius explicauerit S. Cyrillus: Quoniam enim, inquiẽs, tulit crucem humeris Dominus noſter Ieſus Chriſtus, adq́; paſsionem nobis ſaluificam venit, & exaltatus eſt, & orbem terrarum per ſe ipſum obtinuit, hinc fuiſſe dicitur principatus eius ſuper humero eius. atq́; etiam Euthymius in Io. 19. dicit Chriſtum Ieſum tuliſſe crucem in humeris, tanquam ſtrenuum militẽ lanceam, qua deiecturus erat aduerſarium. Quid præterea? & vocatur nomen eius magni conſilij patris Angelus τῆ τοῦ πατρὸς, id Naz. aliis verbis, quæ in Eſaia ibidem ſecun-*

 dum 70.

dum 70. leguntur, de ſuo addidit, explicans, cuiuſnam
Ioan. 3. *magni conſilij Angelus vocetur Chriſtus, patris videli-*
Ioan. 15. *cet, & Dei: quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur, & omnia, quæ audiuit à patre ſuo, nota fecit nobis. quã-uis igitur nuſquam inueniatur nomen Chriſti vocari magni conſilij Angelus, tamẽ re vera erat talis. conſue-uit autem ſacra ſcriptura, vt ait interpres, ipſas actio-nes loco nominum ſæpe accipere. cuiuſmodi eſt id ipſum,*
Eſa. 8. *atq; etiam illud, voca puerulum velociter ſpoliato, cito*
Eſa. 7. *prædator, & Emanuël. quod etiam Euthymius in Mat. 1. animaduertit, docens morem eſſe prophetis, vocatio-nes appellare futuras actiones.*

15 Clamet Ioannes, parate &c.] *Vide quàm bel-*
Eſa. 40. *le præmiſſis his, quæ per prophetam de præcurſore Domi-ni ſunt prædicta, quàm alte, quamq; admirabiliter na-talis diei Saluatoris noſtri virtutem prædicet, atq; am-plificet Theologus. quod ipſum fecit & Latinorum præ-*
Auguſtin. de Nat. Domini ſer. 9. *ſtantiſſimus doctor verbis adeò ſimilibus, vt videri poſſit Græca Naz. vertiſſe, incorporeus carne veſtitur, ſermo craſſeſcit, videtur inuiſibilis, palpatur inpalpabilis, nu-meratur in ſeculo qui ante ſecula. & ante iſtos eadem*
1. Ioan. 1. *de re B. Apoſtolus hunc in modum ſcripſerat: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, & quæ ſequuntur. quibus aperte oſtenditur, verbum illud æternum carnem, quæq; carnis ſunt pro-pria, vere aſſumpſiſſe.*

16 Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſe-cula] *verba ſunt S. Pauli Hebr. 13. quibus, vt ibi dicit Theodoretus, docet æternam Chriſti eſſentiam: heri e-nim & hodie humanam naturam appellauit, in ſecula vero diuinam; quæ ambæ in vnum conuenere, cum Fi-*

lius Dei

lius Dei factus eſt hominis filius. hoc ipſum voluit & in fine or. 2. de Fil. Naz. cum monet, illud in primis obſeruandum eſſe, ni velimus in altioribus nominibus errare, Ieſus Chriſtus heri, & hodie σωματικῶς, corporaliter, idem πνευματικῶς ſpiritualiter, & in ſecula ſeculorum.

17 Scandalizentur licet Iudæi &c.] ſtatuto præcipuo illo Catholicæ fidei dogmate de diuinæ, humanæq; naturæ in vno Chriſto coniunctione, vnde non ſolum Iudæi in ſcandalum incidendi, & gentiles irridendi, verum etiam hæretici garriendi occaſionem captarunt, merito ſubiungit ſcandalizentur licet Iudæi, irrideant gentiles, garriant hæretici, γλωσσαλγείτωσαν. γλωσσαλγία, qua voce vſus eſt Naz. initio orat. de Theol. 1. eſt, vt puto, morbus quidam linguæ, & quaſi pruritus, quo qui laborant, quicquid in buccam venerit, garriunt, ac temere effutiunt. id nimirum eſſe γλωσσαλγεῖν, aperte videtur Naz. ipſe innuere initio or. contra Eunom. vbi hæreticos ſui temporis perſtringens, hæc verba ponit, οἱ τὴν ἀκοὴν προσκνώμενοι (reſpicit illud 2. Cor. 4. κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν) καὶ τὴν γλῶσσαν, auribus prurientes, & lingua: quemadmodum enim auribus prurire, eſt ſemper cupidum eſſe aliquid audiendi, quod aures permulceat, & quodam modo ſcalpat; item lingua prurire, eſt linguam cohibere non poſſe, quin ſine vllo delectu quicquid libuerit, nugetur, & garriat. quod igitur hîc dixit γλωσσαλγεῖν, id illic videtur dicere voluiſſe τὴν γλῶσσαν προσκνᾶσθαι. 1. Cor. 1.

18 Tunc credent, cum viderint eum in cælum aſcendentem] at quo modo videbunt, cum id iamdiu ſemel factum ſit? ita, opinor, ſi Eccleſiam ſacris anniuerſariis tale myſterium colentem ſequuti fuerint, & ſanctos viros idem concionibus (vt fit) eo ipſo tempore

celebrantes, ac demonſtrantes audierint. nempe ſæpe ita loquimur, vt die aſcenſionis dicamus, hodie Chriſtus in cælum aſcendit, cum ex quo aſcendit, tot anni tranſierunt. cur nemo tam ineptus eſt (dicebat B. Auguſtin.) vt nos ita loquentes arguat, eſſe mentitos, niſi quia iſtos dies ſecundum illorum, quibus hæc geſta ſunt, ſimilitudinem nuncupamus, vt dicatur ipſe dies, qui non eſt ipſe, ſed reuolutione temporis ſimilis eius, & dicatur illo die fieri propter ſacramenti celebrationem, quod non illo die, ſed iam olim factum eſt? eadem ſane ratione dicet in extrema fere hac oratione Naz. Paulo igitur poſt videbis Ieſum in Iordane purgari, & cetera. Qui igitur tunc λογικῶς *(vt interpretis verba ponam) rationibus perſuaſi crediderint, cum his quidem bene agetur, qui minus, iſti demum* πραγματικῶς, *re ipſa coacti tunc miſeri puniendi iam (vt B. Auguſtini verbis vtar) non adhuc corrigendi credent, cum de cælo deſcendentem, & tanquam iudicem ſedentem aſpexerint: in primo enim aduentu Chriſtus venit occultus, in ſecundo veniet manifeſtus. Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Epiſt. 23. Bonifacio. De Ciu Dei l. 20. c. 30. Pſal. 49. Act. 1.

19 Sed hæc poſterius. nunc ſolennia &c.] *hæc, inquit, quæ ad Chriſti in cælum aſcenſum, ceteraq; myſteria pertinent. poſterius, ſuo quodq; tempore videlicet, tractabimus. nunc quod præſens eſt agamus, natalem ſcilicet Chriſti Saluatoris noſtri diem, quæ Græce tum* θεοφάνια, *tum* γενέθλια *dicuntur, duobus nominibus vni & eidem rei impoſitis. & quidem iure, vt notat interpres, cum & is, qui natus eſt, duplici conſtet natura. hoc igitur ad humanitatem, illud ad diuinitatem refertur: quatenus enim apparuit Deus, nomen huic rei impoſitum eſt*

tum eſt θεοφάνια, quaſi dicas Dei apparitio; quatenus vero natus eſt, γενέθλια, natalis dies: vnde prius quidem Chriſti ortus proprium eſt, poſterius autem poteſt cuiuſuis hominis natali diei accommodari, quemadmodũ & γενέσια, quod de Herodis die natali duo dixerunt Euangeliſtæ. Sed operæpretium eſt videre, quam concinnè Matt. 14. &
Naz. hac quoq; in re cum magno ſuo Baſilio concor- Marc. 6.
det. is igitur in extrema fere oratione, qua & ipſe Chriſti ortum celebrat, hac verba protulit, ὄνομα θῶμεν τῇ ἑορτῇ ἡμετέρᾳ θεοφάνια. ἑορτάσωμεν τὰ σωτήρια τοῦ κόσμου τὴν γενέθλιον ἡμέραν τῆς ἀνθρωπότητος, *nomen imponamus feſto diei huic noſtro Theophania, ſalutaria celebremus mundi ſolennia, natalem diem humanitatis.*

20 Nec enim erat ipſa ratione ratio ſuperior] οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ λόγου λόγος ἀνώτερος. τὸν λόγον *dicit verbũ illud Patri coæternum, ideoq; ſupra omnem cauſam, atque rationem ſubſiſtens. alioquin (vt idem docet Theologus initio or. de Fil. 2. & in extrema de Spiritu ſancto) daretur aliquid Deo antiquius. at abſurdiſsimum eſt velle quidpiam eo, qui ſempiternus eſt, antiquius excogitare.*

21 Vel potius vt nos à recta &c.] *Iam enim nos à principio benigniſsimus Deus rectæ, beatæq; vitæ compotes fecerat, ſi quidem illam tenuiſsemus; ſed poſtquàm illinc noſtra culpa excidimus, tunc etiam pro ſua incredibili miſericordia cum infirmis infirmatus, homo in quam factus, dedit operam, vti nos in priſtinum ſtatum, atq; adeo meliorem reſtitueret.*

22 Veniamus, vel, vt magis proprie dicam, redeamus] ἐκδημήσωμεν ἢ ἐπανέλθωμεν. οὕτω γὰρ εἰπεῖν οἰκειότερον. *quoniam* ἐκδημεῖν *proprie dicitur quis (vt notat interpres) ad locum, in quo antea non fuerat,* ἐπανέρχεσθαι

νέρχεσθαι

νέρχεσθαι vero eò, vbi aliquando erat, nos autem ante peccatum (vt oſtendimus Schol. 68. in Apol. & 31. in or. περὶ φιλοπτ.) prope Deum quodammodo eramus, idcirco magis proprie dicimur ad eum ἐπανελθεῖν, quàm ἐνδημεῖν. id autem qua ratione conſequi poſſimus, docens Theologus, tres deinceps tangit S. Pauli locos. primus eſt Eph. 4. vel Coloſſ. 3. alter 1. Cor. 15. tertius Gal. 2. cum diuinus dicebat Apoſtolus, vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci. quo tamen non contentus Naz. maius quid addidit, & conſepulti, & conſurgentes, quemadmodum enim (inquit interpres) differt ſenſibiliter cruci confixio, & ſepultura; ſic etiam intelligibiliter. nã cruci confixio eſt quidem ſignum perpeſſionis malorum, & patientiæ, & grauium rerum tolerantiæ; non dum tamen oſtendit, nullum te iam dolorem præ virtutum operatione percipere. ſepultura autem indicium eſt totius prorſus paſſionum extinctionis, quam ſequitur reſurrectio, perfecta videlicet contemplatio, & deificatio. quod ſi fecerimus, præclara in nobis & optabilis illa, quã monſtrat Naz. fiet conuerſio. itaq; paradiſum qui amiſimus, cælum recuperabimus, quiq; ab Angelorum familiaritate excidimus, in filiorum Dei adoptionem vocabimur; & qui vitam abiecimus, regni cælorum hæreditatem adibimus: vbi enim abundauit delictum, ſuperabũdauit gratia. &, ſi guſtus dãnauit, quanto magis Chriſti paſſio iuſtificauit? quarum rationum vtramq; ſumpſit à S. Paulo Rom 5. poſteriorem tamen aliquantum immutauit, atq; etiam auxit: cum enim Apoſtolus à pari ratiocinari videatur, igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ, ipſe loco vſus eſt à minori ad maius, oſtendens, ſi ſolus guſtus

Adam tanti fuit, vt vniuerſum genus humanum damnaret, multo magis potuiſſe Chriſti paßionem, quam in toto ſuo ſanctißimo corpore pertulit, idem iuſtificare.

23 Non noſtram rem agentes, ſed noſtri, vel potius Domini] *quamuis poßit Chriſtus ratione humanitatis* ὁ ἡμέτερος συγγενής, *noſter cognatus quodãmodo dici; cum enim, dicebat S. Auguſtin. ſit in forma Dei Deus noſter, formam ſerui accipiens, eſſe dignatus eſt etiam proximus noſter, & S. Baſil. ideo, ait, natus eſt Chriſtus, vt tu expurgeris per cognatum* διὰ τοῦ συγγενοῦς, *tamen rectius putat Naz. ac dignius, eundem ratione diuinitatis Dominũ vocare. & quidẽ iure; nam, vt docet S. Thomas, cum hoc nomen Chriſtus ſit nomen perſonæ, illa per ſe & abſolute poſſunt dici de Chriſto, quæ conueniunt ei ratione ſuæ perſonæ, quæ eſt æterna, ſed ea, quæ conueniunt ſibi ſecundum humanam naturam, ſunt ei potius attribuenda cum determinatione.*

In Homil. in Nat.

1. q. 20. a 2.

24 Non ea, quæ ſunt formationis, ſed quæ reformationis] *quæ enim ad corporum generationem attinent, corporea omnia ſunt, ait interpres, etiam, is qui eius gratia agitur, dies feſtus; reformatio vero, quippe quæ ſpiritualis eſt ac diuina, ſpiritualiter vtiq; ac diuine celebranda eſt.*

25 Si non ædium veſtibula coronemus, non &c.] *nolim putes omnem prorſus decorem qui ſacris ædibus in Dei, ſanctorumúe diebus feſtis agendis adhiberi ſolet, damnare Theologum: ſunt enim & iſtæc recte inſtituta, vt torpentium animum ad religionem excitẽt, ſintq; interioris lætitiæ ſigna. Sed eos reprehendit, qui modum his in rebus nullum adhibent, nec eas ad ſpirituale gaudium referũt, ſibi vero indulgent, & corporibus deſeruiunt. quod & B. Auguſtin. cum Aurelio Epi-*

ſcopo que-

ſcopo querebatur, comeſationes, inquiens, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur, vt in honorem etiã beatiſſimorum martyrum non ſolum per dies ſollemnes (quod ipſum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. Quæ praua conſuetudo cum noſtris quoq; temporibus vel maxime vigeret, ſanctiſſime cautum eſt proximo Tridentino concilio, ne ſanctorum celebratione, ac reliquiarũ viſitatione homines ad comeſationes atq; ebrietates abutantur, quaſi feſti dies in honorem ſanctorum per luxum ac laſciuiam agantur.

Seſſ. 25. de inuocatione.

26 Non aures permulceamus tibiarum ſonis] *καταυλήσωμεν. non ſine cauſa, vt puto, hoc potiſſimum muſicæ genus perſtrinxit, tanquam minus liberale, & ad probitatem morũ minime conferens, & faciem quoque ipſam maxime deformans. quam etiam ob cauſam ab antiquis Philoſophis non inſcite nugantibus fertur Pallas ſcientiarum Dea abieciſſe tibias.*

Ariſt. Pol. l. 8. c. 5. Athenæus lib. 14.

27 Et aditibus peccati] *quinq; ſenſibus pro cuiuſque dignitatis ordine enumeratis, merito dicit, eos eſſe quoſdam peccati aditus. quẽ etiam in modum allegorice intelligi poſſe videtur illud Hier. 9. aſcendit mors per feneſtras veſtras, ingreſſa eſt domus veſtras. & hoc fortaſſe fuerit oſtium illud, quo clauſo iubemur orare patrẽ noſtrum in abſcondito. quamuis enim ſi recte cuſtodiantur, poſſint etiam virtutum, & vitæ aditus eſſe, & hanc ob cauſam ſint nobis à Deo optimo maximo tributi (per quinq; enim ſenſus quaſi per quaſdam ianuas, ait S. Auguſtin. aut mors, aut vita animam noſtram ingreditur) tamen quia pleriq; ſecus faciunt, iure viæ quædam eſſe dicuntur ad vitium procliues, & aditus peccati.*

Matt. 6.

Homil. 35.

28 Quarum pulcherrima quæque eſt maxime inutilis]

inutilis] *quemadmodum in laud. Baſ.p.76.v.vlt. antiquos illos, qui genus ſuum ad Dæmones & fabuloſos quoſdam Deos referebant, perſtringens, dixit,* ὧν τὸ σεμνότατον ἀπιστία, καὶ ὕβρεις τὸ πιστευόμενον, *quorum quod honorificentiſſimum eſt, non creditur, & quod creditur, eſt ignominioſum. ſic hoc in loco molliores, & delicatiores veſtes vituperans, eodem ſane vſus dicendi genere, inquit,* ἧς τὸ κάλλιστον ἀχρηστία, *quod ſcilicet ſoleat quiſque (vt ipſum Naz. dicentem audiuimus in or.* περὶ φιλοπτ. *p. 134. v.56.) pulcherrimas quaſq; veſtes ac pretioſiſſimas intus reconditas habere, curam ſibi inutilem & inſanam allaturas, tinearumq́; paſtum futuras, ac temporis, quod omnia conſumit.*

29 Non colorum fucis, qui naturalem ementiuntur pulchritudinem, & cõtra imaginem ſunt reperti] *vt hæc non ſolum recte percipiamus, ſed etiam quàm ſint cauenda intelligamus, operæpretium fuerit videre, quid alibi eadem de re Naz. ſcriptum reliquerit. primũ igitur in laud. Gorg. ſororis p.54.v.10. hæc ad verbũ ponit, non illam ornarunt pictorũ artes, & præſtigiæ, nec vilis ornatus, nec infernus fictor peruerſe effingẽs, Deiq́; figmentũ fraudulentis coloribus occultans, ac diuinam formam meretricium idolum auidis oculis exponens, vt adulterina pulchritudo naturalem fallendo, obtegat imaginem Deo, futuroq́; ſeculo ſeruandam. Deinde in his carminibus, quæ in mulieres nimium ſe ornantes ornatiſſime contexuit, non eſt, inquit, ferendum, formam occultare diuinam humana, ne te Deus talibus compellet iratus, Quæ? vnde fictor? abi à me aliena. Non te pinxi, canis, ſed formaui imaginem mei. Quo modo idolum habeo cariſſimæ formæ loco? & cetera, quibus peruerſum iſtarum artificium belle inſectatur,*

ctatur, atq; exagitat. quod & Latini ſancti Doctores ſæpe faciunt, vt eſt legere apud S. Ambr. de Virg. l. 1. & S. Cyprianum in ep. de habitu virginũ, & B. Auguſtin. confeſſ. l. 10. c. 34. ſed huius verba non nulla, quæ à Nazianzenis non longe abſunt, non grauabor huc transferre. quàm innumerabilia, inquit, variis artibus, & opificiis in veſtibus, calceamentis, vaſis, & huiuſcemodi fabricationibus, picturis etiam, diuerſiſq; figmentis, atque his vſum neceſſarium, atq; moderatum, & piam ſignificationem longe tranſgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras ſequentes quod faciunt, intus relinquentes à quo facti ſunt? id nimirum dixit Naz. naturalem ementiri pulchritudinẽ & imaginem peruertere.

30 Non comeſationibus, & ebrietatibus, quibus, &c.] *tangit illud Rom. 13. ſicut in die honeſte ambulemus, non in comeſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis: belleq; ſimulrationẽ reddit, cur comeſationibus, & ebrietatibus cubilia, & impudicitiæ connectantur; ſi quidem, inquiens, malorum præceptorum malæ ſunt diſciplinæ. id autem quoniam durius dictum videbatur, cum docere (vt notat interpres) proprie ſit animantium, molliens quodammodo, & corrigens, ſubdit, vel potius prauorum ſeminum prauæ ſegetes. Quod ipſum duo etiam Latini Eccleſiæ Doctores præcipui, ſimiliter tradiderunt, B. dico Auguſtin. & S. Hieronym. hic quidem his verbis, libido eſt iuncta luxuriæ: prius enim venter extenditur & ſic cetera membra concitantur; ille vero iſtis, ſemper iuncta eſt ſaturitati laſciuia, vicina ſibi ſunt venter, & genitalia, & pro membrorum ordine, ordo vitiorum intelligitur. ſed hæc hactenus, præſertim cum meminerimus,*

Ep. 22. ad Euſtochium. Dominica 1. in Quadrag. ſer. 1.

pura

plura nos eadem de re dixiſſe in 66. & in 99. Schol. in or. περὶ φιλοπτ.

31 Non altos ſternamus toros] μὴ σιβάδας ὑψηλὰς πηξώμεθα. *morem fuiſſe dicit interpres in feſtorum dierum epulis ſupra mēſas ponere lances, in quibus carnes aliæ ſuper alias coaceruarentur in altum, idq́; vocari* σιβὰς, *& præ ſe ferre quaſi tabernaculi cuiuſdam ſpeciem. at putarim ego quidem non menſas hoc vocabulo ſignificare voluiſſe Naz. ſed lectos. quoniam vero, vt notat Ariſtoph. interpres in* εἰρήνῃ, *proprie* σιβάδας *vocabant* τὰς χαμευνίδας, *lectos humi ſtratos; vnde & Naz. in Apol. cum de paſtoribus loqueretur, dixit, eos* ὑπὸ ταῖς αὔραις σχεδιάσαι σιβάδα, *ſub auris lectulum ſibi ex gramine ſternere; merito addit* ὑψηλὰς, *nec hoc contentus, ſubdit,* σκηνοποιοῦντες, *indicans, opinor, ſolitos fuiſſe quoſdã toros adeo ſublimes extruere, vt quaſi quædam viderentur tabernacula, quibus notatam voluit, niſi me fallit, eorum etiam in cubando mollitiem ac pompam. nam eam quidem, qua in bibendo, atq; edendo vtebantur, deinceps perſtringit, non, inquiens, vina odorum ſuauitate fragrantia,* τοὺς ἀνθοσμίας *(de quo lege noſtrum in orat.* περὶ φιλοπτ. *Schol. 95.) non fucoſas coquorum conditiones &c. Id ita eſſe puto fore, vt tu quoq; candide lector fatearis, ſi memoria tenes, Naz. in or.* περὶ φιλοπτ. *p. 135. v. 8. cum nimium in lectis ſternendis ſtudium, atq; ornatum indignaretur, verbis vſum eſſe ferme eiſdem,* ἡμεῖς δὲ, *aiebat,* ἀνακείσόμεθα λαμπροὶ λαμπρῶς ἐπὶ σιβάδος ὑψηλῆς τε καὶ μετεώρου.

32 Non terra & mare honoratum nobis ſtercus largiantur] *belluonibus enim, natis abdomini ſuo, cibos omnia elementa (vt ipſe dicebat Naz. in or.* περὶ φιλοπτ.) *abunde ſuppeditãt, terra terrenas beſtias, aqua*

aquatiles, aër volatiles. quas ne hîc quidem prætermiſiſſe credendum eſt, præſertim cum & ipſæ cibaria è terra, atq; ex aqua petant. Belle autem Theologus, ac ſcite delicatiores cibos per iocum honorans, honoratum ſtercus vocat, honoratum quidem (vt explicat interpres) ob ſummum ſtudium, quo à principio expetuntur; ſtercus vero, quia vbi fuerint digeſti, in ſtercus excernuntur.

33 Et Deos opinantur nidore lætari] *quamuis ex his etiam codicibus, qui habent* ὀνομάζουσι, *commodius poßit elici ſenſus, vt dicat, Græcos eos nominare Deos, qui nidore lætantur, tamen libentius alios, qui habent* νομίζουσι, *ſequutus ſum, tum quia ad alterum illum ſenſum exprimendum videretur deſiderari articulus* τοὺς, *qui voci illi* χαίροντας *tanquam ſubiecto præponeretur, tum quòd venit in mentem, eundem Naz. in or.* περὶ φιλοπτ. *cum eos notaret, qui ſolerent homines dæmonibus immolare, non dißimiliter dixiſſe* ταῖς τοιαύταις θυσίαις αὐτοί τε χαίρουσι, καὶ τοὺς θεοὺς αὐτῶν οἴονται, *huiuſmodi ſacrificiis & ipſi gaudent, & ſuos Deos gaudere exiſtimant. Hac igitur opinione qui eſſent, non iniuria videbantur, Deos & humanis hoſtiis, & ventre colere: cum enim viderent, ait S. Athanaſius, ſuos Deos iſtiuſmodi rebus oblectari, ſtatim eos iiſdem delictis æmulati ſunt, egregium facinus arbitrati, ſi exempla eorum quos ſummos cenſebant, imitarentur; atq; inde factum eſt, vt ſceleribus homicidiorum, parricidiorum, omniumq; libidinum ſuccubuerint.*

In orat. contra Idola.

34 Dæmonum & ſictores, & Myſtagogi, & Myſtæ] δαιμόνων καὶ πλάσται, καὶ μυσταγωγοὶ, καὶ μύσται. *Iure & Dæmonas huiuſcemodi Deos nuncupauit, quia omnes Dÿ gentium Dæmonia, & eorum fictores dixit gentiles,*

Pſal. 95.
Pſal. 113.

gentiles, etenim ſimulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. appellauerunt Deos o- Sap. 13. *pera manuum hominum aurum, & argentum, artis inuentionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. quod autem eoſdem dicit ſuorum Deorum* μυσταγωγοὺς ϗ μύστας, *ſæpe ſolet Naz. ambas has voces ſimul ponere vt certe fecit in or. de pace 3. p. 123. v. 52. & in 1. contra Iulian. p. 285. v. 42. aliquando tamen cum hac* μύστης *iungit vel hanc* ἱερεὺς, *vt in or.* περὶ φιλοπτ. *p. 139. v. 6. vel illam* ἐπόπτης, *ſiue* θεατής. *vt infra p. 230. v. 27. & in extrema orat.* εἰς τοὺς λόγους, *& in 2. in Iulian. p. 302. v. 31. vt videatur mihi quidem ex his locis inter ſe collatis* μυσταγωγὸς, ἱερεὺς, *&* ἐπόπτης, *ſiue* θεατὴς *idē fere valere apud Theologum in or. certe in Greg. Nyſſ. p. 35. v. 42.* ἐπόπτης τε ϗ μυσταγωγὸς *tanquam ſynonyma poſuiſſe videtur, ſicut in or. de Theolog. p. 200. v. 52.* ἐπόπτης, ϗ θεωρὸς. ἐπόπται *autem dicebatur (vt colligitur ex Plut. in Demetr. & ex Ariſtoph. interprete in Ranis) qui cum iam myſteria accepiſſent, quo interim tempore* μύσται *vocabantur, intermiſſo tamen vnius ſaltem anni ſpatio, ad ea ſpectanda admittebantur, itaq; idonei fiebant, qui iam alios initiarent, & ad ſacra ducerent. ex quo etiam* μυσταγωγοὶ *iidem, vt puto, nominabantur. qua item ratione à Naz. eo, quem ſupra notaui or. in Greg. Nyſſ. loco Moyſes diuinorum myſteriorum* ἐπόπτης τε, ϗ μυσταγωγὸς *dicitur. Recte igitur animaduertit interpres* μυσταγωγοὺς *quidem hic gentiles vocaſſe Theologū, quippe qui ſua myſteria multitudinem docerent,* μύστας *vero, vt pote qui ab ipſis dæmonibus initiarentur, & errorem docerentur. vt* μυσταγωγοὶ *doctrinæ,* μύσται *diſciplinæ cauſa dicantur. quod poſſumus altero etiam ipſius*

Naz. teſtimonio confirmare. id autem eſt in initio ep. 2. ad Cledonium, vbi contra eos diſſerens, qui mentem à Chriſto remouebant, οὗτοι γὰρ, *inquit,* ἡνίκα μὲν ἂν τοῖς γνησίοις αὐτῶν μαθηταῖς, καὶ μύσταις τῶν ἀπορρήτων θεολογῶσιν, ὥσπερ οἱ μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις, ὅλην τὴν νόσον αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες, μόλις, καὶ τὴν σάρκα τῷ σωτῆρι διδόασι. *iſti enim cum quidem de rebus diuinis ad germanos ipſorum diſcipulos, & myſtas arcanorũ verba fecerint, ſicut Manichæi ad electos quos vocant, omnem morbum ipſis detegẽtes, vix carnem ipſam Saluatori tribuunt. B. tamen Dion. de Eccl. Hier. c. 5. vbi vocat Moyſem* τὸν πρῶτον τῶν κατὰ νόμον ἱεραρχῶν μύστην, καὶ ἡγεμόνα, μύστην ἀντὶ τοῦ μυσταγωγοῦ *poſuiſſe videtur: ſi quidem etiam in 2. cap. de diu. nom.* ἱερομύστας *vocat non qui ſacris de rebus docentur, ſed qui ea docent alios. Hæc de horum nominum ſignificatione. quibus Latina quæ plane reſponderent cum non inuenirem, ſatius duxi Græca retinere, præſertim cum vſu iam ſatis mollita videantur. Myſten quidem, atque etiam Symmyſten memini me tum apud alios ſacros ſcriptores legiſſe, tum apud B. Hieron. ep. 26. Myſtagogum vero, & ſemel in Cic. or. 6. in Ver. & in S. Cyrillo Latino ſæpius.*

35 Et ab eo, qui conuocauit, minime alienæ] *ab ipſo ſcilicet Dei verbo: quamuis enim* ἑστιάτορα, *quo quidem vocabulo vnà cum altero ſibi oppoſito* δαιτυμόνα *vtitur etiam Plato in principio Timæi, quaſi dicas epuli præbitorem, ſe ipſum mox faciat, eum tamen, qui conuocet, atque inuitet, vult eſſe verum omnium dominum. ſic etiam S. Auguſtin. dum & ipſe ad Natalem diem Chriſti digne agendum hortaretur, mundemus, aiebat, quantum poſſumus cum Dei adiutorio, corda ſimul & corpora noſtra, vt cæleſtis ille inuitator nihil in*

nobis

nobis ſordidum, nihil fœdum, nihil obſcurum, nihil oculis ſuis deprehendat indignum.

36 Quomodo poſſit peregrinus ciues paſcere] *hinc ſatis videtur conſtare, aureolam hanc oratiunculã, vt initio animaduertit interpres, Conſtantinopoli habuiſſe Theologum, ideoq́ magnam præ ſe ferre aduerſus hæreticos contentionem, & accuratiſſimam de Theologia diſputationem continere.*

37 Ordiar autem hinc] ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν. *quæ hic affert Naz. vſq; ad illud* πρὸς ταῦτα τί φασιν *&c. eadem fere eiſdem verbis repetit initio orat. in ſanctum Paſcha. nec mirum.* δὶς γὰρ τό γε καλῶς ῥηθὲν, οὐδὲν βλάπτει, *diuinus dicebat Plato, quæ autem ſemel optime dixeris, ea quærere nouo modo enunciare, ocioſæ eſt (vt interpretis verbis vtar) oſtentationis.* De leg. l. 6.

38 Quæ non euacuantur] *terreſtres nimirum cibi euacuantur, atq; excernuntur, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, cæleſtes vero ſeruantur, & vnà cum ipſa, quam nutriunt, mente ſtabiles permanent.* Matt. 15.

39 Pleniſſimam ſimul & breuiſſimam efficere] *magnum ſane promiſſum, ac tanto viro plane dignum: pleriq; enim, dicebat Poëta ille Lyricus, decipimur ſpecie recti. breuis eſſe laboro, obſcurus fio, ſectantem leuia nerui deficiunt, animiq́.*

40 Deus erat quidem ſemper &c.] *Hic videtur Theologus, vt aduertit interpres, aperte imitatus eſſe Platonem in Timæo ita ſcribentem,* τό, τ' ἦν τό, τ' ἔσται χρόνου γεγονότος εἴδη φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται· τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἦν τό τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γὰρ

ἐστὸν. τὸ δ᾽ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ. καὶ τὰ ἑξῆς. *Erat, & erit temporis, quod factum eſt, ſpecies ad æternam ſubſtantiam imprudentes transferimus non recte: dicimus enim profecto, quod erat, & eſt, & erit. at ei re vera eſt ſolum conuenit. erat autem, atq; erit decet in eam, quæ in tempore procedit, generationem conferre: motus enim ſunt. quod autem ſemper eodem modo, & quæ ſequuntur. Nos enim externis omiſsis ad noſtros veniamus, & quid eximius Eccleſiæ doctor* Auguſtin. *piiſsime ſimul & doctiſsime eadem de re ſcriptum reliquerit, attente audiamus: ô veritas, quæ vere es, inquit! nã in omnibus actionibus, & motibus noſtris, & in omni prorſus agitatione creaturæ duo tempora inuenio, præteritum, & futurũ, præſens quæro, nihil ſtat. quod dixi, iam non eſt, quod dicturus ſum, non dum eſt. quod vixi, iam non eſt: quod victurus ſum, non dum eſt. Præteritum, & futurum inuenio in omni motu rerum. in veritate, quæ manet, præteritum, & futurum non inuenio, ſed ſolum præſens, & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non eſt. Diſcute rerum mutationes, inuenies fuit, & erit. cogita Deum, inuenies eſt, vbi fuit, & erit, eſſe non poſsit. vt ergo & tu ſis, tranſcende tempus. Sed quis tranſcendet viribus ſuis? Leuet illuc ille, qui patri dixit, volo, vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecũ. Ac rurſus (iuuat enim me grauiſsimas huius ſanctiſsimi ac doctiſsimi viri ſententias hûc etiam totidem verbis, ſi quando vſus fuerit, transferendo, & mihi ipſi, & aliis qui eo delectantur, in memoriam redigere) docens, qua ratione erat quoq; & erit de æterna ſubſtantia non falſo dicatur. In eo autem ait, quod ſempiternum eſt, ſine initio, & ſine fine, cuiuſlibet temporis verbum ponatur ſiue præteriti, ſiue præſentis, ſiue futuri, non mendaciter ponitur: quamuis enim natura illa immuta-*

Ioan 17.

In Ioan. Tract. 99.

immutabilis, & ineffabilis non recipiat fuit, & erit, ſed tantum eſt, ipſa enim veraciter eſt, quia mutari non poteſt, & ideo illi tantum conuenerat dicere, Ego ſum qui ſum, & dices filiis Iſraël, Qui eſt, miſit me ad vos, tamē propter mutabilitatem temporum, in quibus verſatur noſtra mortalitas, & noſtra mutabilitas, non mendaciter dicimus & fuit, & erit, & eſt. fuit in præteritis ſeculis, eſt in præſentibus, erit in futuris. fuit, quia nunquam defuit, erit quia nunquam deerit, eſt, quia ſemper eſt: neq; enim velut qui iam non ſit, cum præteritis occidit, aut cum præſentibus, velut, qui non maneat, labitur, aut cum futuris, velut, qui non fuerat, orietur. Verum igitur eſt, quod ſubiicit Naz. omnem eum ſuperare tum temporis, tum naturæ notionem. temporis quidem, ait interpres, tanquam infinitum, quippe cum nec principium habeat, nec finem; naturæ vero, tanquam indeterminatum, quòd nullo loco, nulloq; termino, ipſius naturam declarante, circunſcribatur.

Exod. 3.

41 Non ex his, quæ ſunt ſecundum ipſum, ſed ex his, quæ circa ipſum] οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, *ſiue* αὐτὸ (*vtroq; enim modo recte legitur, ſi primo modo,* πρὸς τὸν θεὸν, *ſi ſecundo,* πρὸς τὸ θεῖον *referes)* ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, *ſiue* αὐτὸ, *hoc eſt, exponit interpres, non ex propria ſubſtantia ac natura: hæc enim à nullo prorſus definiri, comprehendíue poteſt, ſed ex his, quæ effecta ſunt, creaturis videlicet, iisq;, quæ ad ipſarum prouidentiam pertinent, rationibus: ex Dei enim operationibus nos eleuati, & per creaturas creatorem agnoſcentes, ipſius bonitatem, ac ſapientiam percipimus. Huc etiam pertinere arbitror quod dicit S. Iſidorus de ſummo bono lib. 1. cap. 7. plerunq; de corporibus ad Deum ſumuntur qualitatum ſpecies, quæ tamen in Deo non ſunt, quia in*

propria natura incorporeus eſt, & incircunſcriptus, ſed pro efficientiis cauſarum, rerum in ipſo ſpecies ſcribuntur, dum non ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum ſimilitudinem ſpecies dicuntur ad Deum, neq; pro ſubſtantiæ proprietate, ſed pro efficientiis cauſarum. ſed quid eadem de re aliquanto apertius ſcripſerit ipſe Naz. ne pigeat audire, quando ego ea huc totidem verbis transferre non grauabor. in or. igitur de Fil. 2. p. 217. v. 48. nec aërem, inquit, quiſpiam hauſit vniuerſum vnquam, nec Dei eſſentiam omnino vel mens percepit, vel vox comprehendit. ſed ex his, quæ circa ipſum ſunt, adumbrantes ea, quæ ſunt ſecundum ipſum, leuem quandam, infirmamq; & aliam ex alia re ſpeciem colligimus. atq; is optimus nobis fuerit Theologus, non qui inuenerit totum (neq; enim poteſt homo corporis vinculis aſtrictus totum capere) ſed qui plura quàm ceteri, coniecerit, & amplius in ſe ipſo collegerit veritatis ſimulacrum, ſiue adumbrationem, ſiue aliud quoduis appellauerimus.

42 Tantummodo illuminans principem animi noſtri partem] *τὸ ἡγεμονικὸν, vim ſcilicet intelligendi, quæ quidem, ſicut vis videndi in corpore, item ipſa in anima principatum obtinet. vnde congruenter etiam ipſius viſus à fulgore celeriter præterlabente illuſtrati, ſimilitudinem ad id, quod volebat, oſtendendum ſumpſit. quod ipſum fecit in verſibus de Virg. dum Deum ipſum affatus, ſic dixit, ἐς δὲ σε τείνων νοῦς μερόπων, τυτθὸν λεύσσει σέλας οἷα τάχιστα ἀστεροπὴν φεύγουσαν ἀπ' ἠέρος. In te autem intendens mens mortalium, exiguum tui aſpicit ſplendorem, quaſi fulgorem celerrime fugientem ab aëre. Nam quòd hîc addit, καὶ ταῦτα κεκαθαρμένων, idq; nobis expurgatis, oſtendit, opinor, ne paruam hanc quidem veritatis lucem poſſe nos omnino percipere, niſi*

prius ani-

prius animum prauis affectibus expurgauerimus:purum enim impuro percipi nullo modo poteſt.

43 Vt ex ea parte, quatenus percipitur &c.] *ſatiat enim quærentem in quantum capit, S. aiebat Auguſtin. & inuenientem capaciorem facit, vt rurſus quærat implere, vbi plus capere cœperit. Quæramus inueniendum, quæramus inuentum, vt inueniendus quæratur, occultus eſt, vt inuentus quæratur, immenſus eſt.* In Ioan. tract. 63.

44 Admirationem autem cum mouerint &c.] *ſimili quadam gradatione & B. Auguſtin. vſus eſt, dicens, verſat nos Deus, vt verſando exerceat, exercendo mundet, mundando capaces reddat, capaces factos impleat. & alibi, Deum ſequimur diligendo, conſequimur vero non cum hoc omnino efficimur, quod eſt ipſe, ſed ei proximi, eumq́ mirifico, & intelligibili modo contingentes; eiusq; veritate, & ſanctitate penitus illuſtrati atq; comprehenſi. hoc nimirum Naz. maius quidpiam auſus, dixit, Deus diis vnitus, & cognitus. nec temere tamen: ipſe enim Deus, (vt notat Theodoretus, & Euthymius in Pſal. 1.) communicauit hanc ſuam appellationem cum hominibus ob infinitam liberalitatem, hunc in modum clamans, ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Nam quod deinceps addit Naz. ac tantum fortaſſe, quantum iam cognoſcit eos, qui ſunt ab ipſo cogniti, imitatur S. Paulum 1. Cor. 13. ſic dicentem, nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. quod quidem interpres S. Chryſoſtomum auctorem producens, ita intelligit, quemadmodum Deus hîc mihi occurrit, meq́; ſibi familiarem reddidit, ita & ego tunc ei occurram. ſicut autem cognitus ſum idem valere, ait, ac ſi dixiſſet, ſicut familiaris factus ſum, quòd ſecundum proportionē familiaritatis quam hîc per vir-* In Ioan. Tract. 21. De Mor. Eccl. cath. lib. 1. c. 11. Pſal. 81.

tutem cum Deo habuerimus, tunc ſimus ipſum viſuri, alij quidem magis, alij vero minus: quemadmodũ enim (inquit, pulchrum à Theophylacto in eundẽ locum mutuatus exemplum) ſi quis Rex infantem proiectum alicubi in biuio repertum alendum ſuſcipiat, adoptet, omniq; gloria ornet, tunc quidem ille, vt pote infans, non intelligit, quibus affectus ſit beneficiis. quare etiam nõ, vt par eſt, eum, qui ipſum honorauit, diligit. poſtea vero quàm ad virilem ætatem peruenerit, ac perceperit quis cum eſſet, quibus dignatus fuerit honoribus, tum demum admiratur, & amat eum, à quo tantus ſibi honos tributus eſt. ſic etiam nos paruuli, qui hîc ſumus cognitione, poſtquàm finem in futuro adepti fuerimus, tunc cognoſcemus, quo modo cogniti ſimus, hoc eſt amati. Nec tamen, vt ibi aduertit Theophylactus, ita nos prorſus Dei ſumus habituri cognitionem, vt ipſe habet noſtri, ſed tantum ad eius notionẽ progrediemur, quantum ipſe ſui noſcendi facultatem attulerit, & tanto illi plus adhærebimus, quanto propinquiorem ſe nobis præſtiterit. Bene igitur fecit Theologus noſter & caute, qui particulam illam ἴσως fortaſſe appoſuerit corrigens (vt interpretis verbo vtar) comparationem cognitionis noſtræ cum Dei cognitione: neq; enim poterit quiſquam ita prorſus Deum cognoſcere, ſicut cognitus eſt ab eo.

45 Tametſi exiſtimet quis, propterea quòd &c.] *Eunomiũ notat qui, vt ait interpres, ex eo, quod Deus ſimplex ſit, conabatur demonſtrare, eum non eſſe cognitu difficilem, ſed vel omnino incomprehenſibilem, vel omnino comprehenſibilem, quippe qui partium expers ſit, & vſquequaq; ſibi ipſi ſimilis: in compoſitus enim id contingit, dicebat ille, vt id quidem comprehẽdatur, illud vero maneat ignotum. cuius ineptæ argumentationis*

tationis ſolutionem innuens Theologus, dicit, ſateri nos quidem debere, Deum ſimplicē eſſe, ſed amplius exquirendum eſſe, quidnam ille exiſtens, ſimplicis ſit naturæ, quòd ſcilicet non ipſa ſimplicitas ſit Dei natura, ex quo ſequatur, eum vel prorſus comprehenſibilem, vel prorſus incomprehēſibilem eſſe, ſed aliud quidem ſit diuina natura, aliud ſimplicitas, quæ circa naturam conſideratur. quemadmodum & in compoſitis aliud eſt ipſorum natura, aliud quæ eam inſequitur compoſitio. ita vt nihil impediat, quo minus Deus ſit ſecundum naturam incomprehenſibilis, ſecundum ea, quæ circum ipſum ſunt, difficiliter comprehenſibilis, ſecundum infinitatem comprehenſibilis: naturalis enim atq; inſita in animis noſtris videtur notio, Deum & tempore, & natura, & virtute infinitum eſſe.

46 Nam æuum neque tempus, neque temporis pars eſt] *non ita hîc accipit Naz. hanc vocē αἰὼν, vt eius diſcipulus S. Hieron. in Ezech. 16. cum dicit ſignificare ſeculum, id eſt humanæ tempus ætatis, ſeptuaginta annorum numero ſupputatum, ſed potius, vt ipſius condiſcipulus S. Baſil. dicit à non nullis accipi, qui æuū æterni appellatione dignantur, quoniam ex eo, quod eſt ſemper, etiam nominationem hanc ſortitum eſt. verum ſi lubet accuratius, quid æuum à tempore differat, quotúe modis ſacris in litteris accipiatur, lege S. Dionyſ. de diu. nom. cap. 10. & Damaſc. lib. 2. c. 1. quo loco non nulla etiam hinc, vt ſæpe ſolet, à Naz. accepta ponit.* Aduerſus Eunom. lib. II.

47 Non ea, quæ ad Theologiam pertinent, ſed quæ ad Oeconomiam] μὴ θεολογία, ἀλλ᾽ οἰκονομία, *non abſurdum duxi Græca retinere verba, tum quia vſu iam ſatis mollita videntur, tum etiam vt Græcæ figuræ leporem aliquo modo ſeruarem: Theologiam autem vocat pro-*

cat proprie Theologus ea, quæ ad diuinitatem Dei attinent. Oeconomiam ea,quæ ad humanitatem: Oeconomia enim eſt,ait interpres,in hominibus quidem adminiſtratio rei ad vtilitatem relata, in Deo vero propriæ magnitudinis hominum cauſa voluntaria demiſsio. cuius rei plura ſi quæris teſtimonia lege in Apol. p.20. v.10. in or. in Heronem p.159. v.35. in laud. Baſ. p.95. v.4. & infra p.231. v.32. Neq; vero non etiam ſanctus Doctor Damaſcenus lib. 1. c. 2. eiſdem vocibus in eandem ſententiam vſus eſt, quamuis eam non expreſſerint Latini interpretes.

48 Neque ſupra hæc deitate diffuſa &c.] *Euertit, (vt etiam in Apol. eum feciſſe oſtendi Sch. 69) Sabellij & Arij hæreſes, quarum hæc quidem, cum poneret patrem maiorem filio, filium minorem patre, & ſpiritum ſanctum vtroq; minorem, Græciſmo aſsimilatur, illa vero Iudaiſmo; quippe quæ tres confundens perſonas, vnam tantum videbatur introducere. itaq; erant ambæ, tanquam quidam defectus, atq; exceſſus æque reprehendendæ, & explodendæ, vt ipſe Naz. in orat. in Epiph. p.235. v.18. oſtendit his verbis, æque à nobis abſit & Sabellij contractio, & Arij diſtractio, ex diametro mala, & impietate æqualia. Sed quid eadem de re S. Baſi. initio Homil. contra Sabell. & Arian. concordiſsime ſcripſerit, audiamus: Pugnat, inquit, Iudaiſmus cum Græciſmo, & vterq; cum Chriſtianiſmo, quemadmodum Aegyptij, atq; Aſſyrij & inter ſe erant inimici, & Iſraëlitis. quo modo & in vitio deprehendimus timiditatem, & audaciam tum alteram alteri contrariam eſſe, tum fortitudini vtramq;. talis quædam eſt & aduerſus rectitudinem confeſsionis vtrinq; inſtructa pugna, ex vna quidem parte certante Sabellio, ex altera*

vero his, qui perſonarum inæqualitatem prædicant. nos autem, quemadmodum Græcos vitauimus, peſſimamq́; declinauimus idololatriam, atq; multos Deos, quod ipſi faciunt, introducere, Deum negare eſſe ſtatuimus, ſic etiam fugiamus Iudæorum, Dei Filium negãtium, blaſphemiã. Verum cum ſimillimus nunc mihi locus ex B. Auguſt. occurrat, non poſſum me continere, quin hunc quaſi colophonẽ huic ſermoni imponam: Diuerſi nobis, inquit, aduerſantur hæretici, qui non ex vna parte, ſed in contraria conantes à via veritatis exorbitant. Ariani quippe dicunt, ecce inæqualis eſt patri filius. dicunt Sabelliani cõtrà, id eſt Patripaßiani, ecce qui pater eſt, ipſe & filius. contraria dicitis, ſed non eo modo, ſicut eſt falſum contrarium vero, ſed ſicut ſunt inter ſe duo falſa contraria errando in diuerſa itis, in medio eſt via, quam relinquitis. inter vos ipſos longiore interuallo ſeparati eſtis, quàm ab ipſa via, cuius deſertores eſtis. vos hinc, vos autem illinc. huc venite, alteri ad alteros tranſire nolite. ſed hinc, atq; illinc ad nos veniendo, inuicem vos inuenite. Sabelliani agnoſcite, quem prætermittitis. Ariani æquate, quem ſubditis, & in via vera nobiſcum ambulabitis.

In Ioan. tract. 71.

49 Sic igitur ſe habent ſancta ſanctorum, quæ &c.] *ſancta ſanctorum vocat hîc Theologus ſanctam illam Trinitatem, tanquam rem omnium auguſtißimã, intimisq́; penetralibus abditam. quare etiam Prophetæ viſionem tangens, dicit, ea à Seraphim velari, ternisq́; Sancti glorificari vocibus, in vnam conueniẽtibus dominationem ac deitatem. quod & in extrema fere or. ad eos, qui ex Aegypto venerant, his verbis explicat: Summa autem ſermonis eſt, vt cum Cherubim (quos hîc cum ipſo Propheta, atq; etiam in or. de Theol. 2. p. 203. v. 2. Seraphim*

Eſa. 6.

Seraphim illic, & initio eiuſdem or. de Theol. Cherubim propter ordinum fortaſſe propinquitatem vocat, vt intelligas omnes pariter ſummam illam Trinitatem celebrare. & quidem S. Athanaſius in illud dictum, omnia mihi tradita ſunt à patre &c. eandem rem tractans, Cherubim & Seraphim ſimul ponit. atq; adeo Eccleſia ipſa cantat, Tibi Cherubim, & Seraphim inceſſabili voce proclamant, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth) vt cum Cherubim igitur, inquit, glorifices, qui tres ſancti voces in vnam cogunt dominationem, tantumq; patefaciunt primæ illius eſſentiæ, quantumcunq; pandunt ſtudioſis alæ. quo quidem in loco videtur Naz. ſubobſcure innuere id, quod germanus ipſius diſcipulus in ep. 142. Damaſo aperte demonſtrat, duos illos Seraphim ideo duabus alis ceteris quattuor Dei tum facie, tum pedibus velatis volaſſe, quòd media tantum cognoſcimus, quæ ex ſcripturarũ nobis lectione pandũtur.

50 Quod etiam alius quidam eorum, qui ante nos fuerunt, pulcherrime &c.] *ſolitus eſt Naz. hoc modo dicendi etiam cum notiſſimorum, & clariſſimorũ virorum teſtimonia affert, ſæpe vti. quod & S. Paul. Hebr. 2. fecit, teſtatus eſt, inquiens, in quodam loco quis, nimirum Dauid. Similiter in or. de Spiritu ſancto p. 223. v. 42. Gregorium illum Thaumaturgum virum* Ep. 84. Magno or. Rom. *(quomodo ipſum vocat B. Hieron.) Apoſtolicorum ſignorum, atq; virtutum indicans, quem & S. Baſil. de Spiritu ſancto cap. 29. eiuſdem rei teſtem producit nominatim, Colamus, inquit, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, tres proprietates, deitatem vnam, nec gloria, nec honore, nec eſſentia, nec regno diuiſam, vt quidam eorum, qui paulo ante fuerunt, diuino referti ſpiritu philoſophatus eſt. Quæ quidem voces, quas*

tes, quas ferunt diuinum illum virũ in admirabili quadam reuelatione admirabiliter excepiſſe, quamuis cum his, quæ hic de eadem ſanctiſsima Trinitate proferũtur, mirifice conueniant, nolim tamen putes, eum hoc loco à Naz. *deſignari, & multo minus* S. Dionyſium *Areopagitam, vt quidam dixerunt, ſeptimum caput aurei illius de cæleſti* Hierarchia *libelli quaſi teſtem producentes, in quo vix vllam apparet huius rei veſtigium. at in* S. *Athanaſio acerrimo ſanctiſsimæ* Trinitatis *propugnatore, ac defenſore, ipſa prope verba leguntur: dum enim dictum illud* Euang. *omnia mihi tradita ſunt à patre &c. explicaret, in eo ipſo dicebat, quòd ampliſsima iſta animantia tertio proferunt glorificationem, dum aiunt, ſanctus, ſanctus, ſanctus, triplici numero tres perfectas, abſolutas, integras perſonas oſtendunt, quemadmodum ſub vnica voce* Dominus *vnam ſubſtantiam declarant. Fuiſſe autem* Naz. *illius ſanctiſsimi, ac doctiſsimi viri ſtudioſiſsimum præterquàm quòd ex ea, quam de ipſo luculenter conſcripſit, oratione, & ex clariſsimo, quod in or. in* Heronem *p. 160. v.* 15. *inſeruit, eiuſdem* Encomio *ſatis patet: accedit etiam* Photij *teſtimonium, qui quidem de* Magni Athanaſii *ſermonibus ad* Taraſium *fratrem ſcribens, Si quis, ait,* Theologum Gregorium, *& diuinum* Baſilium *diceret ex hoc libro, tanquam fonte quodam, haurientes orationis ſuæ pulchros illos, ac perlucidos contra errorem fundere fluuios, non iret, vt arbitror, procul à veri ſimilitudine. Hũc igitur, ipſo quoq; interprete adſcribẽte, ſignificauit* Naz. *nec vero te moueat, quòd eum indicans, qui natu licet maior, eodem tamen tempore fuerat, dixerit,* τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, *cuidã eorum, qui ante nos fuerunt: nam etiam initio orat. de* Fil. 2. *Sanctos illos Nicænæ Synodi Patres, in quibus*

certe &

certe & ipſe fuit S. Athan. innuens, ait, τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν. *idem igitur his verbis voluiſſe mihi quidem videtur, ac ſi dixiſſet* τινὶ τῶν μικρῷ ἔμπροσθεν. *cuidam eorũ, qui paulò ante fuerunt. quod certe dixit in or. de Spiritu ſancto Gregorium illum Thaumaturgum indicans, quem tamen conſtat S. Athanaſio antiquiorem fuiſſe: fuit enim (vt teſtatur B. Hieron. in Eccleſ. ſcriptorum catalogo) Origenis diſcipulus, & quidem S. Athanaſius ad excelſam illam, quam tanta conſtantia fuerat confeſſus, tantaq́ pietate, ac doctrina prædicauerat, Trinitatem iam pridem migrauerat, cum hanc orationem haberet Theologus; ſi quidem hæc poſterior eſt illa, qua ipſius laudes complexus eſt. illam autem, vt dicit ibi interpres, Conſtantinopoli conſcripſit Naz. ſub Theodoſio Magno, cum ille iam antea ſub Valente deceßiſſet, Alexandriæ Eccleſia quadraginta ſex ipſis annis adminiſtrata. Ex his ſatis conſtare arbitror, Naz. pulcherrimæ illius, & altißimæ ternarum illarũ Sancti vocum, & vnicæ Domini interpretationis auctorẽ facere S. Athanaſium: quam & alij deinceps ſancti Patres etiam Latini vno conſenſu ſunt ſequuti. nam & S. Hieron. in ep. 142. Damaſo ſcribit, duos illos Seraphim alterum ad alterum clamantem ter Sancti nomen ingeminaſſe, vt demonſtrarent, in ambobus Teſtamentis Trinitatem prædicari. & B. Auguſt. in lib. de fide ad Petrum Diac. cap. 1. hæc verba ponit: Hanc Trinitatem perſonarum, atq́ vnitatem naturæ Propheta Eſaias reuelatam eſſe ſibi, non tacuit, cum ſe dicit Seraphim vidiſſe clamantia ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. vbi prorſus in eo, quòd dicitur tertio ſanctus, perſonarũ Trinitatem, in eo vero, quòd dicitur ſemel Dominus Deus Sabaoth, diuinæ naturæ cognoſcimus vnitatem.*

51 Quoniam vero non ſatis id erat bonitati diuinæ, vt &c.] *Princeps ingenij & doctrinæ Plato, inuiſibilia fortaſſe Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciens, dicit in Timæo, nullam aliam cauſam potiorem afferri poſſe, cur Deus mundum condiderit, quàm quòd bonus eſſet: bonum autem nulla vnquam vllius rei attingat inuidia. hac igitur liber cum eſſet, voluit, inquit, omnia ſui quàm maxime ſimilia exiſtere. eandem noſtri quoq; Theologi, altiore etiam lumine illuſtrati, prorſus tenuerunt, aſſerentes, rerum creationē ad creatoris bonitatem, ad creaturæ vtilitatem referendam eſſe. vnde illa S. Auguſt. verba, quia bonus eſt Deus, ſumus, & in quantū ſumus, boni ſumus. ſed quæ pulcherrime hac de re S. Dionyſ. ſcriptis tradiderit, audire ne pigeat: Deus, inquit, propterea quòd ipſum bonum eſt ſua propria eſſentia, in omnes res ſuam diffundit bonitatem: etenim quemadmodum ſol hic noſter non ratiocinando, nec eligendo, ſed eo ipſo, quod eſt, illuminat cuncta, quæ poſſunt illius lumen pro ſua quodq; ratione participare: ſic ipſum bonum, tantum quidem ſolem ſuperans, quantū tenui imagini eximius præſtat archetypus, ipſa ſua exiſtentia in omnes res pro portione emittit totius bonitatis radios. per iſtos ſubſtiterunt intelligibiles, intellectualeſq; omnes & ſubſtantiæ, & virtutes, & operationes. per iſtos eædem ſunt, & vitam habent perennem, nec vlla prorſus ex parte diminutam. Quamobrem cum ait Naz. ἀλλ᾽ ἔδει, ſed oportebat, nullam prorſus inducit neceſſitatem, ſed (vt Damaſceni verbis vna cum Niceta vtar) opificis indicat voluntatē: hac enim ſanctio & lex eſt decentiſſima. nimirum Deus (S. dicebat Aug.) nulla neceſſitate, nulla ſua cuiuſquā vtilitatis indigētia; ſed ſola bonitate fecit quod factū eſt.*

Rom. 1.

De Doctr. Chriſt. l. 1. cap. 13.

De Diuin. nom. cap. 4.

De orth. fid. l. 2. c. 12.

De Ciu. Dei l. 11. c. 24.

52 Primum quidem angelicas, ac cæleſtes virtutes cogitat] *Cæleſtes hîc virtutes non medium ſecundæ, ſiue mauis primum tertiæ hierarchiæ ordinem, ſed omnes planè diuinos illos ſpiritus vocat* ὑπερκοσμίων, *vt S. Dionyſij verbo vtar. communẽ autem Græcorum Theologorum opinionem eſſe Angelos ante alia, quæ ſub ſenſum cadunt, creatos fuiſſe, contra vero exiſtimare Latinos, eodem, quo alia, tempore conditos illos quidem eſſe, qui neſciat, puto ferè eſſe neminem. illud igitur, ne grauiſsimum celemus eximiæ Theologi noſtri auctoritatis teſtimonium, ſatis ſit dixiſſe, S. Thomam tametſi probabiliorem arbitretur poſteriorem opinionem, decreuiſſe tamen nequaquam eſſe damnandam alteram, præcipue propter ſententiam Greg. Naz. cuius tantam eſſe dicit in doctrina Chriſtiana auctoritatem, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præſumpſerit. ſicut nec Athanaſij documentis. hinc etiã S. Auguſtin. an tibi parua dicebat in vno Gregorio Epiſcoporum orientalium videtur auctoritas? eſt quidem tanta perſona, vt neq; ille hoc niſi ex fide Chriſtiana, omnibus notiſsima, diceret, nec illi eum tam clarum haberent atq; venerandum, niſi hæc ab illo dicta ex regula notiſsimæ veritatis agnoſcerent. ſed, ſi vis, addamus his & Theodoretum, qui Dialogo illo ſuo, immutabilis qui inſcribitur, Gregorius, ait, Orthodoxi perſonam ſuſtinens, cuius inſignis ad omnes gloria peruaſit, qui olim regiam vrbem, quæ in oſtio Boſphori ſita eſt, gubernauit, poſtea autem Nazianzum habitauit, aduerſus Apollinaris præſtigias ſic ſcripſit ad Cledonium: Huic vero Eraniſtes ille, maxime & ipſe hac quidem in re orthodoxus, reſpondẽs, ſubdit, vir fuit illuſtris, & eximius propugnator pietatis, & veræ religionis.*

De cæl. Hier. cap. 11.

1. parte Sum. quæſt. 61. ar. 3.

Contra Iul. Pelag. l. 1. cap. 2.

53 Atque

53 Atque ipſa cogitatio opus fuit verbo completum, & ſpiritu perfectum] *eadem ratione in or. in nouam Dominicam pag. 267. v. 45: dixit* τῷ πάντα δυνατῷ λόγῳ καὶ τὸ νοῆσαι μόνον ἢ εἰπεῖν ἔργον ἐστὶ παριστάμενον, *omnipotenti illo verbo vel ipſum cogitare, & dicere opus eſt praſto ſe exhibens. Dei enim dixiſſe feciſſe eſt, vt B. Hieron. verbis vtar. quod & admirabilis* In Mich. 4. *illa Iudith non ignorauit, cum Deum affata, diceret, co-* cap. 9. *gitaſti, & hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti; ſiue magis ad Græcam litteram (quam ſi ſpectes, hinc videri poßit dictum hoc ſumpſiſſe Naz.) cogitaſti, & praſto fuerunt, quæ deliberaſti, & dixerunt, ecce adſumus: nec mirum: audiuerat enim Dauid canentem, ipſe dixit, & fa-* Pſal. 32. *cta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt. itemq; Moyſen* Gen. 1. *ſcribentem, dixitq; Deus, fiat lux, & facta eſt lux. Cum autem inquit Naz. Verbo completum, & ſpiritu perfectum, reſpexit fortaſſe illud eiuſdem Pſalmi, Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: ſimulq; innuit in creandis Angelis totam interfuiſſe, & præfuiſſe Trinitatem, patre concipiente, filio complente, Spiritu ſancto perficiente. quod certe oſtēdit S. Auguſt. ipſum etiam Moyſen in rerum omnium creatione deſcribenda ſignificaſſe, ſemel quidem his verbis: Pater quippe intelligitur verbi, qui dixit, vt fiat.* De Ciu. Dei l. 11. c. 24. *quod autem illo dicente factum eſt, procul dubio per verbum factū eſt. in eo vero, quod dicitur, vidit Deus, quia bonum eſt, hac bonitas ſi Spiritus ſanctus recte intelligitur, vniuerſa nobis Trinitas in ſuis operibus inti-* De Ciu. Dei *matur. Iterum autem iſtis etiam in ſummo exordio* l. 11. c. 32. *ſancti libri Gen. Trinitas commendatur: cum enim dicitur, in principio fecit Deus cælum, & terram, vt pater feciſſe intelligatur in filio, conuenientißime paulo*

 poſt com-

poſt coinmemoratur etiam Spiritus ſanctus, & ſpiritus, inquit, Dei ferebatur ſuper aquas.

54 Siue intellectuales Spiritus, ſiue ignẽ &c.] *Quamuis non ignobiles olim ſacrarum litterarũ doctores ſenſiſſe videantur ipſos quoq; Angelos corpore, tenuiſſimo tamen, & ab omni prorſus contrarietate libero, præditos eſſe, communis tamẽ noſtræ memoriæ Theologorũ opinio eſt, & ab Eccleſia ſancta recte approbata, eſſe eos prorſus incorporeos, omniq; materia planè expertes: & quanquam non ſatis conſtare videtur, quid hac de re ſentiendum decreuerit Theologus, tamen vt ad poſteriorem eum potius ſententiam inclinare exiſtimem, facit non ſolum hic locus, ſed etiam duo alij, quorum vterq; eſt in or. de Theol. 2. alter quidem p. 200. v. 4. vbi probans, Deũ corpus eſſe, dici nullo modo poſſe, Quòd ſi, inquit, aliud quodpiam præter quintum illud dixerint, ſi quidem angelicum, vnde ſibi habent perſuaſum, Angelos eſſe corpora, & quæ tandem iſtæc fuerint corpora, & quanto ſupra Angelum fuerit Deus, cuius eſt miniſter Angelus? alter vero p. 206. v. 54. vbi de intelligibili, cæleſtiq; natura verba faciens, ne hanc quidẽ poſſumus, ait, incorporeo modo videre, ſit licet incorporea, ignem & ſpiritum appellatam, vel factam: facere enim dicitur Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignẽ vrentem; niſi facere quidem ſit conſeruare ea ipſa ratione, qua facti ſunt. ſpiritum vero, & ignem intelligas, illud quidem tanquam intelligibilis natura, hoc autẽ tanquam vim habens purgandi, quando vel in primam illã eſſentiam, haſce cadere appellationes non me præterit. illud modo nos quidẽ teneamus, eſſe eam incorpoream, vel quàm proxime. S. certe Dionyſ. apertius videtur in hanc ſententiã veniſſe; cũ de intelligibilibus & ipſe ſub-*

Pſal. 103.

De Diuin. nom. cap. 4.

ſtantiis

ſtantiis tractans, dicat, eas omni corruptione expurgatas eſſe, ab inſtabiliq́, fluxa, & alias aliter agitata alteratione procul remotas; & tanquam incorporeas, immaterialesq́; intelligi, & tanquam intellectus diuino quodam modo intelligere.

55 Velim equidem dicere immobiles ad malum] *ſæpe id quidem cupiit, ac prope auſus eſt dicere Theologus, vt in or. de Bap. p. 239. v. 17. quo loco inquirens, cuiuſnam naturæ proprium ſit, nihil peccare, audeo, inquit, dicere id eſſe etiã angelicæ naturæ, aut quàm proxime ad id eam quidem accedere ob illam, quam ad Deum habet, propinquitatem: ac rurſus in or. in Pentecoſten p. 264. v. vlt. de eiſdem angelicis virtutibus verba ſaciens, neq; enim aliunde, ait, adeſt eis perfectio, & illuſtratio, & id, vt ad vitium difficulter, aut nullo prorſus modo moueantur, quàm à ſancto Spiritu. Attamen nihil prorſus peccare ſolius Dei eſſe & ipſe Naz. tum eo, quem ſupra citauimus, or. de Bapt. loco, tum in or. ad Patrem p. 61. v. 49. ingenue ſatetur, & B. Iob libere* Cap. 15. *prædicabat: Ecce, inquiens, inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius: & verò etiam ſancti doctores paſſim teſtantur. ſed duorum nunc teſtimonio contenti ſimus, S. inquam Auguſtin. & S. Hieron. quorum hic quidem in fine Tract. 1. de filio prodigo hæc ſcribit: Solus Deus eſt, in quẽ peccatum cadere nõ poteſt; cetera, cũ ſint liberi arbitrij, in vtramque partem flecti poſſunt: ille vero cap. 23. libri de fide ad Petr. Diac. Iſtæc firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem à Deo incommutabili factam, nec tamen poſſe quemlibet ſanctorum Angelorum in deterius mutari, quia ſic acceperunt æternam beatitudinẽ, qua Deo ſtabiliter perfruuntur, vt*

tur, vt ea carere non poſſint. ſed hoc ipſum, quòd ab illo ſtatu beatitudinis, in quo ſunt, mutari in deterius nullatenus poſſunt, non eſt eis naturaliter inſitum, ſed poſtquàm creati ſunt, gratiæ diuinæ largitate collatum: ſi enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent, nunquam de eorum conſortio Diabolus, & eius Angeli cecidiſſent. hæc nimirum cauſa coëgit etiam Naz. vt fateretur, eos non omnino immobiles ad malum, ſed difficulter mobiles eſſe: vt enim Doctor ait Angelicus, difficultas bene operandi non eſt in Angelis ex aliqua contrarietate, vel impedimento naturalis virtutis, ſed ex hoc, quòd opus aliquod bonum eſt ſupra virtutem naturæ. rectè igitur, ni fallor, ſtatuerimus, Deum peccare nullo modo poſſe, Angelum difficulter poſſe, hominem faciliter. idq́ue eſſe cuiuſq; naturæ conſentaneum colligitur ex eo, quem bis iam tetigi, or. de Bapt. loco, & ex his, quæ ibi dicit interpres. nam Deus quidem, cum ſit prorſus immutabilis, & proprie ſimplex, ſequitur, vt peccare omnino non poſſit: vera enim ac propria ſimplicitas diſſenſionem, ac pugnam admittit planè nullam. Angeli vero, cum natura nō ſint prorſus immutabiles (quorum enim, ait Damaſcenus, creationis principiū à mutatione cœpit, ea mutabilia eſſe neceſſe eſt) nec propriè ſimplices, ſed nobiſcum tantum comparati, merito fit, vt poſſint ad malum quoq; moueri, licet nō ita facile, quippe qui Deo propinquiores ſunt, ac primum ab ipſo Deo illuminantur. homo autem, cum planè mutabilis ſit, & compoſitus, pronus omnino eſt ad peccandum: compoſitio enim cauſa eſt diſsidij, caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnē. hac vero, quod ſæpe accidit, ſuperante, cadimus in peccatum, peccati autem ſtipendia mors. ſed eſt, cur Deo gratias agamus

1. parte Sum. quæſt. 62. ar. 4.

Gal. 5.

Rom. 6.

immor-

immortales, qui nobis naufragis non ſolum primam, ſed etiam ſecundam emergendi tabulam ob ſuam immenſam bonitatem parauit. cuiuſuis igitur hominis eſt peccare, nullius niſi inſipientis, diuinamq́ opem reſpuentis, perſeuerare in peccato.

56 Qui propter inſitum ſplendorem Luciferi, propter nimiam &c.] *idem apertius in or. de pace 1. p. 116. v. 44. hunc in modum protulit: Ex Angelis autem is quidem, qui auſus eſt, ſeditionem facere, & ſupra dignitatem ſeſe efferre, aduerſus Dominum omnipotentem ceruices extollens, ſibiq́ ſuper nubes, quemadmodum tradit ſcriptura, ſolium excogitãs, pœnas dedit ſuæ temeritatis dignas, tenebræ loco lucis vt eſſet, damnatus, vel, vt verius dicam, à ſe ipſo talis factus, reliqui vero in ſua permanent dignitate. Non ſine cauſa autem videtur Naz. dixiſſe, Luciferum tenebras non ſolum dictum, verum etiam factum eſſe, quoniam, vt notat interpres, in or. in Paſcha, ipſe etiam Deus tenebræ aliquando dictus eſt ob naturæ incomprehenſibilitatem, cuiuſmodi eſt illud Pſal. 17. poſuit tenebras latibulum ſuum. qua etiã ratione ipſe Naz. in Apol. vocauit Dei theſauros* σκοτεινοὺς *tenebricoſos. tenebras tamen eum, qui lucem habitat inacceſſibilem, factum eſſe, dici nullo modo poteſt; ſi quidem, vt ait Dam. tenebras dicentes in Deo non tenebras cogitamus, ſed quod nõ eſt lux, ſed ſupra lucem. Quod autem deſertores Angeli tenebræ merito appellentur, declarat & S. Aug. de Ciu. Dei l. 11. c. 19. 20. & 33. oſtendens ſimul, poſſe nos, cum audimus Moyſen dicentem, & diuiſit lucem à tenebris, per lucem quidem bonos Angelos, qui in ea, qua creati ſunt, luce perſtiterunt, non abſurde intelligere, per tenebras autem malos, qui lumine priuati veritatis, in tenebroſa ſuperbia permanſerunt.*

[Margin notes: Eſa. 14. — 1. Tim. 6. — De orthod. fid. lib. 1. cap. 4. — Gen. 1.]

ſerunt. Tu vero poſſis etiam duorum Euangeliſtarum teſtimonio ad idem confirmandũ vti, primum Luc. 22. cum ait, hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum: deinde Ioan. 1. ex Theologi quidem noſtri ſententia: is enim initio orat. in Epiph. dictum illud, & tenebræ eum non comprehenderunt, ſubtiliter interpretatus, per tenebras intelligit diabolum, tanquam poteſtatem Chriſto veræ luci oppoſitam, à qua poteſtate pati quidem dicit perſecutionem Chriſtum, dum illa in eum, qui Adami
Exod. 15. *formam ſuſceperat, impudenter inſultat (dixit inimicus, perſequar, & comprehendam) non tamen comprehendi, cum in Deum incurrat, & ſuperetur, vt nos tenebras abiicientes, luci appropinquemus, tum lux efficiamur perfecta, perfectæ lucis germina.*

57 Mali fabricatores, eò quòd à bono receſſerunt, & nobis eiuſdem auctores] δημιουργοὶ τῆς κακίας *&c. Mali naturam nullam planè eſſe, præter alios ipſe etiam Naz. in or. in Paſcha p. 251. v. 12. ſine vlla dubitatione credendum ſtatuit, crede, inquiens, non eſſentiam aliquam mali eſſe, neq; regnum vel principio carens, vel à ſe ipſo ſubſiſtẽs, vel à Deo conſtitutum, ſed noſtrum opus illud quidem eſſe atq; Maligni, ex noſtra negligentia ad nos delapſum, non autem creatoris. Id cum ita ſit, iure Naz. cum dixiſſet deſertores Angelos mali fabricatores fuiſſe, ne quis perperam id interpretaretur, ſtatim addidit,* τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ *hoc ipſo, quòd*
De Ciu Dei *à bono defecerunt (vt S. Auguſt. verbis vtar) à quo non*
l. 12. c. 9. *defeciſſent, ſi vtiq; voluiſſent, ſed mala voluntate auerſi*
et lib 11. c. 9 *à Deo, non iam lux in Domino, ſed in ſe ipſis tenebræ, priuati participatione lucis æternæ: mali enim nulla natura eſt, ſed amiſſio boni, mali nomen accepit. quia enim*
Ep. 93 c. 6. *diabolus, (ait S. Leo) naturali excellentia male vſus eſt, & in ve-*

& in veritate non ſtetit, non in contrariam tranſit ſubſtantiam, ſed à ſummo bono, cui debuit adhærere, deſciuit. Iam vero quòd adiungit, ϗ ἡμῖν πρόξενοι, *& nobis auctores, ſiue conciliatores, ſummam indicat nequiſsimorum illorum ſpirituum malitiam, qui non ſatis habuerint, malum ſibi ipſis ſtruxiſſe, ſed etiam moliti fuerint, in illud nos quoq; impellere, tanquam Deo oppoſiti. cui quidem, vt paulo ante è* Naz. *audiuimus, non fuit ſatis, propriæ pulchritudinis contemplatione moueri, ſed ſtatuens, oportere latius manare bonum, & per omnes partes fundi, ceteris quoq; de bonitate ſua impertiuit.*

58 Quantum mihi quidem licet his de rebus commentari tenui ſermone grauia expendenti] *Attendens hic Theologi modeſtiam, facere non poſſum, quin erubeſcam, & pene contremiſcam: hæc enim ipſe cum dicat, quid tandem mihi dicendum eſſet, qui eum tantis de rebus grauiſsime, copioſiſsimeq; diſſerentē vertendum mihi, atq; exponendum propoſuerim? ſed mementote, nullis me meis viribus confiſum, ſed primum Dei auxilio, deinde ipſius S. Gregorij precibus nixum, hanc prouinciam ſuſcepiſſe. Orate & vos, fratres cariſſimi, ne tanto oneri ſuccumbam.*

59 Hanc inquam cæli, & terræ &c.] *imitatus fuiſſe videtur Ariſtotelem, qui in libro de Mundo mundum ita definit,* κόσμος ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ ϗ γῆς, ϗ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων, *mundus eſt coagmētatio ex cælo, & terra, & iis, quæ inter iſtæc continentur, naturis. addidit tamen* Naz. ϗ σύγκριμα, *elementorum (vt notat interpres) ratione habita. quæ quamuis proprium vnumquodq; locum obtineat, omnia tamē mutuo inter ſe ſunt commiſta. quod pluribus etiam S. Baſil. Homil. 1. in* ἑξαήμερον *oſtendit, hanc alteram ex*

duabus cauſam eſſe ſtatuens, cur Moyſen in mundi creatione referenda, terræ tantum, reliquis tribus elementis ſilentio prateritis, mentionẽ fecerit, quòd ſcilicet omnia in omnibus ſint permiſta, in terraq́; & aqua, & aër, & ignis reperiatur; idemq́; de reliquis dici poßit.

60 Laudabilem illam quidem propter bonam vniuſcuiuſque partis naturam &c.] *quoniam, vt dicit interpres in orat. in Paſcha, quicquid laudatur, vel ob propriam naturam laudatur, vel propter habitudinem ad alterum, vtraq; laude mundũ cumulauit Naz. dum affirmat, ſingulas eius partes, & per ſe ipſas laudabiles eſſe, & vero laudabiliores ob concinnitatem, εὐαρμοστίαν, & concentum, συμφωνίαν, vnius ad alteram, & omnium inter ſe, oſtendens per εὐαρμοστίαν quidem, vt ſubtiliter aduertit ibidem interpres, nõ contrarie ſe habere inter ſe mundi partes, per συμφωνίαν vero non ſolũ non contrarie, verum etiam amice admodum, cum omnes inuicem connectantur, & inter ſe quodã modo concinant. Sed cum de his plura etiam in orat. περὶ φιλοπτ. Sch. 90. dixerimus, ſatis nunc ſit, mirum hac in re S.* De Gen. cõtra Manich. l. 1. c. 21. *Auguſt. cum Theologo noſtro conſenſum, concentumq́; audire: Sane, inquit, non eſt negligenter prætereundum, quod dictum eſt, & vidit Deus omnia, quæ fecit, bona valde: cum enim de ſingulis ageret, dicebat tantum, vidit Deus, quoniam bonum eſt: cum autem de omnibus diceretur, parum fuit, dicere bona, niſi adderetur, & valde: ſi enim ſingula opera Dei cum conſiderantur à prudentibus, inueniuntur habere laudabiles menſuras, & numeros, & ordines, in ſuo quoq; genere conſtituta, quanto magis omnia ſimul, id eſt ipſa vniuerſitas, quæ iſtis ſingulis in vnũ collatis completur? omnis enim pulchritudo, quæ partibus conſtat, multò eſt laudabilior in toto, quàm*

toto, quàm in parte: ſicut in corpore humano ſi laudamus oculos ſolos, ſi naſum ſolum, ſi ſolas genas, aut ſolum caput, aut ſolas manus, aut ſolos pedes, & cetera; ſi pulchra ſingula, & ſola laudamus, quanto magis totum corpus, cui omnia membra, quæ ſingula pulchra ſunt, conferunt pulchritudinem ſuam, ita vt manus pulchra, quæ etiam ſola laudabatur in corpore, ſi ſeparetur à corpore, & ipſa amittat gratiam ſuam, & cetera ſine illa inhoneſta ſint: tanta eſt vis & potentia integritatis, & bonitatis, vt quæ bona ſunt, tunc multum etiam placeant, cum in vniuerſum aliquid conueniunt, atq; concurrunt.

61 Sed quid hæc ad nos, inquiet forte quiſpiam &c.] *ſentiens, ſe, quaſi feruentiorem quendam curſorem, fere extra curriculum longius digreſſum eſſe, belle ſe ipſum pulchra quadam metaphora reuocat; ſimulq; oſtendit, id ſe non ſolum cupiditate adductum feciſſe, ſed etiam ratione. quam quidem interpres, methodo vſus* ἀναλυτικῇ, *artificioſe oſtendit: Cum enim, inquit, de Chriſti incarnatione tractaturus eſſet, afferenda erat cauſa, cur facta fuerit, quòd ſcilicet ob hominis tranſgreſſionem, quodq; tranſgreſſionis auctor fuit diabolus, & quod Diabolus non eſt à Deo talis creatus, ſed mutatus eſt. itaq; & ipſe prior malum guſtauit, & aliis idem propinauit. Et quidem etiam S. Athanaſius in opuſculo, quod de humanitate verbi inſcribitur, cauſam reddens, cur de incarnatione verbi agere cum propoſuiſſet, de primordiis hominum verba faceret, non eſt id, inquit, alienum à ſcopo inſtitutæ orationis: neceſſe eſt enim nobis differentibus de Saluatoris noſtri ad nos aduentu, etiam differere de hominum primordiis, vt cognoſcas noſtram culpam illi dediſſe occaſionem, vt deſcenderet, noſtramq; prauaricationem verbi Dei humanitatem*

elicuiſſe,

elicuiſſe, vt ad nos contenderet, & inter homines appareret.

62 Taciti tam magnifici operis laudatores, & Psal. 18. præcones celeberrimi] *nimirum cæli enarrant gloriam Dei mirifico ipſorum ornatu ordine, atq; concentu, quaſi clariſſima quadam voce vtentes. quo factum eſt, vt in omnem terram exiuerit ſonus eorum, & in fi-* Sap. 13. *nes orbis terræ verba eorum: ex magnitudine enim, & pulchritudine rerum creatarum quaſi proportione qua-* Homil. 11. in Hexaëm. *dam earum conditor conſideratur. Nam, vt S. ait Baſil. mundus hic vniuerſus libri cuiuſdã ſcripti inſtar eſt, Dei gloriam enarrantis reconditam, inuiſibilemq́; Dei maieſtatem tibi, ſi ſapis, per ſe ipſum enuntiãs, quo poſſis veritatem agnoſcere. Id omnes etiam gentiles, qui recta* De Nat. l. II *ſaperent, ſic habuerunt perſuaſum, vt affirmaret Cicero, qui temere quædam de mundo effutirẽt, eos ſibi quidem nunquam hunc admirabilem cæli ornatum ſuſpexiſſe videri.*

63 Sed non dum temperatio ex vtriſque] *Poëta etiam Ouidius, cùm ceterarũm animantium creationem deſcripſiſſet; ſubdit, ſanctius his animal mentiſq́; capacius altæ, deerat adhuc, & quod dominari in cetera poſſet, natus homo eſt. animal nimirum, vt ait Theologus, vnum ex vtraq; natura, inuiſibili, atq; viſibili cõ-* In ſolil. an. ad Deum cap. 32. *ſtitutum. quod & S. Auguſt. docuit, Deus, inquiens, ab initio temporis vtranq; de nihilo conſtituit creaturã, ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mũdanam, ac deinde humanam, quaſi communem corpore, & ſpiritu conſtitutam. Quod quidem corpus dicit Naz. ſumpſiſſe Deum ex materia iam ſubſiſtente, quia* Gen. 2. *formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, ſpiritũ vero, ſiue animam ex ſe ipſo inſeruiſſe, non quidem quòd*

à propria

à propria Dei ſubſtantia humana deriuetur anima, vt impij aſſerebant Manichæi, ſed quia ipſius opificis Dei vi, ac virtute, non ex aliqua ſubiecta materia, quemadmodum corpus, ſed ex nihilo producta eſt: inſpirauit enim in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Gen. 2. *huius quippe loci ratione habita, niſi me fallit, Naz. dicit, conſueuiſſe ſcripturam pro anima rationali, ac Dei imagine vitam accipere: is enim eſt illorum verborum* οἶδεν ὁ λόγος, *verus ſenſus: videtur enim* τὸν λόγον κατὰ τὴν ὀνομασίαν *intelligere* τὸν ὀρθὸν καὶ ἐκκλησιαστικὸν, *diuinam ſcilicet ſcripturam. quod ita eſſe, facile tibi perſuaſeris, ſi tres alios locos cum hoc contuleris. vnus eſt in 2. or. de Fil. p. 206. v. 51. alter in 1. pag. 213. v. 33. tertius in or. in Bapt. p. 238. v. 9. Neque vero non etiam alij ſacri ſcriptores eadem elocutione in eandem plane ſententiam vſi ſunt, quamuis eam quidam interpretes minus videantur expreſſiſſe. nam S. Chryſoſt. exponens illud Rom. 12. qui tribuit in ſimplicitate,* ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι. *neque enim, ait, ſatis eſt dare, ſed oportet etiam cum largitate,* μετὰ δαψιλείας *id facere.* ἁπλότητα γὰρ τοῦτο οἶδε πανταχοῦ, *ſimplicitatem enim hoc nouit vbique. quibus ſane verbis nihil aliud voluit Chryſoſt. ſignificare, quàm conſueuiſſe S. Paulum* ἁπλότητα ἀντὶ τῆς δαψιλείας, *ſimplicitatem pro largitate fere ſemper accipere, vt certe accepit 2. Cor. 8. & 9. atque etiam B. Iacobus initio ſuæ epiſtolæ aduerbio inde deriuato* ἁπλῶς *eodem ſenſu vſus eſt, dum docet, ſapientiam à Deo poſtulandam eſſe, qui dat omnibus affluenter,* ἁπλῶς, *& non improperat, idque videntur ſancti Dei Apoſtoli nō ſine optima ratione dixiſſe: quo enim quisque ſimpliciore, & candidiore animo eſt, eò ſolet largius affluentiusque donare: cuius autem oculi ſeptemplices ſunt, exi-* Eccleſ. 20.

ſunt, exigua dabit, & multa improperabit.

64 Quaſi alterum quendam mundum, in paruo magnum &c.] *Quamuis Philoſophi paruum mũdum hominem recte appellauerint, approbante etiam ipſo Naz. in or. de Theol. 2. p. 204. v. 10. & S. Baſil. in Hexaëm. Homil. 11. eam, opinor, ob cauſam, quòd (vt Origenis verba ponam) omnis creatura in ipſo, velut in officina quadam, conflatur. nimirum quæcunque in hac vaſta mundi machina diſperſa conſpiciuntur, ea omnia in vno homine, tanquam in parua mole, miro quodam modo comprehenſa intelliguntur.: omnis enim creaturæ (B. alter dicebat Greg.) aliquid habet homo: habet nãque commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. quamuis igitur hæc ita ſint, alia tamen ratione, quæ magis etiam eius excellentiam declaret, eundem hic Theologus non paruum, ſed magnum vocat mundum, ob diuinam ſcilicet animæ particulam, intelligendi vi præditam, cuius merito ſi mundo huic ſenſibili comparetur homo, iure ille quidem paruus, ipſe vero magnus dici poſſit, & Angelus prope alter, in cuius etiam miniſterium adminiſtratorij illi ſpiritus mittuntur propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. inferiora hæc certe omnia hominis cauſa facta eſſe, nemo eſt, qui dubitet. id autẽ cuius gratia aliquid ſit, eo, quod illius gratia ſit, vt dicit interpres, maius profecto eſt, atq; præſtantius. Itaque ratione quidem corporis paruus, ratione vero animæ magnus mundus dicitur homo. duplici igitur natura qui conſtet, iure à Naz. adorator dicitur mixtus, viſibilis creaturæ ἐπόπτης, intelligibilis μύστης (de quibus nominibus lege ſupra Sch. 34.) nempe quòd illam quidem inſpiciendo, hanc vero eorum, qui initiantur, more colendo veneretur.*

Homil. in diuerſos 2.

In Euang. Hom. 29.

Hebr. 1.

itemq;

item q; inferis hiſce rebus imperans, ſuperis ſeruiens. in quadam quippe medietate poſitus eſt (vt S. ait Auguſt.) infra ſe habens corporalem creaturam, ſupra ſe animi ſui & corporis creatorem. Tum terreſtris, atque cæleſtis, mortalis, & immortalis, viſibilis, atq; intelligibilis, medius magnitudinis, & humilitatis, ſpiritus idem, & caro. hæc quidem dicitur homo ratione huiuſce noſtri corporis humilitatis, illa vero ratione animæ tantæ dignitatis, vt Dei imago ſit. Iam vero cum addit Naz. carne hominem conſtare voluiſſe Deum ad deprimendam ipſius arrogantiam, conuenit cum ſuo Baſilio, qui Homil. 11. in ἑξαήμ. inquit, recordatio noſtræ è terra formationis nunquam ſinit nos animos extollere. adiutrix ſit ratiocinationi terra, quæ tibi ſemper ineſt, & monita tradit. cum ad aliquam curris cupiditatem, cogita, quomodo decedendum tibi ſit. ſi cogitaueris fore, vt in terram ſoluaris, ſtatim ſedatur furoris cupiditas. terra es, & in terram reuerteris. memento fore, vt iſtæc, quæ nunc exiliunt membra, vel præſens carnis cupiditas propediem euaneſcat, vbi ipſa membra diſſoluta, in terramq; reſoluta fuerint. recordare tuæ naturæ, & illico deſinit omnis inclinatio ad malum. id ſane monumentũ ſit nobis cuiuſuis peccati remedium, & quæ ſequuntur, ad humilitatis virtutem, quæ quidem eſt Chriſtiano in primis neceſſaria, conſequendam apprime vtilia. Epiſt. 120. Honorato.

65 Animal hîc diuina diſpenſatione gubernatum, & aliò transferendum, & &c.] *Deus enim, ait S. Auguſt. fecit hominem rectum cum libero arbitrio, terrenum quidem animal, ſed cælo dignum, ſi ſuo cohæreret auctori, miſeria ſimiliter, ſi eum deſereret, ſecutura, qualis naturæ huiuſmodi conueniret. Atq; etiam nunc (vt ipſe dixit Naz. in orat.* περὶ φιλοπτ. *) hæredes* De Ciu. Dei l. 22. c. 1.

vel lucis,

vel lucis, vel ignis ſiue tenebrarum futuri ſumus, prout ad hanc, aut ad illam partem inclinauerimus: cum enim in quodam quaſi diuinæ, & terrenæ naturæ meditullio poſiti ſimus, ſi quidem ad hanc inclinauerimus, terreſtres prorſus efficimur, & in perpetuas tenebras cōdemnamur: ſi vero ad illam aſpirauerimus, cæleſtes planè reddimur, ac diuinitate donamur. quò quidem, tanquā ad finem, omne, quod in homine fit myſterium refertur, ad idq́ hominem perducit modica, quam hîc conſequitur, veritatis cognitio, vt mox immenſam illam Dei claritatē & videat, & patiatur, hoc eſt, vt ait interpres, ſecundum eam formetur, atq; illuſtretur: quemadmodum enim id, quod igni appropinquat, ſi aptum, & natum eſt ab eo pati, inflammatur: ſic quæ hîc bonis operibus incumbendo, ad Deum fit inclinatio, & adiunctio, præſtat eam, qua illîc fruemur, diuinæ lucis vſuram, dignam eo, qui hominem & colligauit condendo, & diſſoluit, mortem permittendo, & rurſus altiore, ac præſtantiore quodam modo colligabit, eūdem nunquam amplius diſſoluendum, reſarciendo. quod dum dicit, videtur oſtendere, tantum nobis bonum non ex propria natura, propriusq́ viribus, ſed ex ipſius creatoris, eiuſdem & redemptoris dignitate, benignitateq́ obuenire, qui nobis merendi facultatem tribuit.

66 Quiſquis ille paradiſus eſſet] *hunc in modum loquutus fuiſſe videtur Theologus, quòd alij aliud de paradiſo illo ſentirent, hi quidem ſenſibilem, illi vero intelligibilem tantum eum eſſe aſſerentes: ſed probabilius omnino eſt, vt quemadmodum ipſe homo ſenſibilis ſimul & intelligibilis eſt conſtructus, ita & eum, in quo poſitus eſt, paradiſum ſenſibilem ſimul & intelligibilem ſtatuamus: neq; enim (vt S. ait Auguſtin.) erat* De Ciu. Dei lib. 13, c. 1.

paradiſus

paradiſus corporalis propter corporis bona, & propter mentis nō erat ſpiritalis, aut vero erat ſpiritalis, quo per interiores, & nō erat corporalis, quo per exteriores ſenſus homo frueretur. erat plane vtrunq; propter vtrumque. & quamuis paulo poſt Naz. plantas illas paradiſi, diuinas notiones interpretetur, nolim tamen propterea in eorum ipſum numero habeas, qui totum illum paradiſum, vt ait B. Auguſtin. ad intelligibilia referunt, De Ciu. Dei l. 13. c. 21. *arboresq; illas, & ligna fructifera in virtutes vitæ, moresq; conuertunt, tanquam viſibilia, & corporalia illa non fuerint, ſed intelligibilium ſignificandorum cauſa, eo modo dicta, vel ſcripta ſint, quaſi propterea non potuerit eſſe paradiſus corporalis, quia poteſt etiam ſpiritalis intelligi. Sed Theologus omiſſo ſenſibili paradiſo, tanquā ex ipſa hiſtoria manifeſto, plantauit enim Deus* Gen. 2. *paradiſum in Eden ad orientē, ad anagogicum ſenſum nos eleuans, de ſpirituali verba facit. hoc tamen magnopere petens (iuuat enim me huius noſtri S. Gregorij nomine* In Iob lib. 1. cap. 21. *alterius Gregorij ſanctiſſimi itidem, & grauiſſimi doctoris, verbis lectorem quodam modo obteſtari) vt qui ad ſpiritalem intelligentiam mentem ſubleuat, à veneratione hiſtoriæ non recedat.*

67 Libero ornatum arbitrio, vt bonum eſſet nihilo minus eius &c.] *Liberi arbitrij nos condidit Deus, ait B. Hieron. nec ad virtutes, nec ad vitia ne-* Aduerſus Iouin. lib. 2. *ceſſitate trahimur, alioquin vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt: quid enim honoris, ac præmij, S. dicebat Hilarius, bonitatis neceſſitas mereretur, cum ma-* In Pſal. 2. *los nos eſſe, vis quædam nobis conſerta non ſineret? voluntati ergo permiſſa bonitas eſt, vt præmium ſibi voluntas bonitatis acquireret, vt eſſet nobis æternæ huius beatitudinis profectus, atq; vſus ex merito, non neceſſi-*

tas indiſcreta per legem. Quamuis autem Naz. cauſam afferens, cur Deus libero arbitrio hominem exornauerit, dicat, id eum feciſſe, vt bonum eſſet nihilo minus illius, qui elegiſſet, quàm eius, qui dediſſet ſemina; caue tamen putes, non multis partibus plura ad bonum conſequendum conferre Deum, quàm ipſe homo faciat: illud enim S. Auguſtini dogma prorſus tenendum exiſtimo, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſq; voluntatis motibus plus Dei valere auxilium credamus. Naz. igitur id tantum propoſitum hîc fuit oſtendere, arbitrij libertatem ideo Deum homini tribuiſſe, vt ipſe quoq; ad adipiſcendam beatitudinem aliquid pro viribus ſuis conferret. nam quemadmodum in Apol. Schol. 73. declarauimus, eum, cum diceret veritatem ſimiliter ex vna illarum rerum, quas enumerauerat, claudicare, atq; ex omnibus, noluiſſe inferre, non minus veritatem claudicare, ſi in vna tantum offendas, quàm ſi in duabus, aut in tribus, ſed fore, vt, etiam ſi in vna ſola offendas, veritas tamen ex aliqua parte claudicet. ſic etiam hoc in loco cum dixit, voluiſſe Deum bonum non minus eius eſſe, qui elegiſſet, quàm illius, qui ſemina dediſſet, noluit propterea, non minus hominis arbitrio, quàm Dei gratia tribuere, ſed oſtendit tantum, oportuiſſe ipſum quoq; hominē nō nihil pro facultate ad adipiſcendum bonum conferre, vt ipſius etiam illud quidem aliqua ex parte eſſe, rectè dici poſſet, indeq; laudem, ac præmium mereretur: quod enim natura ſit bonum (inquit alibi Naz.) laudem habet plane nullam; quod autem electione, id vere laudabile eſt.

De Eccleſ. dogm. c. 26.

68 Talem enim decebat eſſe primum hominē] *τ̃ ἀπ' ἀρχῆς. quamuis in ipſo huius orationis exordio Chriſtum ipſum ratione diuinitatis ita appellauerit, dicens,*

cens, τίς ὁ προσκυνεῖ τ̀ ἀπ' ἀρχῆς; quis non illum adoret, qui ab initio eſt? hîc tamen τ̀ ἀπ' ἀρχῆς dicit eundem, quem paulò poſt τ̀ προπάτορα, Adam videlicet, quem Deus ab initio conſtituit. Eccl. 15.

69 Atq; ei legem liberi arbitrij materiam tradidit] *in qua ſcilicet, tanquam in campo, latiſſimo illo quidem, non tamen immenſo, liberi arbitrij virtus ſeſe exerceret, atq; excurreret. nam, vt S. Hilarius inquit,* In Pſal. 2. *& per rationẽ æqui, atq; iuſti ad meritum præmij permiſſa libertas eſt, & per bonitatem Dei vis libertatis metu conſtitutionis arctata eſt, vt bene velle meriti ſpes moneret, malum nolle propoſitæ vltionis pœna ſuaderet. Reliquit, ſacra etiam dicit ſcriptura, hominem Deus in* Eccl. 15. *manu conſilij ſui, adiecit mandata, & præcepta ſua, appoſuit tibi aquam, & ignem. ad quod volueris porrige manum tuam, ante hominem vita, & mors, bonum & malum.*

70 Neque malitia ab initio ſatum; neque inuidia prohibitum] *de hoc diximus in Apologetico Schol. 56.*

71 Vt mea fert contemplatio] *quoniam allegorice, quid ſibi vellet lignum ſcientiæ boni, & mali, interpretatus, dixerat, illud contemplationem ſignificaſſe, intelligens allegoriam ſalua hiſtoriæ veritate, plures variosq; recipere ſenſus, belle ad idem verbum θεωρία alluſione facta, modeſtiæ, & cautionis gratia ſubdit, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, vt mea fert contemplatio, hoc eſt, quantum ego quidem poſſum contemplatione aſſequi, non negans poſſe aliquem altius iſtæc ſpeculari, atq; perſcrutari. ſimili planè modo in or. in Paſcha p. 255. v. 32. cum veteris legis ſacrificiorum rationem indagaſſet, inquit, οὗτος τῶν θυσιῶν ὁ λόγος, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, hæc eſt ſacrificio-*

crificiorum ratio, vt mea fert ratio, id eſt, quantum ego quidem poſſum ratione conſequi.

72 Poſtea vero quàm diaboli inuidia] *inuidia* Sap. 2. *enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum. & quidem tam eſt Maligni propria inuidia, vt à Naz. in or. in Athan. p. 106. v. 27.* ὁ φθόνος *ipſe diabolus dicatur,* ὁ γεννήτωρ (*vt interpretis verba ponam*) τῷ τοῦ γεννηθέντος ὀνόματι.

73 Tanquam mollior, & fragilior &c.] *Ariſto-* De hiſt. animal. l. 10. c. 1 *teles quoq; diligētiſſimus naturæ inueſtigator, ſcriptum reliquit, fœminas maribus eſſe natura molliores, citius manſueſieri, magisq; pati manus ſibi inferri, & omnino eſſe deceptu faciliores. neq; vero non etiam S. Auguſt.* De Gen ad lit. lib. 11. cap. 42. *dicit vaferrimum illum hoſtem mulierem primam aggreſſum eſſe, tanquam expugnatu faciliorem; quippe quæ imbecillioris intellectus eſſet. Iam vero quod eædem ſint ad perſuadendum accommodatiores, manifeſtius eſt, quàm vt declaratione indigeat. quis duriſſimum il-* Iud. 16. *lum Sampſonem leniuit, atq; inflexit? Dalidæ blandi-* 2. Reg. 11. *tiæ. quis ſanctiſſimum Dauid ad adulterium ſimul &* 3. Reg. 11. *homicidium pellexit? Bethſabeæ aſpectus. quis auertit cor ſapientis, eiusq; iā ſenis, vt ſequeretur Deos alienos? alienigenarū mulierum pulchritudo. vt merito diceret initio ſui de Virg. libelli S. Baſil. ſicut magnetem lapidem ad ferrum attrahendum, ita mulierem ad virum alliciendum occultam quandam vim habere.*

74 Heu meam imbecillitatem: mea enim &c.] *iure Theologus primi parentis imbecillitatem narrans, qua ille adductus Dei mandatum tranſgreſſus eſt, pia quadam lamentatione exclamat, heu meam imbecillitatem, ſimulq; dictum exponens ſubiicit, mea enim fuit primi parentis imbecillitas, quòd ſcilicet, quæ primi noſtri pa-*

ſtri parẽtis fuerunt, ea noſtra propria effecta ſint; quando, vt S. ait Auguſt. in eius natura illa vi inſita, qua nos gignere poterat, adhuc omnes ille vnus fuimus: itaq; imbecillitas ex illo ad totum peruenerit genus humanũ, & vnà cum imbecillitate clades, captiuitas, mors, omne miſeriarum genus, atq; adeo ipſum, quod mors eſt animæ, peccatum. quod ſane origine vnum cum ſit, propagatione iam, non imitatione in omnes transfuſum ineſt vnicuiq; proprium: per vnum enim hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Hæc ſi quis cupit accuratius perſcrutari, legat S. Auguſt. de Ciu. Dei l. 13. c. 3. & ep. 222. Marcellino, & S. Thomam pr. ſecundæ q. 81. ar. 1. & Concil. Trident. Seſſ. 5. Decr. de pec. orig.

Epiſt. 222. Marcellino. Rom. 5.

75 Amariſſimo guſtu ſuperatus] *vere amariſſimus fuit guſtus ille, quamuis initio ſuauitatis non nihil attuliſſe ſenſui viſus fuerit: cuiuſmodi eſt omnis vitij, atque peccati natura, ob ingens, quod inde iuſte ſecutum eſt ſupplicium. Adæ enim, dixit Deus, quia audiſti vocẽ vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in labore comedes; & reliqua maximarum calamitatum denunciatio. qua factum eſt, vt extrema gaudij luctus occuparet.*

Gen. 3. Prou. 14.

76 Pelliceis induitur tunicis, carne fortaſſe &c.] *Origenes videtur iſtæc omnia, deſtructa veritate hiſtoriæ, quæ aperte tradit, feciſſe quoq; Dominũ Deum Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induiſſe eos, ad allegoriam detorſiſſe. contra quem multa docte admodum, & pie cum diſſeruiſſet S. Epiphanius, demum concluſit, ſic ſcilicet tum quoq; voluit Deus Adæ, & Euæ*

Gen. 3.

pelliceas natura tunicas ſine animantibus, & ſine humana quapiam arte & multiformi opere facere, quemadmodum à primordio ſimul atq; voluit ab eo cælum, & vniuerſa ſunt facta. At Naz. intelligendus eſt, ſaluo litterali ſenſu, allegorice hæc interpretari, idq; modeſte admodum, & caute, addita particula ἴσως, fortaſſe. non incommode autem per pelliceas tunicas carnem intelligit craßiorem, & mortalem: quo enim maiore iudicio,

De Gen. contra Man. lib. 2. cap. 21.

ait S. Auguſt. potuit ſignificari mors, quam ſentimus in corpore, quam pellibus, quæ mortuis pecoribus detrahi ſolent? itaq; cum contra præceptum non imitatione legitima, ſed illicita ſuperbia Deus eſſe appetit homo, vſq; ad belluarum mortalitatem deiectus eſt. Nam quòd addit, καὶ ἀντίτυπον, ἤγουν σκληρὰν, duram videlicet, interpretatur interpres.

De Diuin. nom. cap. 2

& quidem S. Dionyſius coniunxit hæc nomina, eaq; oppoſuit τῷ ἁπαλὸν, καὶ εὐτύπωτον. mihi verò renitentem Latine vertere, in mentem venit, quòd conſiderarim voluiſſe fortaſſe huiuſmodi voce Nazianz. carnis non ſolum duritiam, ſed eum, qui inde ſequitur, renixum innuere: quemadmodum enim primorum parentum caro ante peccatum tenuior erat, & minus mortalis, quippe quæ ligni vitæ beneficio continēter reficeretur, & rationi obediens, ſic poſt lapſum craſſior facta eſt, mortalis, & contumax: tunc enim, vt ait

De Ciu. Dei lib. 13. c. 13.

B. Auguſtin. caro cœpit concupiſcere aduerſus ſpiritum, cum qua controuerſia nati ſumus. Quod autē hanc vocem ἀντίτυπος, ita aliquando vſurpet Naz. vt quandam ſignificet repugnantiam, ſiue contrarietatem, oſtendimus in Apol. Schol. 194. vbi conati ſumus, quantum in nobis fuit, omnes illius ſignificationes afferre, & locupletibus auctoribus confirmare. Hîc igitur illud ſatis ſit addidiſſe, S. quoq; Baſil. τὸ ἀντίτυπον, καὶ στερέμνιον φύ-

In Hexam. Homil. 3.

σιν dixiſſe

σῖν dixiſſe τὴν ἔχουσαν βάρος καὶ ἀντέρεισιν, eam ſcilicet, quæ habeat grauitatem, & renitendi facultatem.

77 Atque id primum agnoſcit propriam turpitudinem] *nam, vt B. inquit Auguſt. poſtquàm præ-* De Ciu. Dei
cepti facta tranſgreſſio eſt, confeſtim, gratia deſerente l. 13. c. 13.
diuina, de corporum ſuorum nuditate confuſi ſunt. vnde etiam ſoliis ficulneis, quæ forte à perturbatis prima comperta ſunt, pudenda texerunt, quæ prius eadē membra erant, ſed pudenda non erant: ſenſerunt enim motū nouum inobedientis carnis ſuæ, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ ſuæ: iam quippe anima libertate in peruerſum propria delectata, & Deo dedignata ſeruire, priſtino corporis ſeruitio deſtituebatur.

78 Non nihil tamen & hic lucratur, mortem &c.] *Vide quàm ſcite ſimul & pie oſtendat, mortem tametſi vere fuerit peccati ſupplicium, tamen inexplicabili Dei conſilio verſam eſſe in beneficium: eſt enim mors quidem ſupplicium, quippe quæ vitam extinguit, fit autem beneficium, dum ad peccandum viam præcidit. quod & S. Irenæus animaduertit, Deus, inquiens,* Lib. 3. c. 37.
hominem à ligno vitæ longe tranſtulit, non inuidens ei lignum vitæ, vt quidam dicunt, ſed miſerans vicem eius, vt non perſeueraret ſemper tranſgreſſor, neq; immortale eſſet circa eum malum, & interminabile, & inſenſibile. probibuit autem eius tranſgreſſionem, interponens mortem, & ceſſare faciens peccatum. Adde quòd in ſanctis martyribus, vt ait S. Auguſtin. per ineffabilem De Ciu. Dei
Dei miſericordiam & ipſa pœna vitiorum tranſit in l. 13. c. 4.
arma virtutis, & fit iuſti meritum etiam ſupplicium peccatoris: tunc enim mors eſt acquiſita peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo. non quia mors bonum aliquod facta eſt, quæ antea malum fuit, ſed tantam Deus

 fidei præ-

fidei præſtitit gratiam, vt mors, quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur in vitam. id, quod alter etiam præcipuus Eccleſiæ doctor, is inquam, qui illum genuit in Euangelio, hunc in modũ explicauit; Præuaricatione damnata in labore diurno gemitus intolerando, vita hominum cœpit eſſe miſerabilis. debuit dari finis malorum, vt mors reſtitueret, quod vita amiſerat: immortalis igitur oneri potius, quàm vſui eſt, niſi aſpiret gratia. Quòd autem κατὰ τὸ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία ἡ πατρικὴ, *vere ita in nos ſoleat Deus (quemadmodum ſibi ipſi perſuaſum habere dicit Naz.) animaduertere, vt eius ſupplicia, niſi noſtra culpa fuerit, vertãtur in beneficia, pulchre demonſtrat S. Baſil. in ea Homil. qua docet non eſſe malorum auctorem Deum. vbi etiam obiiciens illud Prophetæ, Ego Dominus creans malum, ita exponit, vt affirmet, idcirco à Propheta dictum eſſe, Deum creare, ſiue (vt B. Auguſt. eandem ſecutus explicationem dicit in pleriſque exemplaribus ſcriptum fuiſſe) condere mala, quod ea commutando ad ornatiorem, melioremq́ſtatum deducat, ita vt non ſint amplius mala, ſed boni naturam aſſumant.*

S. Ambr. in or. de fide reſurrectionis.

Eſa. 45.

De Mor. Man. l. 2. cap. 7.

79 Sermone] λόγῳ. *quamuis dicat interpres, poſſe nos per* λόγον *etiam inſitam, innatamq́ rationem, naturalem videlicet legem intelligere, tamen cum ea videatur propoſitum eſſe Naz. afferre, quibus Deus Adam, & ipſius poſteros poſt lapſum erudiuit, magis mihi quidem placet altera interpretatio, vt per* λόγον *intelligamus ipſum ſermonem, ſeu locutionem: non deſtitit enim benigniſſimus Deus, & in Adam, & in Caim, & in aliorum quorundam colloquium, congreſſumq́ venire, vt hominum imbecillitati omni ratione ſubueniret.*

80 Eluuionibus, exuſtionibúſque terrarum]

ὕδασιν,

ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς. *innuit, opinor, aquas diluuij, & Sodomæ, Gomorræq; incendium. reliqua, quæ deinceps tãgit, poſſunt ex ipſa veteris teſtamenti hiſtoria nota eſſe omnibus. quare ſatis mihi ſit, quid ſibi velit, cum dicit, inſperatis hominum, ciuitatum, & gentium commutationibus, ex interpretis in or. in Paſcha interpretatione declaraſſe: inquit, igitur, hominum quidem, vt in Sampſone, Dauid, Salomone, Nabuchodonoſor, & multis aliis, iſti enim partim proſpera, partim aduerſa fortuna vſi ſunt, & vtrunq; præter omnium expectationem ac ſpem eis accidit. ciuitatum vero, vt in Hieruſalem, & aliis non paucis; quæ cum diu floruiſſent, demum deletæ ſunt. gentium autem, quemadmodum Medorũ quidem imperium Aſſyrij euerterunt, Aſſyriorum Perſæ, Perſarum Macedones, Macedonum Romani.*

81 Quod omnium malorum poſtremum eſt, atque primum] *quemadmodum in laud. patris p. 72. v. 22. Iulianum illum Apoſtatam notans* πρῶτον κακὸν, *dixit*, οἶμαι δὲ καὶ τελευταῖον, *primum quidem malum eum appellans ob vitij magnitudinem, quòd neminem putaret ei malitia parem fuiſſe, poſtremum vero ob ſpẽ, quam habebat fore, vt nullo vnquam tempore tam deteſtabilis peſtis exoriretur amplius. ita hîc videtur idololatriam omnium malorum poſtremum vocare, atq; primum, quòd idolorum cultus tempore quidem apud Iudæos malorum poſtremum extiterit, grauitate vero criminis omnium primum ſit, & maximum, ſi, vt S. Thomas dicit, ex parte ipſius peccati conſideretur: ſicut enim in terrena rep. grauiſſimum eſſe videtur, quòd aliquis honorem regium alteri impendat, quàm vero regi, quia, quantum in ſe eſt, totum reip. perturbat ordinẽ; ita in peccatis, quæ contra Deum committuntur, quæ* 2. 2. quæſt. 94. ar. 3.

tamen ſunt maxima, grauiſſimum eſſe videtur, quòd aliquis honorem diuinum creaturæ impendat, quia, quãtum eſt in ſe, facit aliũ Deum in mundo, minuens principatum diuinum. id ipſum videtur & ſacra ſcriptura
Sap. 14. *teſtari, infandorum, inquiens, idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis.*

82 Hæc igitur quando maiore indigebant adiumento &c.] *Peritos nempe medicos, qui grauioribus morbis grauiores adhibent curationes, imitatus, mi-*
Hebr. 1. *ſericors Deus, multifarie, multiq́; modis olim loquens patribus in Prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: is nimirum eſt Dei verbum, ὁ προαιώνιος, quod erat ante ſecula; ſi quidem per ipſum Pater fecit*
1. Tim. 6. *& ſecula. Inuiſibile, Deum quippe nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Incomprehenſibile: vt enim ſupra vidimus, quaſi quoddam infinitum, atq́; indeterminatum eſſentiæ pelagus eſt, omnem planè ſuperans tum temporis, tum naturæ notionem, ſola mente adumbratum. Incorporeum: quî enim (vt ipſe docet in orat. de Theol. 2.) corpus dici poſſit id, quod nec vllo termino definitur, nec vlla plane figura formatur, nec ſub tactum, nec ſub aſpectum cadit? Principium ex principio, ex patre videlicet: ſi enim, ait interpres, pater omnium rerum principium eſt, vt cauſa, filius quoque, vt eadem*
Psal. 109. *cum ipſo cauſa: patrem enim alloquens dicebat Dauid, tecum principium in die virtutis tuæ. Lux de luce,*
1. Ioan. 1. *quoniam Deus, vt B. ait Apoſtolus, lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Ieſus vero ipſe de ſe ipſo teſtimonium*
Ioan. 8. *perhibuit, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me,*
Ioan. 1. *non ambulat in tenebris. Na ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Erat lux vera pater, erat lux vera filius, erat lux vera*

Spiritus

Spiritus ſanctus, vt ipſe ait Naz. initio or. de Spiritu ſancto. erat, & erat, & erat, ſed vnum erat. lux, & lux, & lux, ſed vna lux, vnus Deus. quod & Dauid iam antea coniecerat dicens: In lumine tuo videbimus lumẽ: Pſal. 35.
ex lumine ſcilicet patre lumen filium in lumine Spiritu ſancto comprehendentes. Fons vitæ, atq; immortalitatis. vnde & Dauid canebat, apud te eſt fons vitæ. & Pſal. 35.
per Prophetam conquerebatur Dominus, me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, ſeu vitæ, ζωῆς. *& vero ipſe Christus de ſe ipſo dicebat, ego ſum via, veritas, & vita. Fons* Hier. 2. Ioan. 14.
autem dicitur, vt notat interpres, ob perennitatem, & quia ex ipſo in alios emanat vita, non ſolum hæc breuis, & caduca, verum etiam illa perennis, atq; perpetua. quam etiam ob cauſam fortaſſe addidit Naz. καὶ τῆς ἀθανασίας, *& immortalitatis. Simulacrum archetypi, Dei videlicet, vt interpretatur interpres in orat. in Paſcha, ſimilitudo, & expreßio, & quaſi effigies.* ἐκμαγεῖον *vero dicitur* παρὰ τὸ ἐκμάσσειν, καὶ οἷον ἀντιμᾶσθαι τὴν μορφὴν, *quòd exprimat, & quaſi extrahat formam, forma autem in diuinitate natura eſt. Immotũ ſigillum, quod ſcilicet, vt ibidem exponit interpres, non alteratur, nec ad alterum tranſit characterem. at in carminibus, inquit interpres,* κινητὸν, *motu præditum ſigillum eundem vocat filium, hoc eſt viuens. quare ob diuerſas rationes erit vtrũq;. nam propterea quod omnis mutationis, atque alterationis expers eſt, immotum ſigillum dicetur filius, quoniam autem nequaquam inanimatum eſt, ſed viuens, motu præditum dicetur. Nec iniuria filiũ* σφραγίδα *ſigillum vocat Theologus: hunc enim, vt Beatus ait, ipſius cognominis, Ioannes, Deus pater ſignauit, ſiue* Ioan. 6.
ſigillauit, ἐσφράγισεν. *qua etiam ratione ab Apoſtolo dicitur filius figura, ſeu character ſubſtantiæ patris, itemq;* Hebr. 1.

forma

Philipp. 2. forma Dei, quod idem fere eſt, atq; illud, quod ſtatim adiungit Naz. imago. ne quis tamen ſicut in humanis, ſiue naturalibus, ſiue artificialibus rebus, ita in diuinis imaginis nomen acciperet, addidit, ἀπαράλλακτος, vſquequaq; indifferens, prorſus ſimilis, atq; æqualis: ſimplicium enim (vt inquit interpres) hæc eſt natura; vt non partim quidem ſimilia ſint, partim vero diſsimilia, ſed totum totius ſit typus, & idem potius, quàm ſimile. Iam vero quod ſequitur patris definitio, ac ratio, ὅρος, καὶ λόγος pro eodem ego quidem intelligo, ſi quidem & Philoſophi λόγον rationē pro definitione ſæpe ponunt, & ipſe Naz. ita videtur accipere in or. de Fil. 2. p. 218. v. 26. vbi etiam licet harum appellationum rationes late ab ipſo explicatas legere.

83 Ad propriam ſe confert imaginem] ad hominem videlicet. nam & alibi p. 165. v. 9. Trinitatem ipſam conteſtans, imaginem Dei ſe quoq; eſſe affirmat Naz. quamuis enim magis proprie dicatur homo ad imaginem Dei factus, quàm Dei imago, quòd id quidē ſolius filij proprium eſſe videatur, tamen minus proprie ipſe etiam homo imago Dei dici poſſe videtur. & quidem Sap. 2. quem locum reſpexit fortaſſe Naz. ex Græcis exemplaribus, ſic legitur, Deus creauit hominem in incorruptibilitate, & imaginem propriæ proprietatis, vel potius æternitatis (ἀϊδιότητος enim pro ἰδιότητος puto reponendum) fecit illum. Ac Damaſcenus hominem ait tanquam diuinæ naturæ imaginem libera voluntate, atq; arbitrio natura præditum eſſe. neque vero non etiam Apoſtolus 2. Cor. 11. dixit virum imaginem, & gloriam Dei eſſe. Quo in loco hanc rem tractans S. Thomas, ſtatuit, filium quidem, qui eſt æqualis patri, eſſe imaginem perfectam, non autem ad imaginem; hominem

De orthod. fid lib. 3. cap. 14.

minem vero, quia ſimilatur Deo ſecundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem mentis, quod pertinet ad ſpeciem intellectualis naturæ, & hoc habet à Deo, dici ſanè & ipſum Dei imaginem, imperfectam tamẽ, quòd deſit æqualitas, & ideo dici ad imaginem ſecundum illud Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. ſed quid eadem de re ſenſerit S. Athanaſius, ne pigeat audire. Nam quo minus, inquit, filius ſolus ſit imago vera, & genuina patris ſui, nihil inde obſtaculi naſcitur, quòd & nos ad imaginem Dei creati recitemur, & quòd gloria, & imago Dei nuncupati ſumus, cum id non ex noſtra indole fiat, ſed ob imaginem Dei, & veram eius gloriam in nobis habitantem. quæ quidem ipſa eſt ratio, ſiue verbum Dei, quod noſtri gratia poſtmodum caro factum eſt: inde enim datum eſt, vt hoc nomine dignati ſimus.

Cõtra Arian. ſam 4.

84 Carnem geſtat] σάρκα φορεῖ. Sed vide, ait S. Athan. ne pro conditione, ſolitoq; more naturæ Saluatorem noſtrum corpus geſtaſſe arbitreris, ſed potius eum, cum natura incorporeus eſſet, ac ratio ſui patris, ſtudio noſtri, patriſq; in nos beneuolentia ob ſalutem humani generis ipſum ſeſe in humano corpore exhibuiſſe. Neq; tamen non etiam & ab ipſo Naz. in ep. ad Cled. 2. & in ep. Valent. & Gratiani, quæ habetur lib. 4. Theodor. de hiſt. Eccleſ. Chriſtus dicitur Deus carnem geſtans, σαρκοφόρος, ἢ ἀνθρωποφόρος, hoc eſt, vt ait Damaſcenus l. 3. c. 2. & 12. σεσαρκωμένος, ἢ ἐνανθρωπήσας, incarnatus, vel humanatus: cum enim eſſet natura perfectus Deus, idem factus eſt natura perfectus homo. nã, vt docet S. Thom. 3. qu. 16. ar. 3. illud vnum ſuppoſitũ, quod eſt humanæ, & diuinæ naturæ, primo quidem fuit diuinæ naturæ ſcilicet ab æterno, poſtea autem ex tempore per

De human. verbi.

pore per

pore per incarnationem factum eſt ſuppoſitum humanæ naturæ, & hac ratione dicitur humanatum, non quia aſſumpſerit hominem, ſed quia aſſumpſit humanã naturam. Neq; tamen id impediuit antiquos illos patres orthodoxos, quin aliquando de Chriſto verba facientes, propoſitionibus retrorſum iſtis viciſſim reſpondentibus vſi fuerint. nam & apud Naz. ita me legiſſe memini: τὰ γὰρ ἀμφότερα ἐν τῇ συγκράσει, θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, *vtraq; enim in contemperatione, cum Deus quidem humanatus ſit, homo vero deificatus. atq; iterum,* ἧς, ἤγουν θεότητος, ἔργον, ἄνθρωπον ἀκοῦσαι τὸ χρίον, καὶ ποιῆσαι θεὸν τὸ χριόμενον. *cuius, ſcilicet diuinitatis, opus fuit, vt homo diceretur id, quod vnxit, & faceret Deum id, quod eſt vnctum. quod ipſum alibi dixit,* ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη, *quorum hoc quidem deificauit, illud vero deificatum eſt. & Damaſc.* ὅτι μὲν, φησὶν, ὁ θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὁ ἄνθρωπος θεὸς, εἴρηται, *quod quidem, inquit, Deus homo factus eſt, & homo Deus, dictum eſt. ac rurſus,* ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου τεθεῶσθαι λέγεται, καὶ ὁμόθεος, καὶ θεὸς γενέσθαι, *caro Domini deificatam eſſe, dicitur, & ſimul Deum, ac Deum factam eſſe. & denique S. Baſ. ſanctiſſimæ Chriſti carnis mentionem cum faceret, non dubitauit, eam vocare* θεοφόρον *Deiferam, cui conſentiens Naz. vtiq; ſuus, contendit oportere, non ſolum* θεὸν ἀνθρωποφόρον ἢ σαρκοφόρον, *Deum (ita dixerim) hominiferum vel carniferum adorare, ſed etiam* ἄνθρωπον, ἢ σάρκα θεοφόρον, *hominem, aut carnem Deiferam. quamuis igitur illa magis proprie dicantur, tamen hæc quoq; poſſunt non incommode dici, ſi recta in ſignificatione accipiantur (quemadmodum docuit S. Thom. tum in 3. p. ſummæ quæſt. 16. ar. 7. tum in ep. ad Rom. lectio. 2.) & non quomodo hæretici*

Ep. 1. ad Cled.

Or. de Fil. 2.

De orth. fid. l. 3. cap. 11.

Lib. eodem cap. 17.

Or. in Nat.

Epiſt. ad Cled. 2.

retici quidam, perperam, atq; impie ſtatuentes, ſubſtitiſſe prius ſuppoſitum humanum θεοφόρον, ea videlicet ratione, qua quilibet homo iuſtus θεοφόρος dici poteſt, non intelligentes, ſpiritualem illam Chriſti vnctionem tanta virtutis fuiſſe, vt cum ſanctificaret, οὐκ ἐνεργείᾳ κατὰ τοὺς ἄλλους χριστοὺς (ne à Naz. verbis diſcedam) παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος, non operatione, quemadmodum alios Chriſtos, ſed præſentia totius vngentis: natura quippe, non gratia ſanctus, ac diuinus planè fuit Chriſtus Ieſus. ad huiuſmodi igitur errores vitãdos putarim ego quidẽ poſteriores doctores hiſce propoſitionibus minus vſos eſſe: ſoliti enim ſunt ſancti patres, aliquas voces praua cuiuſpiam intelligentia repellenda gratia repudiare, vt cum beatiſſimam Virginem decreuerunt Neſtorij cauſa θεοτόκον Deiparam potius, quàm χριστοτόκον, Chriſtiparam dicendam eſſe. Or. de Fil. 2.

85 Animæque rationali &c.] *in Apol. etiam dixit Deum carni per animam mediam commiſtum eſſe, duoq; inter ſe diſtantia ea, qua conciliatrici cum vtriſque intercedebat, neceſſitudine coniuncta eſſe & copulata, atque omnia pro omnibus conueniſſe in vnum, vt, quod hîc deinceps addit, ſimili ſimile repurgaret: quemadmodum enim primi Adam non ſolũ caro, ſed & multo magis anima peccando in morbum inciderat, ſic conſentaneum fuit, vt ſecundus Adam non ſolum humanã carnem, ſed etiam animam aſſumeret, vt totus totum ſanaret. Hæc autem Theologus ſæpe repetit, Apollinarij hæreſim euertens (quod accuratius facit in duabus ad Cledonium ep.) qui quidem, ipſo etiam Naz. ſcribente in epiſtola ad Nectarium, aſſerebat, Chriſtum mentem non habuiſſe, ſed eius locum Dei verbum ſuppleuiſſe. At noſter Theologus, rectam & catholicam tenens fidem,*

nihil

nihil humani ab eo alienum putat præter peccatū. quod
Hebr. 4. *& ipſe gentium Doctor excepit, cum, oſtendens Chriſtum omnibus in rebus ſimili modo, atq; nos, tentatum fuiſſe, addit abſq; peccato. quidni exciperet? peccatum, inquit ibidem interpres, non ex natura eſt, ſed ex electione. quamobrem omnia naturalia accipiens Chriſtus, peccatum, quod præter naturā eſt, nequaquam accepit.*

86 Tum anima, tum corpore Spiritu ſancto præpurgata] *ex hoc loco videtur colligi, beatam, & glorioſam Dei genitricem etiam ante quàm Chriſtum conciperet, non ſolum mente, ſed corpore Spiritus ſancti ope purgatam fuiſſe. & quidem Damaſcenus quoque aſſerit, in beatam Virginem ſuperueniſſe Spiritum ſanctum purgantem eā ante conceptionem Filij Dei. quod*
Cant. 4. *& illinc fortaſſe confirmari poſsit, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

87 Oportebat enim &c] *reddit cauſam, cur voluerit Chriſtus ex virgine naſci, quod & in ornatiſsima illa Baſilij ſui laud. fecit his verbis: Chriſtus, cum gigni eum propter nos oporteret, ex virgine gigni voluit, vt*
In Ioan. tract. 10. *virginitatem ſanciret (à Maria, S. ait Auguſtin. cœpit dignitas virginum) tanquam hinc nos transferentem, & mundum præcidentem, vel potius mundum mundo deferentem, præſentem futuro. Neque vero non idem ipſe quoque S. Baſil. agnouit, cum rationem reddens, cur virgo deſponſata idonea ad œconomiæ miniſterium*
In Hom in Nat. Chr. *iudicata fuerit, vt, inquit, & virginitas honoraretur, & nuptiæ non parui fierent: etenim virginitas quidem tanquā ad ſanctificationem idonea electa eſt, per deſponſationem vero nuptiarum principia ſimul aſſumpta ſunt.*

88 Prodiens autem Deus &c. deificata eſt] *Nolo te ignorare, verba hæc, atque etiam ea, de quibus*

poſterius

poſterius tractabimus, Næ ille miſſus eſt; ſed &c. lege corporis à S. Leone Pont. Max. in nobili illa ſua ad Leonem Imp. ep. tanquam grauiſſima quædam teſtimonia ad impias Neſtorij, & Eutychetis opiniones refellendas poſita eſſe. tanti ſemper fuit ponderis apud omnes doctos viros ac pios Theologi huius noſtri auctoritas. ad cuius verba explicanda vt redeamus, Chriſti vnitatem indicans, vnum ex duobus contrariis ideo dixit, quòd, ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, carne, & ſpiritu, hoc eſt humana, & diuina natura, quamuis inter ſe diuerſæ in vnam Dei hypoſtaſim concurrentibus modo quodam nouo, & plane admirabili. vt non iniuria Theologus, quaſi quodam mentis ſtupore correptus, exclamauerit, ὢ τῆς καινῆς μίξεως! ὢ τῆς παραδόξου κράσεως! *quas voces quoniã interp. in or. in Paſcha recte interpretatus eſt, ſimulq́; totam hanc rem pulchre, meo quidem iudicio, explicauit, non grauabor, eius ſententiam totidem verbis huc transferre. inquit igitur, cum autem dixiſſet diuinus Theologus, Deum in lucem editum eſſe aſſumpta carne, & vnà cum eo, quod aſſumpſerat, exortum, vnum eſſe filium, non duos, admiratur, & quaſi ſtupore perculſus, addubitat, tẽperatæ ne ſint, an mixtæ eæ, quæ concurrerunt naturæ: ſi enim & tẽperatæ ſunt, neceſſariò etiam confuſionem ſunt paſſæ, vt in his, quæ temperantur, fieri ſolet, verbi gratia in vino & aqua. ſin mixtæ duntaxat ſunt, oportuit etiam ſeparari eas actu aliquando: hæc enim eſt eorum, quæ miſcentur, natura, vt puta tritici, & hordei. Atqui nec confuſæ illæ quidẽ ſunt, & inſeparabiles permanſerunt: ſemel enim in vnum vbi concurrerunt, propriam vtraq; differentiam etiam poſt concurſionem ſeruat. noua ergo fuit, & planè ad-*

Ep. 97. c. 3.

nè admirabilis tum ea, quæ in vno Chriſto facta eſt, tẽperatio, tum duarum contrariarum naturarum mixtio. quare cum non poſſet Theologus, vel mixtionem ſolum dicere, vel temperationem ſimpliciter, vtraſq; neceſſariò aſſumpſit, easq́; cum adiunctione, illam enim dixit nouam, hanc admirabilem: etenim mixtio hic id quidem, vt non confundantur illæ naturæ, ſeruat; vt autem ſeparentur, nequaquam; quod certe nouum eſt. itemq́; temperatio id quidem, vt non ſeparentur, ſeruat; vt autem confundantur, minime; quod eſt incredibile. vtrunq; igitur vtriq; adiunctum, mixtio ſcilicet, ac temperatio, dogmatis ſeruat integritatem.

89 Is, qui eſt, fit, increatus creatur &c.] *Id, inquit interpres in or. in Paſcha, dicitur ratione communicationis, aut retributionis, cum vtraq; natura retribuat alteri, quæ ſunt ſibi propria, ob hypoſtaſis identitatem, mutuamq́; alterius in alteram migrationem. quo quidem fit, vt dicere poßimus de Chriſto, hic Deus noſter in terra viſus eſt, & homo hic increatus eſt, & impaßibilis, & incomprehenſibilis. Eum igitur, qui eſt, fieri, & increatum creari, tam & ſi mirum eſt, verumtamen non ſecundum commutationem dicitur, ſed ſecundum aſſumptionem: id enim, quod erat permanẽs, quod non erat, aſſumpſit; forma quippe ſerui acceßit, B. ait Auguſt. non forma Dei receßit. hæc eſt aſſumpta, non illa conſumpta. eum autem, qui capi non poteſt, capi,* τὸ ἀχώρητον χωρηθῆναι, *id vero, inquit ibidem interpres, & ad intelligendum, & ad explicandum difficillimum eſt, nec dici aliud poteſt, quàm ob potentiæ excellentiam hoc factum, & abſolutum eſſe. idq́;, vt ipſe ſubdit Naz. rationali anima intercedente, quæ puriſſimam illam diuinitatem cum craſſa hac humanitate coniungeret. de*

In Ioan. tract. 78.

quo me-

quo memini me etiam in Apol. Schol. 48. egiſſe. quare illud tantum addam, idem S. Auguſt. hunc in modum expreſſiſſe: Verbum incommutabile nihil in deterius cõmutatum, particeps carnis effectum eſt, rationali anima mediante. Sed nihil mali fuerit, quid idem de eo, quòd Deus capi non poſſit, initio ſuarum confeſſionum ſcriptũ reliquerit, audire: Capiunt ne ergo te, ait, Deum ipſum compellans, cælum & terra, quoniam tu imples ea? an imples, & reſtat, quoniam non te capiunt? & quò refundis quicquid impleto cælo, & terra, reſtat ex te? an non opus habes, vt à quoquam contineаris, qui contines omnia, quoniam quæ imples, continendo imples? non enim vaſa, quæ te plena ſunt, ſtabilem te faciunt, quia & ſi frangantur, non effunderis. & reliqua, quæ quidem, id pia quadam cum admiratione inquirens, ſubiungit, non aliena ab his, quæ eadem de re noſter tradidit Theologus, & in extrema fere orat. de Spiritu ſancto, & in duabus illis doctiſſimis ad Cledonium epiſtolis. Ep.120. Honorato.

90 Qui ditat, mendicat: mendicat enim &c.] *De hoc ſatis à nobis dictum eſt in orat.* περὶ φιλοπτ. *Schol. 53.*

91 Qui plenus eſt, exinanitur: exinanitur enim ſua gloria paululum, vt ego illius particeps fiam plenitudinis] *hæc dum protulit, videtur duo duorum Apoſtolorum loca in vnum contraxiſſe, & aliquantum mutata permiſcuiſſe. alter quidem eſt Ioan. 1. cum de eodem, de quo hîc Naz. Verbo nos erudiens, inquit, plenum,* πλήρης, *gratiæ, & veritatis. ac paulo poſt, & de plenitudine,* πληρώματος, *eius nos omnes accepimus. alter vero Philip. 2. vbi S. Paul. eximiam eiuſdem verbi, quod in forma Dei erat, humanitatem erga nos, atque humilitatem commendans, ſemetipſum, ait, exinani-*

uit, ἐκένωσε, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & inuentus vt homo.

92 Quæ diuitiæ bonitatis?] *Deus enim, qui diues*
Eph. 2. *eſt in miſericordia, propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos, oſtendit abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Quod nam hoc*
1. Tim. 3. *eſt, quod circa me fit myſterium? & manifeſte magnum eſt pietatis Sacramentum, μυστήριον, quod manifeſtum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu. Deinde ſoluens quodammodo Theologus id, quod admirando quæſierat, ipſius ego, inquit, imaginem ſuſcepi, & non cuſtodiui, meam ipſe ſuſcipit carnem, vt & imaginem ſeruet, &*
De nat. ſer. 5 *carnem immortalem reddat. Idipſum vidit S. Auguſt. cum dixit, in primo homine fecit nos Deus ad imaginē, & ſimilitudinem ſuam, in Chriſto mutata vice factus eſt Deus ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. in primis de ſuis meliora contulit, in ſecundis de noſtris inferiora ſuſcepit. Hæc quippe eſt ſecunda illa communio priore (vt affirmat Naz.) multo admirabilior, multoq́; diuinior: quamuis enim (aiebat alter nobilis Eccleſiæ ſanctæ doctor) ex vna, eademq́; pietate ſit quicquid*
S. Leo ſer. 4. in Nat. *creaturæ creator impendit, minus tamen mirum eſt, hominē ad diuina proficere, quàm Deum ad humana de-*
Enchir. ad Laur. l. 1. cap. 36. *ſcendere. Quid enim, ait alter ſanctiſſimus doctor Aug. natura humana in Chriſto homine meruit, vt in vnitatem perſonæ vnici Filij Dei ſingulariter eſſet aſſumpta? quæ bona voluntas, cuius boni propoſiti ſtudium, quæ bona opera præceſſere, quibus mereretur iſte homo, vt vna fieret perſona cum Deo! Nam Chriſti humanitas (dicebat ipſe Theologus in or. in Paſcha) diuinitate vncta idem effecta eſt, quod erat id, quod ipſam vnxit; & audeo dicere, ſimul Deus, ὁμόθεος, non commutatione*

naturæ

naturæ (vt exponit Damaſc. lib.3.cap.64.) ſed vnione ſecundum hypoſtaſim.

93 Ad hæc quid dicunt nobis calumniatores? &c.] *Hæc quoq; vſq; ad illud ἀθέως, totidem verbis repetita leguntur in extrema ferè or. in Paſcha. Vtrobiq; autem Theologus idoneam nactus occaſionem, in hæreticos præ magno veræ religionis zelo inuehitur, quos etiam, vt aduertit ibi interpres, calumniatores quidem vocat, vtpote qui de filio detraherent, quaſi non ſit proprie Deus; duros vero deitatis ratiocinatores, tanquam auſteros illius cognitores, qui eam perſonarum inæqualitatibus diuiderent; rerum autem laudatarum reprehenſores, vt qui incarnati filij actiones humanæ naturæ conuenientes, ad eius amplitudinem diminuendam, acciperent, cum ſumma potius laude illæ quidē dignæ ſint, & vt qui eius diuinitatem metirentur, propterea quòd paßibilem carnem ſuſceperit, vt noſtris ſubueniat paßionibus. Iam vero in ipſa luce tenebricoſos eoſdē appellat, tanquam in veritate, quæ ſole ſplendidior eſt, diſpicienda cæcutientes, vel etiam in ipſo Chriſto cognoſcendo, qui eſt lux vera. tū in ſapientia inſipiētes, vel in ipſo ſcilicet Chriſto, qui eſt patris ſubſtantialis ſapientia, vel tanquam Saluatoris opera, ſapientiæ plena, non intelligentes. pro iſtis Chriſtus ſine lucro mortuus eſt: piorum enim tantum ſalutem eſt lucratus. iſti etiam creaturæ ingratæ: cum enim oporteret creatori gratias agere, qui non fuerit grauatus, eorum cauſa creatura & ipſe fieri, in conuicium huiuſmodi conuertebāt beneficium, creatam ipſius diuinitatem garrientes, non humanitatem; iſti demum Maligni figmenta, non tanquam ipſius opera fabricati, ſed tanquam ab illo iniquitatem edocti: fictor enim eſt & diabolus non quidem ſubſtantiæ, ſed morum.* Ioan. 1.

Ioan. 8. *Vnde etiam Saluator dicebat Iudæis : Vos ex patre diabolo eſtis. Hæc interpres, quibus hoc vnum addam, putare me, Naz. cum dixit, pro quibus Chriſtus gratis mortuus eſt, reſpexiſſe illud Apoſtoli ad Gal. 2. non abiicio gratiam Dei: ſi enim per legē iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.*

94 Id Deo exprobras, quod ſummum fuit beneficium? propterea paruus, quòd propter te humilis?] *Superbo, ait S. Auguſt. videtur Domini humilitas indigna, ideo à talibus longe fit ſanitas. noli te extollere, ſi vis ſanari, deſcēde. & alibi: Quid agitur, hæretice, cum Chriſtus Deus ſit, & homo, loquitur vt homo, & iam calumniaris Deo? ille in ſe naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? infidelis, ingrate, ideóne tu minuis eum, qui fecit te, quia dicit ille, quid factus ſit propter te? æqualis enim patri filius, per quem factus eſt homo, vt minor eſſet patre, factus eſt homo. quod niſi fieret, quid eſſet homo? Neq; vero non etiam S. Baſil. in extrema ſua in Nat. or. ingratum Chriſtianorum animum, & tanti beneficij immemorem ſcite admodum ac pie exagitat hunc in modum: ô altitudo bonitatis, & humanitatis Dei! ob munerum excellentiam non credimus benefactori, ob eximiam Domini beneficentiam, obedientiam abiicimus. proh abſurditatem, atq; iniquitatem criminis ingrati tanta in re animi! Magi colēdo adorant, & Chriſtiani quærendo laborant, quomodo in carne Deus, & quali tandem carne? &, perfectúſne homo, an imperfectus eſt is, qui aſſumptus eſt? ſuperuacanea, quæ ſunt, reticeantur in Eccleſia Dei. ſtudioſe celebrētur, quæ ſunt fide credita; non curioſe indagentur, quæ ſunt ſilentio præterita.*

De ver. Domini in Ioſer. 42.

In Ioan. Tract. 78.

95 Quod

95 Quod ad errantem venit paſtor bonus, qui
&c.] *Singularia Dei beneficia, quæ in nos humana hac
carne indutus contulit, particulatim enarraturus, duas
primum perſtringit, & quaſi præteriens interpretatur
parabolas, ouis errantis, & perditæ drachmæ. quarum
vtraq; legitur Luc. 15. prior etiam Matt. 18. cuius &
verba potius quàm S. Lucæ priori in parte reſpexiſſe vi-
detur Naz. cum dixit, venit ad montes. quem admo-
dum enim S. Lucas, omiſſo loco, ad quem iuit homo quæ-
ſitum errantem ouem, poſuit eum, in quo nonagintano-
uem relictæ ſunt; ſic contra S. Matthæus videtur, ſi qui-
dem Græcam litteram diligenter ſpectes, omiſſo hoc, illũ
poſuiſſe. Naz. certe ita ſe Euangeliſtæ verba accepiſſe,
nullum reliquit locum dubitandi, cum ad illud Matt.
ἐπὶ τὰ ὄρη, addiderit, ϗ τοὺς βουνοὺς, ἐφ᾽ ὧν ἐθυσίαζες,
& colles, in quibus immolabas. cui poſſis fortaſſe B
quoq; Dionyſium addere, Demophilo Monacho ita ſcri-
bentem: Chriſtus, qui benignus eſt, in montibus erra-
bundum quærit, & fugientem accerſit, vixq; inuentum
in humeris imponit. videntur autem gentiles, atq; etiam
Iudæi, illos imitati, conſueuiſſe in montibus, & collibus
ob eminentiam, amœnitatemq́; locorum idolis ſacra fa-
cere: immolabant enim victimas, & adolebant incen-
ſum in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondo-
ſo, vt 4. Reg. 16. ſcriptum eſt, itemq́; Oſ. 4. ſuper capi-
ta montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant
thymiama ſubtus quercum, & populum, & terebinthũ,
quia bona erat vmbra eius. Illuc igitur profectus, non o-
uis, non creatura, ſed ipſe creator Chriſtus, qui vere de* Ioan. 10.
*ſe ipſo dicebat, ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor ani-
mam dat pro ouibus ſuis, errantem ouem, humanam ſci-
licet naturam, à vero Dei cultu, & à recta virtutum*

 via aber-

via aberrantem inquirit, inuenit. neq; hîc inſtitit, ſed miros efficit proceſſus, quos etiam Theologus mira quadam gradatione expreſſit, inuentam, inquiens, humeris, quibus & crucem geſtauit, impoſuit, impoſitam ad ſupernam, vnde exciderat, vitam reduxit, reductam in nonagintanouem permanentium, beatorum videlicet Angelorum, qui in bono permanſerunt, numerum retulit. Hæc de prima parabola. veniamus ad ſecundam. in qua mulierem quidem ex Theologi ſententia Chriſtum ipſum intelligemus, lucernam vero puriſſimam ipſius
Ioan. 1. *carnem, domum autem mundum, cuius peccata tollit. iam vero drachmam rationalẽ animam ad ſummi regis imaginem factam, ſed noſtra culpa vitiis infectam, amicas deniq; virtutes ipſos Angelos: amici enim Dei*
Ioan. 15. *ſunt, qui fecerint quæcunq; ipſe præcepit eis. vnde etiam tanquam Dei ſimul & hominum amantiſſimi, incredibilem percipiunt ex inuentione drachmæ lætitiam, cuius merito illi quidem fiunt participes, ſicut & œconomici myſterij conſcij facti fuerunt,* τ͂ οἰκονομίας μύσται: *ipſi enim primum diſpenſationis, ſiue incarnationis myſterium, vt ait interpres in or. in Paſcha, quaſi quidam*
Luc. 2. *myſtæ edocti ſunt, deinde nos per ipſos. & re vera Angelus fuit qui dixit paſtoribus: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. & ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quin & à principio ſuæ beatitudi-*
1.q.57 a.5. *nis dicit S. Thom. omnibus Angelis incarnationis myſterium in generali reuelatum eſſe.*

96 Quòd præcurrentem lucernam &c.] ἀπὸ

κοινοῦ

κοινοῦ intellige, propterea paruus eſt Chriſtus, quòd præcurrentem lucernam &c. πρόδρομον λύχνον. Dicitur autem S. Ioannes Baptiſta πρόδρομος quidem, vt aduertit interpres in or. in Paſcha, ex eo, quòd ipſius pater prophetauit, Et tu puer Propheta Altiſsimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. quod & Angelus Domini ei nuntiauerat, dicens, & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & veritate Heliæ. Lucerna vero ex ipſius Chriſti teſtimonio dicentis de eo, ille erat lucerna ardens, & lucens, eam forte ob cauſam lucernam illum appellantis, quòd non intrinſecus ex ſe, ſed ex gratia Spiritus ſancti doctrinæ lumen haberet, quodq́ ipſius lumen, ſplendidiſsima accedente ſolis iuſtitiæ luce, obſcuratum fuerit. Vox porrò dicitur non ſolum ob prædicationis celebritatem (is enim erat, dicente prius Propheta, poſteaq́ ipſo confirmante, vox clamantis in deſerto) ſed etiam quòd eſſet Saluatore prior ſecundum humanitatem, quemadmodum vox eſt prior verbo. Iam vero ſponſi ductor, tanquam viam parans Chriſto ad ſponſam, Eccleſiam videlicet (parate enim, dicebat, viã Domini) & tanquam parans Domino plebem perfectam, ſiue populum electum, λαὸν κατεσκευασμένον: eum enim dixiſſe videri poſſit Naz. λαὸν περιούσιον, quem Lucas κατεσκευασμένον, hoc eſt, præ ceteris à Deo electum, & ad id paratum, vt eſſet ei in poſſeſſionem, ſiue in acquiſitionem: εἰς περιποίησιν. quæ vox legitur Mal. 3. & 1. Pet. 2. atq́ idem valet, quod illa περιούσιος. quã quidem interpres eo, quem diximus, loco ita interpretatur, vt dicat λαὸν περιούσιον ſignificare populum multum, & ſelectum, eminentemq́ inter aliam ipſius ſubſtantiam, ac poſſeſſionẽ. ſed nos plura de ea diximus in Apol. Schol. 106. Quare ad rem redeuntes, concludamus cum Naz.

Luc. 1.

Ioan. 5.

Eſa. 40. & Ioan. 1.

Ioan. 1.

ſponſi ductorem ſponſum, Chriſtum ſcilicet (qui enim
Ioan. 3. *ſponſam habet, ſponſus eſt) ſubſecutum eſſe tanquam eum, qui pararet Domino populum peculiarem, eundemq́; per aquam ad ſpiritum ſuſcipiendum præpurgaret. vnde ipſe prædicabat:*
Marc. 1. *Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto. Fuit igitur Ioannis baptiſmus (vt S. Thomæ verbo vtar) præparatorius ad baptiſmum Chriſti, qui omnibus numeris abſolutus, ac perfectus eſt baptiſmus, ita vt, quemadmodũ ait S. Aug.*
In Ioan. Tract. 5. *qui accipiunt baptiſmũ Chriſti, baptiſmum Ioannis non quærant, qui acceperunt baptiſmum Ioannis, baptiſmũ Chriſti quæſierint. qui tamen (vt declarat Naz. in or. in Epiph. p. 236. v. vlt. vbi quinq; ponit baptiſmatum genera Moyſis, Ioannis, Chriſti, martyrij, vel ſanguinis, & lacrymarum) non iam Iudaice baptizauit (neq; enim in aqua ſolum, ſed etiam ad pœnitentiam) nec tamen omnino ſpiritualiter, neq; enim addidit illud in ſpiritu, quod certe præſtitit Chriſtus Ieſus omnium Sacramentorum perfector, & conſummator.*

97 Optimamque demonſtrat viam altitudi-
In Ioan. Tract. 56. nis humilitatem] *Tanta eſt quippe, S. dicebat Aug. humanæ humilitatis vtilitas, vt eam ſuo commendaret exemplo etiam diuina ſublimitas; quia homo ſuperbus in æternum periret, niſi illum Deus humilis inueniret. hanc igitur virtutem Chriſtus Ieſus non ſolum verbis*
Marc. 9. Luc. 14. *docuit, ſi quis vult, inquiens, primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter. &, omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur; ſed & multo magis ipſis factis, in quibus non minimum id*
Ioan. 13. *fuit, quod is, cui omnia dedit pater in manus, non dedignatus eſt, cum aliorum diſcipulorum pedes lauare, tum etiam illius, cuius manus (vt B. Auguſtini verbis vtar).*

bis vtar) iam præuidebat in ſcelere.

98 Quod propter animam in terram inclinatam &c.] *mulierem illam, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, indicans, allegorice ſub eius perſona intelligendam innuit humanam animam, quæ cum peccatorum onere oppreſſa, nequiret ad creatorem intendere, non eſt grauatus ipſe creator ſeſe demittere, vt eam inclinatam erigeret.* Luc. 13.

99 Quod cum publicanis manducat, & apud publicanos] *Leui enim à Chriſto vocatus, ſecutus eſt eum, & fecit ei conuiuium magnum in domo ſua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant diſcumbentes. nam quòd addit Naz. ac diſcipulos facit publicanos, eundem S. Matthæum ſignificat, quem quidem Chriſtus Ieſus à teloneo abſtractum, in ſuorum diſcipulorum numerum retulit:* μαθητεύειν *enim hoc in loco, non vt Matt. 27. diſcipulum eſſe, ſed diſcipulum facere, & diſcipulorum numero habere, ſignificat. id ipſum in extrema ferè orat. in Pentec. dicit* τελώνας εἰς μαθητείαν κερδαίνει, καὶ ψυχῶν ἐμπόρους δημιουργεῖ, *publicanos in diſciplinam lucratur, animarúmque mercatores efficit.* Luc. 5. Matt. 9.

100 Niſi vero velit quiſpiam & medicum criminari &c.] *Chriſtus ipſe murmurantibus Phariſæis, quòd cum publicanis, & peccatoribus manducaret, reſpondens, dixit: Non egent qui ſani ſunt, medico, ſed qui male habent. id ipſum fortaſſe innuens, quod hic oſtendit Naz. hoc fuiſſe reprehendere (ne à S. Auguſt. hac in re explicanda, verbis recedam) quòd in domum ægroti intrauit medicus, quod non ſolum non reprehendendum, ſed magnopere commendandum videtur: eſt enim probi medici, vt inquit Hippocrates, inſpicere grauia, attingereq́;* Luc. 5. De verb. Apoſt. ſer. 8. In lib. de flatibus.

tingereq; inſuauia, & ob aliena incommoda proprias
percipere moleſtias, & cum infirmis quodammodo cō-
paſsionis affectu infirmari; ita tamen, vt à vi, grauita-
teq; morbi ſe ipſum integrum conſeruet. id quod peri-
tiſsimus noſter, ac ſapientiſsimus medicus Chriſtus Ieſus
In Ioan. *præclare præſtitit, trahens de homine (vt S. Auguſt.*
Tract. 36. *verbis vtar) mortalitatē, non trahens iniquitatem. ni-*
De ver. A- *mirum, vt ait idem, ſuſcipienda eſt aliquantum ipſa æ-*
po. ſer. 23. *gritudo, de qua vis parte alium liberari, & ſic ſuſci-*
pienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatem miſe-
riæ valeat. vt ſe inclinat, qui manum iacenti porri-
git: non enim ſe proiicit, vt ambo iaceant, ſed incur-
uat tantum, vt iacentem erigat. quod quidem belle etiā
quadrat ad id, quod Naz. deinceps ponit exemplum,
eius, qui miſericordia commotus, ſe in foueam non proij-
cit, ſed inclinat, vt delapſum iumentum ex lege recupe-
Deut. 22. *ret. ex lege autem dixit, quoniam lege id apud Iudæos*
cautum erat. quam quidem oſtendit Chriſtus Dominus
Matt. 12. *Phariſæos non miſericordia, ſed auaritia adductos tam*
diligenter ſeruaſſe, vt non dubitarent, hac de cauſa
ipſum etiam ſabbatū violare. cum igitur iumento mul-
tò ſit præſtantior homo, quis non ſummis eum laudibus
efferat, qui videns illum in profundiſsima peccati fouea
ſic iacentem, vt nec ſibi ipſe opem ferre, nec medici au-
xilium implorare poſſet, non graue duxit, quæ ipſius eſt
miſericordia, ſeſe aliquantum demittere, vt eum ſuble-
uet, & in priſtinum locum reſtituat?

101 Næ ille miſſus eſt. ſed vt homo: ex dupli-
ci enim conſtabat natura] διπλοῦς γὰρ ἦν. *eadem ver-*
ba ponit in orat. de Fil. 2. p. 215. v. 17. ſimulq; docet, in
maximos propterea errores incidiſſe hæreticos, quòd ne-
ſcirent humanam Chriſti naturam, atq; diuinam recte
diſtin-

diſtinguere, & quæ'nam de eo ratione huius, quæue ratione illius, proprie dicantur, diiudicare. Recte igitur hūc in modum S. monebat Auguſt. quidquid humiliter poſitum auditis de Domino Ieſu Chriſto, ſuſceptæ carnis diſpenſationē cogitate, qualis factus eſt propter nos, non qualis erat, vt faceret nos. quicquid autem ſublime, & ſupra omnes creaturas excelſum, atq; diuinum, & patri æquale, atq; coæternum de illo audieritis in Euangelio poni, vel legeritis, ſcitote vos hoc legere, quod ad formam Dei perinet, non quod ad formam ſerui: ſi enim iſtam regulam tenueritis aduerſus calumnias tenebrarū hæreticarum, tanquam in lumine ambulantes, ſecuri pugnabitis. hanc ipſam tenens regulam Theologus noſter eos, qui audientes in Euang. crebro dici, Chriſtum à patre miſſum eſſe, contendebant, idcirco filium patre eſſe minorem, quod hîc videamus in rebus humanis maiorem eſſe qui mittit, quàm ille, qui mittitur; ita primū repellit, vt dicat, id de Chriſto intelligendum eſſe, vt homo erat, non vt Deus: miſſus enim dicitur (S. quoque ait Auguſtin.) in quantum apparuit foris in creatura corporali, qui intus in natura ſpiritali oculis mortalium ſemper occultus eſt. id quod confirmat Naz. ex pluribus aliis, quæ ad imbecillitatem magis etiam, quàm hoc pertinentia de eodem ſcripta leguntur, quòd ſcilicet fatigatus ſit, Ioan. 4. quòd eſurierit Mar. 11. quòd ſitierit Io. 19. quòd in angore fuerit Luc. 22. quòd lacrymauerit Ioan. 11. atq; hæc omnia lege corporis, pro humani videlicet, quod vere aſſumpſerat, corporis lege, & conditione. ſic etiam ep. 58. Eudoxio dicit, fore prorſus, vt corpus hoc noſtrum tandem aliquando diſſoluatur, νόμῳ φύσεως: ſtatutum eſt enim hominibus ſemel mori. Deinde aliam eiuſdem loci quærens explicationem, ait, quòd

In Ioan. tract. 36.

Io 5. 6. 8. 15. 20.

De Trin. l. 2. c. 5.

Hebr. 9.

ſi etiam,

ſi etiam, vt Deus. quid hoc? τί τοῦτο, ita ſane in or. in
Ioan. 1. *Epiph. p. 236. v. 38. illius Ioannis dicti, non ſum dignus ego, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti, interpretationem inquirẽs, inquit, τί τοῦτο; quid hoc ſibi vult? quænam his verbis ſubiecta eſt ſententia? mox igitur reſpondens oſtendit, etiam ſi conceſſerimus, Chriſtum, vt Deus erat, à patre miſſum fuiſſe, nihil tamen inde incommodi ſequuturum, nec quicquam nos propterea de eius dignitate, atq; amplitudine detracturos, ſi miſſionem hanc ex bona patris voluntate intellexerimus, miſ-*
In Io Tr. 22. *ſionem non ſeparationem, ait S. Auguſt. quia vna vo-*
De Trin. l. 2. cap. 5. *luntas eſt patris & filij, & inſeparabilis operatio. neq; vero non etiam S. Auguſtin. poſteriorem hanc agnouit interpretationem; quin & magis eam, quàm alteram, videtur approbaſſe de Trin. lib. 4. c. vlt. vbi non ideo minorem eſſe filium, concludens, quia miſſus eſt à patre, ſiue, ait, propter viſibilem creaturam, ſiue potius propter principij commendationem, non propter inæqualitatem, vel imparilitatem, vel diſſimilitudinem ſubſtantiæ in ſcripturis hæc poſita intelliguntur. quod igitur ait Naz. ὡς ἀρχὴν τιμῶν, tanquam principium honorans, id dixit S. Auguſtin. propter principij commendationem: amat enim, inquit alibi, dare gloriam patri, vt nos ædificet dare gloriam creatori. & ſolet filius ad eum referre*
De Tr l. 15. cap. 27. *& quod ipſius eſt, de quo & ipſe eſt. hinc illæ voces: non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit pa-*
Ioan. 5. *trem ſuum facientẽ. &, non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. quæ quidem non filij arguunt inæqualitatem, ſed eandem planè cum patre monſtrant voluntatem.*

102 Quandoquidem traditus etiam fuiſſe dicitur. ſed & &c.] *Interpres in orat. in Paſcha dicit*

hinc de-

hinc demonſtrare Naz. de vno, & eodem Chriſto aliqua quidem vt de Deo, aliqua vero, vt de homine dici: illa enim, quòd tradiderit eum pater, & ſuſcitauerit, & aſſumpſerit, eſſe indicia τῆς εὐδοκίας, ἤτοι τῆς ἐνανθρωπήσεως, carnis aſſumptæ; illa vero, quòd ipſe ſe ipſum tradiderit, & reſurrexerit, & aſcenderit, τῆς θεϊκῆς αὐτοῦ ἐξουσίας, diuinæ ipſius poteſtatis. At putarim ego quidem Theologum in eo perſtare, vt ſecundam reſponſionem confirmet, qua dixerat, Chriſtum etiam vt Deum miſſum eſſe, rectè dici poſſe, idq́; facere argumento quodam vſus à ſimili, quandoquidem inquiens, traditus etiam fuiſſe legitur, Rom. ſcilicet 4. & 8. ſed & ſe ipſum tradidiſſe ſcriptũ eſt Rom. 8. Gal. 2. & Eph. 5. itemq́; ſuſcitatus à patre 1. Cor. 6. atq́; aſſumptus Marc. 16. & Act. 1. Sed & ſe ipſum ſuſcitaſſe Ioan. 2. ac reuertiſſe iterum Ioan. 16. & Act. 1. Illa bonæ ſunt voluntatis, τῆς εὐδοκίας, hæc poteſtatis, τῆς ἐξουσίας. quarum vocum vult hic interpres vtranq́; ad patrẽ referri. vt quæ quidem humiliter de Chriſto dicta ſunt, bonam patris voluntatem ſignificent, quæ vero ſublimiter, patris poteſtatem. quod mihi quidem, vt verum fatear, non ſatisfacit: neq́; enim patris, ſed filij hîc prorſus erat confirmanda poteſtas. magis igitur placet, vt εὐδοκίαν ad patrem, ἐξουσίαν ad filium referamus. vt (quomodo vox iſta ſacris in litteris ferè accipi ſolet, & ipſe certe Naz. paulo ante accepit atq́; etiam in orat. de Filio 2.) per εὐδοκίαν intelligamus bonam patris voluntatem ſiue beneplacitum, quo adductus, vnigenitum filium, qui erat in Ioan. 1.
ſinu patris, in hunc mundum miſit, tradidit, ſuſcitauit, aſſumpſit; per ἐξουσίαν vero filij poteſtatem, quam eandem prorſus cũ patre obtinens, in propria venit, ſe ipſum tradidit, ſurrexit, rediit. quanquã non incommode poſ-

ſis fortaſſe vtranq; etiam ad filium referre, non ita tamen, meo quidem iudicio, vt oſtendimus feciſſe interpretem in orat. in Paſcha. ſed vt, quemadmodum per ἐξουσίαν, *ſummam filij poteſtatem, & ei, qua pater vtitur, planè æqualem, ſic per* εὐδοκίαν *eiuſdem intelligas rectũ propoſitum propenſamq; animi voluntatem, qua adductus omnia ſua patri adſcribit, quò magis illius ſe cupidum, ac ſtudioſum, & planè obſequentem oſtendat. & quidem Apoſtolus quoq; duobus in locis in hanc ſententiam eadem voce vſus videtur, vt propenſam quandam animi voluntatem rectumq; propoſitum ſignificet. quorum vnus eſt Rom. 10. Fratres voluntas quidem,* εὐδοκία, *cordis mei. vbi S. Chryſoſt.* εὐδοκίαν ἐνταῦθα τὴν σφοδρὰν ἐπιθυμίαν φησὶ, *eudociam hîc vocat vehemens deſiderium, ſeu ſtudium. alter Phil. 1. quidam autem & propter bonam voluntatem ſiue mauis rectũ propoſitum* δι᾽ εὐδοκίαν, *Chriſtum prædicant. adde, ſi vis, & tertium ex Eccl. 18. vbi enim nos habemus, ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, Græce legitur,* ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, *ſi præſtes animæ tuæ propenſionem cupiditatis. Ne non putes, hanc vocem in hac ſignificatione Nazianzeno inuſitatam eſſe, ſcito, eum initio pulcherrimæ illius or.* περὶ εὐταξίας *quæ inſcribitur, cum dixiſſet, ſe quidem ceteris paſtoribus nondum gratũ, acceptumq; eſſe, ſubieciſſe, eum ipſum, opinor, Apoſtoli locum, quem proximè poſuimus, reſpicientem,* εἴτε δι᾽ εὐδοκίαν, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον, εἴτε διὰ μικροψυχίαν, καὶ ἔριν, *ſiue propter bonam voluntatem, rectamque rationem, ſiue propter puſillum animum & contentionem.*

103 At tu, quæ eum deprimunt] *vt ipſis quidem videbatur, nam recte conſiderantibus conſtat, non ſolum*

ea, quã

ea, quæ ad poteſtatem, verum etiam illa quæ ad bonam voluntatem, quæq́; ad aſſumptam humanitatem referuntur, omnia demum ad Chriſti amplitudinẽ, gloriãq́; ſpectare, præſertim cum, vt ep. 4. ad Caium diuinitus diuinus declarat Dionyſius, ea etiam, quæ hominis ſunt, ſupra hominem egerit Chriſtus Ieſus, & nouam quandam τ̃ θεανδρικὴν Dei, hominiſq́; actionem nobis adminiſtrauerit. humana prouehens (vt S. Leonis verbis In Nat. *vtar) diuina non minuens. Sed hoc hæreticorum ſem-* Ser. 3. *per fuit proprium, calumniandi ſtudio aliqua tantum aut verba, aut facta arripere, quæ ipſis videantur criminationi patere, reliqua prætermittere. ſic igitur Ariani cupientes Chriſtum tanquam creaturã deprimere, quòd quidẽ paſſus eſſet, non deſiſtebant prædicare: quòd verò* Eſa. 53. *oblatus eſt, quia ipſe voluit, reticebant, intelligentes, id eſſe poteſtatis. poteſtatem habeo, dicebat ipſe, ponendi* Ioan. 10. *animam meam, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eã.*

104 Qualia etiam nunc patitur verbum?] *videtur iſtæc Theologus admirans, & ſtomachans quodammodo protuliſſe, quòd ægre ferret, æternũ illud verbum, Dei Filium, inſigni etiam tum iniuria affici, cum Sabelliani quidem vt Deum illum honorantes, contraherent & conglutinarent Patri, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnam ſtatuentes hypoſtaſim. Ariani contra vt carnẽ paruipendentes, à patris natura diſtraherent, & in creaturarum numero ponerent. quorũ (vt diximus in Apol. Schol. 69.) cum æquale eſſet impietatis peccatũ, iure addubitauit Theologus, vtríſnã magis deberet iraſci Deus, hiſne, qui male componebant, an his, qui perperam diuidebant, cum oporteret, hos quidem tres perſonas diuinitate coniungere, vnam confitentes Patris, & Filij, & Spiritus ſancti eſſentiam, illos vero vnam eſſen-*

tiam perſona diuidere, tres ſtatuentes hypoſtaſes: quòd enim hic dicit διαιρεῖν τῷ ἀριθμῷ, diuidere numero, id in orat. de Spiritu ſancto p. 226. v. 31. dixit διαστῆσαι τῷ προσώπῳ, diſtinguere perſona. Sed audi, quàm ſimiliter noſter quoq; hæreticorum malleus vtroſq; alternis ictibus percutiat, Ne perdas perſonam, diſtingue perſonas, diſtingue intelligentiam, noli ſeparare perfidia, ne iterum quaſi fugiens Charybdim, in Scyllam incurras: vorabat enim te gurges impietatis Sabellianorum, vt diceres ipſum eſſe patrem, qui eſt filius, modo didiciſti, ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me pater. agnoſcis quia pater pater eſt, & filius filius eſt, bene agnoſcis. ſed noli dicere pater maior eſt, filius minor eſt: noli dicere, pater aurum eſt, filius argentum eſt; vna ſubſtantia eſt, vna diuinitas, vna coæternitas, perfecta æqualitas, diſſimilitudo nulla. Vere igitur erant vtriq; grauiſſima pœna digni. Nam quod Naz. cum dixiſſet, vtríſnam magis iraſcatur? ſtatim ſe ipſum quodammodo corrigens ſubiecit, vel potius vtris plus dimittat? id fecit mea quidem ſententia, non quòd, vt ait interpres in orat. in Paſcha, cum contraria ſentirent Sabelliani, & Ariani, alteri pœna, alteri venia digni viderentur, ſed quòd intelligeret, Dei proprium eſſe, miſereri ſemper, & parcere: quamuis enim iuſtus pariter ſit, & miſericors; tamen, vt ipſe dicit Naz. in or. ad patrem p. 61. v. 41. iraſci quidem præter naturam ineſt Deo, ignoſcere autem ſecundum naturam, cum ad illud à nobis quodammodo impellatur, ad hoc ſit per ſe ipſe propenſior. quo etiã fit, vt pater miſericordiarũ proprie, vereq; dicatur.

S. Auguſt. In Ioan. Tract. 36.

105 Offendis in carnem?] προσκόπτεις τῇ σαρκί; *reſpexit, niſi me fallit, illud Rom. 9. offenderunt enim, προσέκοψαν, in lapidem offenſionis. itemq; 1. Pet. 2. qui*

offendunt

offendunt verbo (ſiue in verbum, οἳ προσκόπτουσι τῷ λό-
γῳ) nec credunt in quo & poſiti ſunt. Carpit autem
Theologus Arij ſectatores, qui nõ ſecus, atq; Iudæi, Chri-
ſti carne offenſi, & ſcandalizati, filium propterea patre
minorem aſſerebant. Quod cum facerent, oſtendit, ni-
hil eſſe cur non & cum eiſdem dicerent, Samaritanus es Ioan. 8.
tu, & dæmonium habes. quorum tamen verbor ũ Naz.
priore enunciato, poſterius, tantæ blaſphemiæ vitandæ
gratia, duxit reticendum. Pergens autem eoſdem Aria-
nos inſectari, quòd non crederent vnigeniti diuinitatẽ,
nec aſſentirent, eum Deum eſſe, patri æqualem, oſtendit
illos hoc nomine & dæmonibus increduliores, & Iudæis
inſipientiores dici poſſe, quòd hi quidem quærebãt Chri-
ſtum Ieſum interficere, quia patrem ſuum dicebat Deũ, Ioan. 5.
æqualem ſe faciens Deo, non ignorãtes, fore, vt ſi conceſ-
ſiſſent, eum Dei Filium eſſe, non poſſent iam negare,
quin eſſet pari, atq; ille, honore, poteſtateq́; præditus.
illi verò, ſuo malo docti agnoſcebant in Chriſto, & fate-
bantur quodammodo vim diuinitatis: nam ſpiritus im-
mundi, cum illum videbant, procidebant ei, & clama- Marc. 3.
bant, dicentes, tu es Filius Dei: itemq́;, quid mihi, & ti-
bi, Ieſu Fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum, ne me Marc. 5.
torqueas.

106 Paulo igitur poſt videbis &c.] *Chriſti enim*
baptiſmi memoria duodecim dies poſt Natalem ipſius
diem, feſto ſcilicet Epiphaniæ die, recolitur in Eccleſia.
atq; ita repræſentatur myſterium, vt oſtendimus ſupra
Schol. 18. quaſi tunc geratur. cùm autem dixiſſet Naz.
Ieſum in Iordane purgari, ſtatim ſermonem corrigens,
apponit, aut potius aquas purgando purificare: quia e-
nim, B. inquit Aug. per vniuerſum mundũ Sacramentũ In Epiph.
baptiſmi humano generi opus erat, omnibus aquis bene- ſer. 1.

g 2 *dictionem*

dictionem dedit, quando in Iordanis alueum vnica, ac ſingulari pietate deſcendit: tunc enim Chriſtum Dominum non tam lauit vnda, quàm lota eſt.

107 Congeniti ſpiritus] *ex eodem enim principio originem habent Filius, & Spiritus ſanctus. eſt tamen animaduertendum, vt notat Interpres, cognatum* τὸ συγγενὲς, *tum in his, quæ eiuſdem, tum in his, quæ diuerſæ ſunt ſubſtantiæ, dici, ſed in illis quidem ſecundum naturam, vt hoc in loco, in his vero ſecundum vnionem, vt in anima, & corpore, quemadmodũ cum dicit Theologus in laud. Cæſarij, paulo poſt animam ſibi cognatum corpus recepturam eſſe.*

108 Omnem morbum, & omnem langorem curare] *Interpres, ſequutus Euthymium in Matt. 4. inter morbum, & langorem hanc dicit eſſe differẽtiam, vt, ſi quidem de corpore loquamur, morbus,* νόσος, *ſit diuturna peruerſio habitudinis corporis, hoc eſt imbecillitas, quæ iam in animante dominetur; langor,* μαλακία, *principium laxationis corporis, morbi prænuncia. ſin autem de anima, morbus ſit peccati actus, langor ratiocinationis remiſsio ad conſenſum ipſius actus. vtrouis autem modo ſiue corpore, ſiue anima laborarent, omnes ſanabat Saluator.*

109 Tanquam agnum offerri, & tanquam ſacerdotem offerre] *oſtendit Chriſtum hoſtiam ſimul*
Eſa. 53. *& ſacerdotem fuiſſe, illud quidem, quoniam ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente*
Hier. 11. *te ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum, & ipſe quaſi*
Hebr. 9. *agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. hoc vero, quia per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. eadem ratione ductus, opinor, in extrema or. de Fil. 2. Chriſtus, ait,* πρόβατον *dicitur* ὡς σφάγιον,

ἀμνὸς

ἀμνὸς δὲ ὡς τέλειον, ἀρχιερεὺς δὲ ὡς προσαγωγεύς, ouis ſcilicet, vt victima; agnus, vt perfecta; ſummus ſacerdos, vt oblator: & initio explicationis illius Euangelici dicti aliquanto apertius, ouis diceris, inquit, Chriſtum ipſum affatus, quia hoſtia, ſummus ſacerdos, ſeu Pontifex, Hebr. 8. *quia offers corpus: omnis enim Pontifex, dicebat Apoſtolus, ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur: vnde neceſſe eſt & nunc habere aliquid, quod offerat.*

110 Iterum venturũ cum ſua gloria] *Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui, quæ eadẽ plane* Matt. 16. *eſt cum ſua: quorum enim eadẽ eſt ſubſtantia, poteſtas, atq; imperiũ, eorum eadem quoq; gloria ſit, neceſſe eſt.*

111 Ad primum Adam reuertar] *ad illum ſcilicet ſtatum innocentiæ, atq; iuſtitiæ, quam ante lapſum obtinuit, cum appetitu rationi, ratione Deo obediente, ſumma pace, ſummaq; animi, & corporis tranquillitate fruebatur.*

112 Si non vt Ioannes ab vtero, at certe &c.] *Ioannes quidem præcurſor, ait interpres, typus fuit eorum, qui ab infantia diuina gratia donati, & ſanctificati ſunt, quiq; vſq; in finem proficiendo virtutis habitum ſeruant immotum: adhuc enim cum eſſet in matris vtero, ſuum agnouit Dominum, & in gaudio exultauit.* Luc. 1. *Dauid vero Propheta eorum typum gerit, qui labuntur, ac rurſus per pœnitentiam eam, quæ in virtute ac ſcientia poſita eſt, diuini gaudij exultationem animæ reſtituunt: lapſus enim in adulterium & homicidium, poſtea ſummo ſtudio, ac pietate Deum coluit, atq; placauit. exultabat autem ante arcam choreas exordiens, quòd ea ex alienigenarum manibus ſalua erepta, ceſſaſſet huc atq; illuc duci, & apud proprium populum quieuiſſet, vt narrat ſecundus Regum liber. ſiue igitur non* Cap. 6.

lapſus es, inquit, in peccatũ, ſiue lapſus quidẽ es, ſed per pœnitentiã ſurrexiſti, confitere partum, & exulta cum adeſt, atq; eam, quæ in te eſt virtutis, & ſcientiæ arcam ne ſinas paßionibus, quaſi alteris alienigenis, deditam eſſe, ſed illis peremptis, ad te ipſum reducito, & congruẽtem, concinnamq; ſaltationem ſaltans oſtendito. puto autem ſaltationem Dauid myſterium eſſe expeditæ, & perfacile currentis ſecundum Deum progreßionis. Hæc non inſcite interpres, poſtrema verba ab ipſo Naz. mutuatus in or. 2. contra Iulian. p. 309. v. 53.

113 Deſcriptionem reuerere, ob quam &c.] *oſtendit, quod & in orat.* εἰς τοὺς λόγους *p. 43. v. 22. facit, deſcriptionem quoq; illam venerandam eſſe, quæ, vt narrat S. Lucas 2. eo tempore facta eſt, quo tempore in lucem prodiit Saluator. ſimulq; indicat, ob eam nos in cœleſtium numerum quodammodo aſcriptos eſſe. & quidem etiam Euthymius in Luc. animaduertit vniuerſi orbis erga Cæſarem ſubiectionem, ac deſcriptionem præfiguraſſe totius mundi ad Chriſtum ſubiectionem ac recenſionem eorum, qui in cælis deſcribuntur.*

114 Bethleem honora paruam] *paruam ne dicas, an maximam? an potius & paruam, & maximam? paruam quidem, ſi ipſam per ſe ſpectes: ſcriptum eſt e-*
Mich. 5. *nim, & tu Ephrata paruulus es in millibus Iuda. maximam vero, ſi tanquam eam conſideres, ex qua egreſſus*
Matt. 2. *eſt Saluator: ita enim nequaquam minima eſt in principibus Iuda: quin adeo illa quidem hoc nomine celebris euaſit, vt omnibus ex locis plures ſoliti ſint ad eam viſendam, & colendam confluere.*

115 Siue ex mundis es animalibus &c.] *Cum prophetici illius dicti opportune meminiſſet, in quo ſolet fere, vt aduertit etiam interpres, bos quidem in Iudaici*

populi,

populi, legis iugo ſubiecti, typum accipi; aſinus vero in gentium figuram, quippe quæ eſſent à legis iugo liberæ, & impuriores quodammodo atq; craßiores; pulchrè hæc Theologus ad allegoriam trahens, quoniam bos quidem mundum eſt animal, iugoq́; ſubiicitur, ac ruminatione vtitur, eſtq́; tum ſacrificio, tum eſcæ maxime aptus: in aſino vero oppoſito modo hæc omnia ſe habent. agnoſce, inquit, Chriſti natiuitatem, quiſquis es, qui audis, ſiue quaſi vnus ex Iudæis, è mundis ſis animantibus, & legi ſubiectis, ruminationemq́; reducentibus verbi, & ad ſacrificium appoſitis, ſiue ex immundis adhuc, nec ad veſcendum, nec ad ſacrificandum aptis, tanquam vnus ex gentilibus. Scite autem Theologus, quid myſtice per ruminationem intelligendum ſit, indicans, addidit, verbi ſiue mauis doctrinæ, τȣ̃ λόγου, vt eos intelligas ruminatione vti, qui, vt ait interpres, ſimpliciter primum traditam de Chriſto doctrinam accipientes, deinde eam ad memoriam reuocant, & accuratis ratiocinationibus, quaſi quibuſdam dentibus, diuidunt, atq; conficiunt, & quæ quidem inutilia fuerint, reſpuunt: quæ vero alendi vim habeant, in imam mentem demittunt. Idem voluiſſe videtur S. Auguſtin. cum dixit, ruminatio pertinet ad eos qui cogitant, quod audierint, & tenuerint. ac rurſum, qui in lege Dei meditatur die, ac nocte, tanquã ruminat, & in quodam quaſi palato cordis verbi ſapore delectatur. Hom. 35. Homil. 45.

116 Cum ſtella curre, & cum Magis &c.] *hortatur nos Theologus, vt Chriſti ortum venerantes cum ſtella illa, quam Magi viderunt in oriente, curramus. id autem faciemus, ſi, vt inquit interpres, eam imitati, Chriſtũ his, qui ipſum minus norunt, prædicabimus, vel ſi virtutibus propter Chriſtum ſplendidi, inſignesq́; ap-* Matt. 2.

 parebimus,

parebimus , vel deniq; ſi terreſtribus hiſce rebus relictis ad cæleſtes aſpirabimus . Cum Magis porrò monet eſſe dona Chriſto offerenda, aurum tanquam Regi, thus tãquam Deo, myrrham tanquam ei, qui pro nobis mortem
In Epiph. ſer. 1. *oppetiuit. per aurum nempe , B. ait Auguſt. rex oſtenditur, Deus in thure dignoſcitur; per myrrham, quæ condiendis eſt apta corporibus , ſepultura hominis prædicatur. Tu vero loco auri, inquit interpres, operum, ſermo-*
Pſal.140. *numq; ſplendorem offerto , loco thuris orationem; dirigatur enim, ait, oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo; loco myrrhæ affectionum extinctionem, quæ animæ ſubſtantiam conſeruat, & odoris replet ſuauitate. Quoniam vero non ſolum Angeli in Chriſti ortu gloriã Deo*
Luc. 2. *cantauerunt, ſed etiam paſtores, re cognita, atq; perſpecta, reuerſi ſunt glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant: congruenter Theologus addit, cum paſtoribus glorifica, cum Angelis tripudia , à Baſilio ſuo nihil prorſus diſcordans , qui & ipſe idem agens , eundem in modum nos hortatur , cum paſtoribus glorificemus, inquiẽs, cum Angelis tripudiemus, nec mirum, qui (ne ab ipſius Naz. in laud. eiuſdem Baſil. verbis recedam)* πάντα ἦσαν ἀλλήλοις , ὁμόστεγοι ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς, τὸ ἓν βλέποντες *, eorum ex ore eaſdem ſententias , eademq; verba ſæpe exiſſe. quod certe contigit in his etiam , quæ ſtatim adiungit Naz. quod enim dixit ipſe , communis ſit ſollemnis iſte dies cæleſtibus, terreſtribuſq; poteſtatibus, id nõ multo ſecus S. Baſilius ſic protulit , communis eſt feſtus hic dies vniuerſæ creaturæ.*

117 Quippe quæ & hominum amantiſſimæ ſunt, & Dei ſtudioſiſſimæ] φιλόθεοι. *quanquam interpres hanc vocẽ ita accepiſſe videtur, vt ſignificet, Deo amicæ,*

amicæ, tamen magis mihi quidem probatur, vt in propria eam quoq; ſignificatione interpretantes, quemadmodum per φιλάνθρωποι intelligimus expreſſum eſſe amorem, quo cæleſtes illæ virtutes homines complectuntur, ſic per φιλόθεοι, intelligamus ſignificatum eſſe ſtudium, quod eædem præ ſe ferunt erga Deum: vtraq; enim ex cauſa probabile ſit, illas quoq; gaudio exilire ob natalem diem Chriſti, intelligentes, maximam inde & in homines vtilitatem, & in Deum gloriam redundare. cuius rei teſtes producit Theologus cæleſtes illas poteſtates, quas Dauid, Chriſti in cælum aſcenſum præuidens, introducit vnà cum ipſo aſcendentes, atq; alias alíis occurrentes, & mutuo ſeſe ad eleuandas portas præ ingenti lætitia cohortantes; hoc eſt, vt hîc dicit interpres, atque ibi exponit Euthymius, eas, quæ Chriſto in terra cum miniſtraſſent, cum ipſo ſimul in cælum aſcendebant, illas, quæ ſecundi cæli, id eſt firmamenti, aditum cuſtodiebant, has rurſus eas, quæ ad primi cæli, quod eſt ſupra firmamentum, fores aſsiſtebant. Pſal. 23.

118 Vel potius iſtam quoque venerare, quaſi coætaneam &c.] *cum dixiſſet, innocentium illorum puerorum cædem ob inſignem, opinor, crudelitatem odio dignã eſſe, docet nunc, potius eſſe cauſam, cur & ipſam veneremur tanquam hoſtiam Chriſto coætaneam: mittens enim Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Betbleem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra, ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis. & tanquam eam quæ (vt Paulini Epiſcopi verbis vtar) intentatis Chriſto vulneribus immolata digno ſanguine agni victimam præcucurrit, & Dominicã auſpicata eſt paſsionem. id nimirum dixit Naz. ante nouam illam victimam mactatam. nouam autem victimam* τὸ καινὸν Matt. 2. In S. Aug. Tom. 2. ep. 31.

 σφάγιον,

σφάγιον, Chriſtũ appellauit, eam ipſam, opinor, ob cauſam, ob quam in or. in Paſcha p. 255. v. 35. τὸ μέγα καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, magnum, & inſacrificabile ſacrificium eundem vocat, hoc eſt (vt ex ipſius illic verbis colligitur) ratione diuinitatis: diuina enim natura, quæ erat cum humana in vno Chriſto coniuncta, nec pati potuit nec immolari.

119 Quod ſi in Ægyptũ aufugerit, hilari &c] *quoniam videtur hic quidem interpres non inepte philoſophari, non abſurdum putaui, ipſius explicationẽ totidem fere verbis huc transferre. inquit igitur, Mandatum quidem fuiſſe Ioſeph, vt acciperet puerum, & matrem eius, & fugeret in Aegyptum propter Herodem; ac rurſus defuncto Herode, vt rediret Hieruſalem, manifeſte narrat Matthæus, atque etiam admirabilis Oſee de Chriſti in Aegyptum reditu prophetat: per ipſum enim dicit Deus, ex Aegypto vocaui filium meum. Theologus tamen vult nos huiuſmodi hiſtoriam altiori ſenſu intelligere. Herodes igitur interpretatur paſſibilis natura, & pellicea: Aegyptus vero modo pro præſenti mundo accipitur, modo pro carne, modo pro peccato, modo pro ignorantia, modo pro afflictione, ſecundum quam potiſſimũ ſignificationem conuenit nunc intelligere Domini fugã in Aegyptum: ſi enim, inquit, infans eſt, atq; imbecillus is, qui in nobis eſt Chriſtus, virtutis ſcilicet ratio, viget autem, quaſi alter Herodes, terreni huiuſce corporis ſpiritus, oportet nos ad actionis moleſtias tanquam Aegyptum fugere; ſin autem depreſſus, atq; extinctus fuerit carnis ſpiritus, qui ſtudet eam, quæ in nobis eſt, diuinam rationem interimere, tunc iam licet ab Aegypto ad Hieruſalem tranſire, hoc eſt ab actionis moleſtiis ad cõtemplationis gaudia: cum enim actio aſcenſus ſit ad contemplationem,*

Matt. 2.

Oſee 11.

plationem, extinctis affectibus, ſuperuacaneum eſt, amplius in actionem incumbere, & non aſcendere ad contemplationem, ad quam ipſa etiam actio refertur. Hæc ſane interpres. quibus ſi licet aliquid addere de meo, putarim ego quidem Nazianzenum illis verbis, quibus ad Oſee prophetiam alluſit; Voca eum ex Aegypto, eam etiã ob cauſam fortaſſe adiunxiſſe, rite illic adoratum, quòd eo tempore recta, & ſana Chriſti fides, atq; doctrina in Aegypto potiſſimum vigeret, S. Athanaſij, & Petri, eius ſucceſſoris, prædicatione, atq; opera, indeq; ad alias quoq; gentes emanaret. Sed operæpretium eſt, quæ me in hanc coniecturam duxerint, cognoſcere. initio igitur oratiunculæ, quam habuit ad illos, qui ex Aegypto aduenerant, præter alia, ex quibus poſſis id non abſurde coniicere, hæc quoq; leguntur, Aegyptũ locupletat Chriſtus meus, prius quidem in Aegyptum fugatus; nunc vero ab Aegypto ſuppeditatus (quòd ſcilicet Chriſti fides illinc ceteris populis ſuppeditaretur) tunc quidem ex infantium, Herodis mandato, effuſo cruore, nunc autem ex patrum erga filios amore. ac paulo poſt, de quo etiam nunc videor mihi audire patrem dicentem, ex Aegypto vocaui filium meum: à vobis enim perſonauit verbum ad omnes homines ſalutariter & creditum, & prædicatum. ac vos optimi eſtis frugum largitores maxime omnium ex his, qui nunc rectam tenent fidem, & cetera, quæ ſequuntur, noſtram, niſi me fallit, coniecturam non parum corroborantia.

120 Per omnes Chriſti ætates, ac virtutes &c.] *pie nos hortatur Theologus, vt qua quidq; ætate Chriſtus vel paſſus fuerit, vel fecerit animaduertentes &, quantum in nobis eſt, imitantes, ab omni reprehenſione liberi pergamus per omnes eius ætates, ac virtutes. per vir-*

per virtutes autem intelligit interpres diuina ſigna; ac prodigia, quæ oportet nos quoq; ſpiritualiter efficere. ea certe, quæ ſequũtur, de purificatione, de circunciſione, de ablatione velaminis, ſpiritualiter accipienda eſſe, nemo dubitare poteſt. Per velamen vero, quod à generatione contraximus, intellige cum interprete vel originale peccatum, quod in omne genus humanum transfuſum eſt
Pſal. 50. *(in peccatis enim, inquit, concepit me mater mea) huiuſmodi enim peccatum, quaſi quædam caligo, ſtatim ab ortu, animæ luminibus obſtruit. abſcinditur autem ſalutaris baptiſmatis gladio, & viuificantis ſpiritus enſe, vel affectionum, ac perturbationum plenas ratiocinationes, quæq; ex illis exoritur, caliginẽ, vel deniq; ignorantiam, quæ quidem carni, tanquam cuidam nebulæ & velamini adiuncta eſt. nam quod de Iudæis dicebat*
2. Cor. 3. *Apoſtolus, id poteſt etiam ad alios transferri: Velamen poſitum eſt ſuper cor eorum; cum autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. quæ ipſa verba videri forſitan poſſit* Naz. *reſpexiſſe.*
121 Deinde doce in templo, diuinas res &c.] *hinc diſce, non prius licere ad alios docendos, atq; inſtruendos aggredi, quàm te ipſum & impuris dimiſſis actionibus, purificaueris, & prauis amputatis cupiditatibus circuncideris; & ſiue criminum, ſiue affectionum, ſiue inſcitiæ velamine exueris. quòd ſi hæc vt germanus*
Matt. 26. *Chriſti diſcipulus præſtiteris, tum demum poteris, in aliis quoq; eundem magiſtrum, ac ducem ſequutus, cum in templo docere (quotidie enim* Chriſtus Ieſus *apud* Hebræos *ſedebat in templo docens) tum etiam (quod* Dominus *feciſſe legitur* Matt. 21.*) expellere diuinas res vendentes, hoc eſt, vt ait interpres,* Dei *dogmata adulterantes, ac peruertentes, & vel auro, vel gratia, vel indigentia,*

*digentia, vel timore, vel aliqua alia huiuſmodi re vena-
lia habentes.*

122 Lapideris, ſi id perpeti opus fuerit] *opus
autem fuerit ſæpiſſime, ſi non ſenſibiliter, at certe intel-
ligibiliter, ſi non in corpore, at certe in corde : etenim o-
mnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutio-* 2.Tim. 3.
*nem patientur: ſemper enim mali, S. ait Auguſt. bo-
nos perſequuntur, ſi non ferro & lapidibus, vita & mo-* De ver. A-
ribus. quod quidem non ſolum priuatim, verum etiam poſt. ſer. 26.
publice fieri quotidie videmus. at diligentibus Deum o- Rom. 8.
mnia cooperantur in bonum. nam, vt inquit B. Auguſt. De Ciu. Dei
inimici omnes Eccleſiæ, quolibet errore cæcētur, vel ma- l. 18. c. 51.
*litia deprauentur, ſi accipiunt poteſtatem corporaliter
affligendi, exercēt eius patientiam, ſi tantummodo ma-
le ſentiendo aduerſantur, exercent eius ſapientiam. vt
autem etiam inimici diligantur, exercent eius beneuo-
lentiam, aut etiam beneficentiam, ſiue ſuaſibili doctrina
cum eis agatur, ſiue terribili diſciplina. Recte itaq; pol-
licetur Naz. fore, vt probi, ac pij viri improborum, atq;
impiorum ictibus ne pateant, atq; adeo per medium il-
lorum fugiant, tanquam Dij adoptione, & gratia effe-
cti. quod dum dixit, rationem habuit illius Euangelici
dicti, Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ieſus* Ioan. 8.
*autem abſcondit ſe, & exiuit de templo, tranſiens per
medium illorum*, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, *in Græ-
cis enim nonnullis probatis exemplaribus poſtrema hæc
quoque verba reperiuntur : quæ quamuis etiam apud
Luc. 4. legantur, vbi eorum mentio fit, qui duxerunt Ie-
ſum vſq; ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum,
tamen probabilius videtur, hinc illa ſumpſiſſe Naz. vbi
de his agitur, qui tulerunt lapides, vt iacerent in Ieſum.
cauſam autem afferens Theologus, cur dixerit, fugies*

per me-

per medium ipſorum tanquam Deus, ſubiicit: verbum enim ὁ λόγος, lapidari nullo modo poteſt, per verbum intelligens ſiue ipſum Dei filium, ſiue eum, qui de ipſo, vt recta poſtulat fides, habetur. ſermonem per medios etiã lapides, et vincula intactum, ſolutumq́; currentem: verbum enim Dei, pro Chriſto vinctus dicebat Apoſtolus, non eſt alligatum. quare etiam ipſe Naz. initio or. de Spiritu ſancto hæc ad verbum à nobis expreſſa protulit: ſermo ſane de filio à nobis habitus, talis eſt, atq; ita lapidantes effugit, tranſiens per medium illorum: verbum enim lapidari nullo modo poteſt. quin etiam lapidibus appetit, cum voluerit, & funda percutit beſtias, diſceptationes videlicet praue montem attingẽtes. Vides, totum hunc locum ei, qui eſt in manibus, claritatis, ac lucis multum afferre.

2.Tim.3.

123 Si ad Herodem ducaris, plura ne reſpondeas] *hæc dum dicit, intendit animum ad id, quod ſcribit Luc. 23. Ieſum ad Herodem ductum, & interrogatum ab illo multis ſermonibus, nihil illi reſpondiſſe. Tu poßis allegorice vnà cum interprete Herodem hîc quidẽ interpretari turbulẽtas carnis cogitationes, quibus oportet nos obſiſtere, non verbis philoſophantes, ſed factis, & rebus: hac enim ratione magis comprimantur huiuſcemodi cogitationes, quàm ea, quæ in verbis poſita eſt, Philoſophia. Poßis etiam fortaſſe & ipſum mundum intelligere, eiusq́; amatores, quibus non eſt tam verbis reſiſtendum, quàm vitæ probitate, & recto erga Deum cultu os obſtruendum. itemq́; alia, quæ ſequuntur, de flagellis ferendis, de guſtando felle, cuius ſcilicet amaritudine fructus illius, à primo noſtro parente guſtati, dulcedo, tanquam contrarium contrario curetur, de aceto potando, ceterisq́; tolerãdis, quæ benignißimus Dominus*

minus noſtra cauſa pertulit, poßit quilibet per ſe ipſum ad allegoriam facile trahere. Sed quid de alapis, colaphisue excipiendis argute ſatis coniecerit interpres, nolo te ignorare. alapæ, inquit, manifeſtæ fuerint contumeliæ, palamq́ue iactatæ; colaphi vero occultæ, & clam intentatæ: colaphus enim, κολάφισμα, eſt palmæ ictus collo infixus latenter, ac ſonitum reddens ad riſum mouendũ idoneum. nam quid per ſpineam coronam poßis commode intelligere, protinus ipſe tibi explicat Naz. aſperitatem ſcilicet vitæ, quæ ſecundum Deum eſt. quod etiam dixit in orat. in Paſcha p. 257. v. 3. dum cauſam redderet, cur præceptum eſſet Hebræis, vt agnum ederent cum lactucis agreſtibus, affirmans prorſus, vitam, quæ ex Dei inſtituto, ac voluntate traducitur, vere aſperam, atque arduam eſſe, incipientibus præſertim: omnis enim Hebr. 12. *diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mæroris, poſtea autem fructum pacatißimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. quo etiam fit, vt contra, quemadmodum idem ibidem declarat, Chriſti iugum ſuaue dicatur, & onus leue, ob ſpem ſcilicet, & remune-* Matt. 11. *rationem multo his, quæ hîc patimur, malis vberiorem: exiſtimo enim exiſtimator dicebat optimus, quòd non* Rom. 8. *ſunt condignæ paßiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: id enim, quod in præſenti* 2. Cor. 4. *eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

124 Ne graue ducas adorari ab illudentibus veritatem] *ipſum, opinor, Chriſtum, qui eſt via, veri-* Ioan. 14. *tas, & vita: indicat enim locum illum Euangelij, vbi legitur, milites Præſidis genu flexo ante Ieſum, illuſiſſe ei,* Matt. 27. *dicentes, aue Rex Iudæorum: quamuis enim vere ille*

quidem

quidem ſummus omnium rex eſſet, tamen per riſum illi ac per iocum regem eum ſalutabant. quod cum ille patienti animo tulerit, videtur nos Theologus, hoc propoſito exemplo, tacitè quodammodo admonere, vt abiectiſſima membra præſtantiſſimum caput imitati, omne genus irriſionis, atq; ludibrij paruipendamus.

125 Chriſto confixus ſis cruci, commortuus, conſepultus, vt &c.] *Velim hîc pias potius, atq; humiles aures nanciſci, quàm teretes, & religioſas: neque enim religioni habui, non nullas vſurpare voces, quæ offendant fortaſſe latinarum litterarum ſtudioſos. ſed veniam mihi, vt ſpero, facile dabunt, vel gratiam potius habebunt, ſi cogitarint, id me, ſalutari conſilio ductum, feciſſe, præſertim ne à vulgata noſtra editione, ſanctæ Eccleſiæ auctoritate rectiſſime firmata, diſcederem in his ſacræ ſcripturæ locis, quæ quidem plura videtur Naz. curſim decerpere. primum illud Gal. 2. Vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci. deinde illud 2. Tim. 2. Si commortui ſumus, & conuiuemus. poſtea illud Col. 2. Conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei. tum illud Rom. 6. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus: tum aliud Rom. 8. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. deniq; illud 2. Tim. 2. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. ex quibus, atq; etiã ex ipſo verborum ordine ſatis patere arbitror, reſurrectionem ſepulturæ potius, quàm, vt ſentit interpres, morti oppoſuiſſe, itemq; glorificationem morti potius, quàm crucifixioni, & regnum crucifixioni citius, quàm ſepulturæ.*

126 Deum videns, quantum licet, & viſus] *declarat Theologus, quid ſit cum Chriſto regnare; nempe Deum*

pe Deum videre, quantum licet (totum enim comprehendere nemo poteſt) & ab eo itidem videri, ſi quidem tunc videbimus facie ad faciem, & cognoſcemus, 1. Cor. 13.
ſicut & cogniti ſumus. in quo ſumma noſtra poſita eſt beatitudo. quanquam & nunc etiam, atque etiam optandum eſt, poſſe eum videre per ſpeculum in ænigmate, & cognoſcere ex parte, quantum ſcilicet, ait Naz. ab his comprehendi poteſt, qui carnis vinculis ſunt aſtricti τοῖς δεσμίοις τῆς σαρκὸς. quæ verba aduertit interpres ex Hier. ſumpta eſſe, vbi legitur, vt contererent ſub pe- Thren. 3.
dibus ſuis omnes vinctos terræ, δεσμίους γῆς. quæ & ipſe Naz. citato auctore, ponit in orat. de Theol. 2. p. 201. v. 10. Tu vero adde & alterum ſcripturæ locum: vbi enim Sap. 17. Latine legitur, perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, Græci habent, δέσμιοι σκότους, καὶ μακρᾶς πεδῆται νυκτὸς, vincti, tenebris, & longa nocte compediti: πεδῆται enim, non πέδωνται legendum eſt ex vetuſtiſſimo illo Vaticanæ bibliothecæ exemplari. Vt igitur his duobus ſacræ ſcripturæ locis dictum eſt δέσμιοι γῆς, & δέσμιοι σκότους, ſic Naz. & hîc, & in orat. in Cypr. p. 111. v. 44. cum dixiſſet, veram generis claritatem in eo poſitam eſſe, vt diuinam imaginem cõſeruemus, & archetypo aſſimilemur, ſubiicit ὅσον ἐφικτὸν τοῖς σαρκὸς δεσμίοις, quantum licet his, qui carnis vinculis ſunt aſtricti. Sed iam finem Scholiis hiſce meis imponam, ſi prius illud ex animo teſtatus fuero, ea me, ſicut & reliqua mea omnia, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cognitioni, atque cenſuræ libenter ſubiicere, nec recuſare, quominus, quicquid in eis errati deprehenſum fuerit, id totum meæ inſcitiæ prorſus adſcribatur: ſi quid vero recti, Dei gratiæ planè acceptum referatur, atque etiam

ipſius S. Gregorij meritis, quem non deſtiti equidem ſuppliciter orare, ne grauaretur, hunc meum laborem, eorum cauſa ſuſceptum, qui ſint bonarum ſimul, & ſacrarum litterarum ſtudioſi, ſuis quoque precibus adiuuare. Ei igitur gratiæ, ſoli Deo honor, & gloria in ſempiterna ſecula. Amen.

EMEN-

EMENDATIONES SIVE VARIÆ LECTIONES IN OMNIA S. GREGORII NAZ. THEOLOGI ſcripta, ex antiquiſſimis exemplaribus collectæ, in quibus notandis, numeriſque ſignandis ſequuti ſumus codicem Baſileæ impreſſum.

In oratione 1.

PAg. 14. verſ. 9. ποντον φυγῆς] πόντον αὐτοῦ φυγῆς.
μετ] διά.
29 μήτε ὑπονούμενον] μήθ' ὑπονούμενον.
30 εἰς σκάνδαλον] ἢ σκάνδαλον.
38 ἀνωτέρω] ἀνώτεροι.
39 ἐπέχοντας] ἐπέχοντες.
45 ἐπειδὴ] ἐπεὶ δὲ.
47 καὶ μηδένα ἄρχεσθαι] καὶ μηδένα δέχεσθαι.
52 τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν] τῶν τὰ θεῖα φιλοσοφούντων.
p. 15. v. 9. ὥσπερ] ὅσπερ.
46 περὶ τηλικοῦτον] περὶ τηλικούτων.
p. 16. v. 16. καὶ εἰ μὴ τυχοι] κἂν εἰ μὴ τύχοι.
30 ὧν εἴποιμεν] ὧν εἴπομεν.
39 τὸ διαφεύγων] τὸ διαφεῦγον.
p. 17. v. 42. καὶ μικροῖς σταθμοῖς] καὶ μὴ μικροῖς σταθμοῖς.
24 τῆς ὑμετέρας] τῆς ἡμετέρας.
52 πρὸς τὸ ἔνδοθεν] πρὸς τὸν ἔνδοθεν.
p. 18. v. 9. δοθῆναι] δοῦναι.
28 τὸν πειράζοντα] τὸν νικήσαντα.
37 οὐ τὸ ξύλον] οὐ τὸ ξύλον.
p. 19. v. 26. καταβαπτίζοντες] καταπιέζοντες.
41 ὅτι καλὸς] ὅτι κάλῳ.
p. 20. v. 13. ἐκ τῆς κενῆς] ἐκ τῆς καινῆς.
21 πεφεύγαμεν μήτε &c. δέον] πεφεύγαμεν. δέον.
23 οὐ δὲ εἵνεκα] οὐ δὲ εἵνεκα.
p. 21. v. 12. ἀπὸ τῶν λόγων] ἀπὸ, τῶν λεγόντων.
p. 22. v. 18. ἡμῶν δὲ] ἡμῖν δέ.
p. 23. 19. περιούσιον χωρὶς &c.] περιούσιον. χωρὶς παρεκτὸς τούτων.
29 κηροὶ] κυροί.
37 θλίψεσιν ὡς &c.] θλίψεσιν. ὡς καλῷ τινὶ κόσμῳ, τῇ &c.
39 θάῤῥει] θαῤῥεῖ. ὑποπιάζει] ὑπο-

ὑποπιέζει.
52 κἂν τῶν ἀῤῥήτων] καὶ τῶν ἀῤῥήτων.
p.24.v.3. τοῦ λαβεῖν] τὸ λαλεῖν.
8 τῇ σκοπιᾷ] ἐν τῇ σκοπιᾷ.
29 διασκέδασθαι] διεσκέδασθαι.
30 εἶτα ἡ ἀπειλὴ καὶ] εἶτα ἀπειλεῖ, καὶ.
31 θαυμάσατε θαυμάσια] θαυμάσατε καὶ ἴδετε θαυμάσια.
53 ἃ μὲν] ὅσα μὲν. ἱέρεως] τοῦ ἱέρεως. παραδηλοῖ] μαρτυρεῖ.
55 εἰς μείζονα] ὡς μείζονα.
p.25.v.6. λεγόντων] λεόντων.
23 κατὰ δρόμον ποιεῖται] κατὰ δρόμον ἣν ποιεῖται.
55 ἐξεώσατε] ἐξώσατε.
p.26.v.3. τὰ παλαιὰ] τὰ πολλά.
6 τῶν κακῶν] τῶν κανόνων.
8 καὶ ἔπι] καὶ εἰ δεῖ.
15 νύκτωρ] καὶ νύκτωρ.
16 ταῦτα μου τὸ] ταυτά μοι τό.
17 οὐδὲ πορεύεσθαι ἄνω βλέποντα] καὶ ἄνω βλέποντα.
ταῦτά μου] ταῦτά μοι.
21 καθαρθῆναι γὰρ πρῶτον] καθαρθῆναι δεῖ πρῶτον.
36 περὶ λόγων] περὶ λόγον.
p.27.v.8. βλέπεσθαι] κλέπτεσθαι.
16 ἀπέλαυσα μόνον τοῦ παριδεῖν] ἀπήλαυσα μόνον τὸ παριδεῖν.
41 περιπλέξωμεν] περιπλήξωμεν.
42 ἡ φιλία] ἡ ὁμοδοξία.
52 οἱ ἱερεῖς γὰρ] ὁ δ' ἱερεύς.
55 εἰς πειθῶ] εἰς πειθώ.
p. 28.v. 10. ἀποδέχοιντο] ἀποδέχονται.
11 θέατρον καινὸν] θέατρον κοινόν.
31 τίς κινήσει τοῦτον; μωσῆς] τίς κινήσει τοῦτον μωσῆς;
32 τίς; ἰησοῦς] τίς ἰησοῦς;
itemq; reliqua, quę ſequuntur membra.
53 ὑμῖν] ἡμῖν.
p. 29. v. 5. προμηθείας ἀκούω] προμηθείας, φράσω δή, ἀκούω. ἄλλως. προμηθείας, φράσω καὶ πρὸς ὑμᾶς, ἀκούω.
16 ἀναλώθησαν] ἀνηλώθησαν.
18 ἠλεὶ] ἠλεῖ.
24 σύμβουλον] σύμβολον.
36 τοῦ πλάσαντος] τοῦ πλάσματος.
38 λόγος σοφοῦ, εἰς οὓς ἐνήκοον] λόγον σοφὸν εἰς οὓς ἐνήκοον.
44 καὶ μὴ παρ' ὀλίγον] μὴ παρ' ὀλίγον.
52 καὶ ζῶν κατοικητήριον] καὶ ζῶον καὶ κατοικητήριον.
p.30.v.9. λαβεῖν] λαλεῖν.
30 ἡ τῶν ἱερῶν] ἢ τῶν ἱερῶν.
31 χρόνῳ] τῷ χρόνῳ.

pag.31.

p. 31. v. 36. ὡρμήθη σκοπεῖν] ὡρμήθη, ῥητέον. σκοπεῖν.
45 τοῖς πνδ͂ματικοῖς] τοῖς πατρι-κοῖς.
p. 32. v. 6. νόμος] λόγος.
32 σήεισον] σύειξον.
41 ἐν τῇ βουλῇ ὁδηγήσειε] ἐν τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁδηγήσειε.

In oratione 2.

p. 33. v. 7. ὄναθε] ὄναθαι.
13 ἐδεξιώσαθε] ἐδεξιώσατε.
23 οὐ συνέρχονται] οὐκ εἰσέρχονται.
29 ὑμῖν] ὑμῶν.
41 ποίμνης τῶν] ποίμνης ὅσον ἐπὶ τῷ πόθῳ τοῦ κοινοῦ πατρὸς τοῦ.
vlt. πλεῖσον] πλεῖον.
p. 34. v. 5. λαβεῖν] λαλεῖν.
11 ξύλον] ξύλα.
17 περιπλατούντων] περιπατούντων.
19 ἐκκρίνοντες] ἐκκλίνοντες.

In oratione 3.

25 δεθεὶς οὐχ ἁλύσεσι δηραῖς] δεθεὶς οὐχ ἁλύσεσι σιδηραῖς.
29 πεῖραν] πέτραν.
43 ἄλλος] ἄνθρωπος.
44 χοὸς καὶ φυράματος] πηλοῦ τε καὶ κράματος.
51 εὑρήματα] εὑρέματα.

In oratione 4.

p. 35. v. 33. ὅις] οἷς.
p. 36. v. 17. μικρότερος] μακρότερος.
p. 37. v. 1. οὕτω καὶ] οὕτω ἔνθεον ἔσω καὶ.
8 ἁγίας] ἀρχϊκῆς.

In oratione 6.

p. 39. v. 11. ἀγέτω καὶ] ἀγέτω καὶ κινείτω καὶ.
19 ᾧ μοι] ἅ μοι.
22 τι] ὅτι.
33 πνδ͂ματικαῖς] πατρικαῖς.
44 βραδὺ] βραδὺ.
53 ἐπόπτρω] ἐσόπτρων.
54 ἀλλήλοις] ἄλλοις.
p. 40. v. 35. οἰκουμένης] ἐκκλησίας.

In oratione 7.

p. 41. v. 9. καρποφῆσαι] καρποφορῆσαι.
31 ἔτι] εἴ τι.
p. 42. v. 11. θεῶν] θεῷ.
p. 43. v. 15. τοῦτον] τοσοῦτον.
34 λίβανον, μηδὲ] λίβανον, μηδὲ χρυσὸν, μηδὲ.
p. 44. v. 3. τοῦ καλοῦ] τοῦ κακοῦ.
16 ἤδη βεβαιωμένων] ἐνταῦθα βεβιωμένων.
26 ἱερωτέρων] ἱερωτάτων.
39 σεαυτὴν] σεαυτοῦ.

In oratione 8.

p. 45. v. 12. ἐπαινεσόμεθα πέρα τοῦ μετρίου] ἐπαινέσομεν πέρα τοῦ μέτρου.
16 δικαίων] δικαίου.

 28 κέκμη-

28 κέκμηκεν] κέκλικεν.
ἐγχειρισθῆναι] ἐμπιστευθῆναι.
35 παραχωρεῖν] συγχωρεῖν.
vlt. μεταθῆναι] μετατεθῆναι.
p.46.v.8. ὑμῶν] ἡμῶν.
31 ἑαυτῆς] ἑαυτοῖς.
42 εὐφραίνῃ] εὐφρανεῖ.
52 λογίων] τῶν λογίων.
53 μέλλῃν] μέλλειν.
p.47.v.4. συναγόντων] συναγαγόντων.
29 ἄμαθον] ἄμισθον.
51 βλέπων] κλέπτων.
p.48.v.19. λογικάς τινας] λογικάς.
53 κινουμένων] κινδύνων.
p.49.v.12. σεαυτὸν] σεαυτοῦ.
13 φίλτατος] τιμιώτερος.
34 εὑρισκόμενοι] εὑρίσκοιμεν.
43 εἰδ' ἔτι] εἰ δὲ ἔτι.
46 πολλῷ] μακρῷ.
p.50.v.17. καταπεισθέντες] κατακριθέντος.
31 ἀλλ' οὐ] ἀλλ' οὐδὲ.
38 καταλείφεις] καταλειφθεὶς.
45 συνδεδεμένου σώματος] συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος.
p.51.v.43. αὐτῶν] αἰτῶν.
49 μόνιμον] μόνον.

In oratione 9.

p.52.v.12. ὁ ἀκραῖτης] ὁ ἀκροατής.
54 ἀλῶν] ἄλλων.
p.54.v.28. οἰκείοις] γυναικίοις.
p.55.v.16. θερμότης] ἡ θερμότης.

In oratione 10.

p.58.v.7. ἐνεργεῖ] ἐνεργεῖται.
15 τοῦ βίου] τοῦ βίου τούτου.
22 ἀκουστὰ] ἐξακουστά.
48 τοῖς ἂν] τοῖς μὲν.
p.59.v.4. δυσφορεῖν] δυσφορεῖν ἡμᾶς.
17 παρόντα] τὰ παρόντα.
p.61.v.17. θενῶν τῶν οὐ] ἐθνῶν τῶν μὴ.
46 ἐξέλθημεν] ἐξέλθωμεν.
47 μὴ περιβλεψώμεθα, μὴ] μὴ περιβλεψώμεθα εἰς τὰ ὀπίσω, ἵνα μή.
51 θύραν πονηρίαις] θύραν ἀνοίξωμεν πονηρίαις τὸ μὲν] τὸ γάρ.
53 ὁ χεισοῦ] ὁ χοῦς.
p.62.v.17. πρὸς ἐμοῦ] πρὸ ἐμοῦ.
22 οὐκ ἔτι] οὐκ ἔστι.
36 κατάρα πλείονα] κατάρα φησί, πλείονα.
p.63.v.8. ἐπὶ] ἐφ' ἡμᾶς.

In oratione 11.

p.71.v.16. τοῦ διηγήματος] τοῦ θαύματος.
p.72.v.32. ἐζήτει] ἐζήτα.
p.73.v.22. τὸ νοῦν] τὸ νῦν.

In ora-

In oratione 12.

p.76.v.16. κακῶς] καλῶς.
30 δ' οὖν ὅμως] δ' ὅμως.
37 ποιούμενος καὶ] ποιουμένοις τὸν λόγον καὶ.
p.77.v.1. πιστευμένων] τὸ πιστευόμενον.
7 γενοῖν] τοῖν γενοῖν.
28 ἀκακοπάθειαν] κακοπάθειαν.
40 τὸ θεὸν] τὸ θεῖον.
p.78.v.2. κἂν δῶμεν μῦθον] κἂν δῶμεν μὴ μῦθον.
7 εἰσισόντων] εἰσοισόντων.
31 θείῳ] νόμῳ θείῳ.
p.79.v.27. ἐπὶ] ἐκεῖθεν ἐπὶ.
p.80.v.33. σπουδαστῶν] σπουδαστῶν περὶ ταῦτα.
p.81.v.9. κατέστησαι] κατεστήσασθαι.
11 ἑτεροκλέα] ἑτεραλκέα.
15 πυρὸς] πυρσὸς.
18 ἠγμένων] ἠχημένων.
p.82.v.25. ἀθῆναι] ἀθῆναι ἠκούοντο.
46 τοῦτο] τούτου.
p.83.v.5. προπομπαὶ] προπόμποι.
p.84.v.9. πρὸ τοῦ] πρὸ αὐτοῦ.
33 τετριγὸς] περιττῶς.
46 συμπεινοῦν] συνταπεινοῦν.
54 τῷ μὲν] τοῖς μὲν. τῷ δ'] τοῖς δ'
p.85.v.7. ἄλλο] ἄλλον.
15 ἐπεστρατεύσαντο] ἐπεστρατεύοντο ἄλλως ἐστρατεύσαντο.
25 ἀπάτη] πάλη.
27 παρήνη] παρῆν.
47 περὶ] διὰ.
p.86.v.10. ἄρτον] ἄρτων.
14 ἔθνοις] ἔτνοις.
28 ἠξιωμένος] ἐξιωμένος.
30 φερομένου] φερωνύμου.
36 ἐκλοιπὼς] ἐκλελοιπὼς.
53 τί τοῦ] τί γὰρ τοῦ.
p.87.v.20. ἐννοίᾳ] εὐνοίᾳ.
28 παρερρίφη] ἀπερρίφη.
44 γὰρ εὖ] γὰρ ἀνδρὸς εὖ.
48 ἐσφάδαξεν] ἐσφάδαζεν.
p.88.v.1. καταστρεπόμενος] καταστρεφόμενος.
12 πρὸς] ὡς πρὸς.
34 τίνα δὴ] ἵνα δέ.
p.89.v.18. ὑφ' ἡμῖν] ὑφ' ὑμῖν.
vlt. ὄρθιον] καὶ ὄρθιον.
p.91.v.54. παίσμασιν] παίουσιν.
p.92.v.15. ὅμως δὲ] ὁμοίως δέ.
37 καὶ ἡμευνία] χαμευνία.
p.93.v.20. τί ἂν] καὶ τί ἄν.
p.94.v.38. κακῶς δὲ] καλῶς δέ.
p.95.v.4. ἐλευθερίας] ἐλευθερίας καὶ τῆς αἰθρίας.
p.96.v.10. ἀντιπαρέκτασις] ἀντιπαρέκτασις καὶ ἀντίθεσις.
31 σκιοειδεῖς] σκιοειδέσιν. πνευματικοὺς] πνευματικαῖς.

35 σωζομένων αἱ] σωζομένων οὐ κληροδότης τῶν διαφορῶν παρὰ θεῷ κλήρων καὶ μονῶν.
36 ὅτι χονία] ὅτι χοινία.
37 μοῦ τῶν] μου. οἱ κλῆροι τῶν.
p.97.v.11. κἂν] καὶ.
20 ταύτῃ τοι] διὰ ταῦτα τοι.
p.98.v.4. θείας] θέας.
6 προηγουμένων] προηγουμένων, ἑπομένων, παρεπομένων.
40 τετευχωμένοις] τετυχωμένος.
41 ἐποπλύοις] ἐπιπλεύοις.
παρὰ] παρά.

In oratione 13.

p.99.v.33. κριτὰς τῶν] κριτὰς τῶν σαμουὴλ τῶν.
p.100.v.52. διδάσκοιτο] ἀποδιδάσκοιτο.
p. 101. v. 2. τὸ ἁπλὸν] τὸ ἁπαλόν.
41 ἀνόνητον] καινότερον.
p.102.v.31. καινὸν] κενόν.
41 εἰκεπαλλήλοις] ἀλλεπαλλήλοις. (ἐπὶ.
p. 103. v. 10. ἀλλ' ἐπὶ] ἀλλ' εἰ
20 τὸ εἰρωνικὸν] τὸ ἐρημικόν.
28 ἀπώμοτον πάντων] ἀνομώτατον πάλιν.
p.104.v.6. ἀγραφὸν] ἄγραφον.
9 ἔγγραφον] νεόγραφον.
12 ἄπιστον] ἄπληστον.

vlt. βουλευθέντες] βουληθέντες.
p.105.v.27. πολυανθρωπετέραν] πολυανθρωποτέραν, καὶ λαμπροτέραν.
31 δυσυπάτων] δυσυπάρχων.
47 χρυσορόραν] χρυσοῤῥόαν.
52 λύων] λυόμενος.
p.106.v.8. μεῖζον] μεῖον.
12 προσωθοῦσι] προσωθοῦσιν, ἢ παίζουσιν.
13 εὐδοκιμήσεως] εὐδοκιμήσεως
22 πάλιν] πᾶσι. (αὐτοῦ.
23 σοφίζων νόμον] σοφίζων πᾶσι νόμον.
p.107.v.5. ἀσέβεια] εὐσέβεια.
10 ἄγραφον] ἔγγραφον.
20 ἧττον ἐκείνου] ἧττον τῶν ἐκείνου.
21 οὐδὲ μάλιστα] ὁ δέ μοι μάλιστα.
22 ποιοῦν] φύοντα.
32 καὶ ἐλεεινὸν] ἢ ἐλεεινόν.
34 τῆς φιλοτιμίας] τῆς φιλονεικίας.
46 ταῦτα μετὰ] ταῦτα καὶ μετά.
50 φιλόξενος] φίλιος, ξένιος.
p.108.v.10. ἀπάγοις] ἐπανάγοις.

In oratione 14.

15 ἡμεῖς] ὑμεῖς.
17 κυπριανὸν] κυπριανός.
49 εὐκοσμίαν] εὐδοξίαν.
p. 109. v. 3. πραγματικῶς] πνευματικῶς.
22 φιλομαθίας] πολυμαθίας.

p.110.v.2. μόνη] μόνῃ.
43 ἀμήχανον] εὐμήχανον.
p.111.v.4. σιτοδεσίᾳ] σιτοδειᾳ.
p.112.v.13. γεννεαίῳ] γυναίῳ.

In oratione 15.

p.114.v.3. κατενλωέγμεθα, καὶ] κατενλωέγμεθα. πῶμα δακρύων ἄξιον, καὶ.
36 συνέσεως] μετὰ συνέσεως.
p.115.v.31. καταλαβὼν] ἀποβαλὼν.
44 προσειλήφαμεν] προσειλήφατε.
47 εἶχον] ἦγον.
50 ὥσδὲ] ὥστε.
p.116.v.3. τὸ καὶ] τοῦ καὶ.
18 οὐδὲν γε ἧττον ἢ] οὐδέν γε ἧττον ἤ.
49 κακείνης εἷς θεὸς] κακείνῃ θεὸς εἷς.
p.117.v.5. καὶ τοσοῦτον εὐνοίας] καὶ τοσοῦτον εἰς εὐνοίας.
p.118.v.1. ἀπενοήθησαν τὸν] ἀπενοήθησαν τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ.
11 ἀντεχειρόμενοι] ἀντεγειρόμενοι.
24 ἐπάρησαν] ἐσπάρησαν.
p.119.v.5. προσεθῆ καὶ σοι μόνον ἢ τοῦ] προσετεθῆ καί σοι μόνον ἢ τοῦ.

In oratione 16.

p.120.v.36. διαλέμμεθα, καὶ διαλυσόμεθα] διηλλάγματα καὶ διαλλαξόμεθα.
p.121.v.47. κλιζόμενον. εἰ δὲ μὴ γένηται] κλιζόμενον ἀπαθῶς οἶδα κλιζόμενον. εἰ δὲ μὴ γεγένηται.

In oratione 17.

p.123.v.30. αἰχμαλωτιζόμεναι] ἀνιστάμεναι.
vlt. τινὰς τε] τίνας δὲ.
p.124.v.4. συγχωρήσει] συγχωρήσειεν.
13 ἴσητε] ἴσατε.
14 ὁμοδόξοις] ὀρθοδόξοις.
33 σήμερον] σήμερον δὲ.
p.125.v.10. ὁ ἀντίχεις] ὁ ἀντίδικος.
13 δεῖναι] δεθῆναι.
17 ἐργάσωνται καὶ] ἐργάσωνται, ἢ συνεργάσωνται, καὶ.
21 ὡς μεθισαμένας] ὡς μεθισάμενος.
43 καὶ οἱ] κἂν οἱ.
44 ἄτεχνος] ἔντεχνος.
46 οἱ μὲν οὐ] οἱ μὲν πάντες οὐ.
p.127.v.5. οὕτω δὲ] οὕτω δή.
29 ποιῶν] ποιεῖν.
39 τοῦ κυρίου ᾧ] τοῦ κυρίου ἡμῶν ᾧ.

In oratione 18.

46 ἀποκλαιόμενος] ἀποκλαίων.
τοῦ τοῦ] τοῦ τοῦ θεοῦ.
p.128.v.11. ἀπὸ παρόντων] τῶν παρόν-

παρόντων.

15 ἀκηδίας καὶ] ἀκηδίας ῥήματα καὶ

26 περιαλειμμένα] παρηγγελημένα

53 κινεῖται γὰρ] κινεῖται μὲν γὰρ.

54 οὐδαμῶς τὸ καθ' ἡμᾶς, ὁ γὰρ] οὐδαμῶς ὁ γὰρ.

p.129.v.4. καὶ ζητῶμεν] καὶ μόνον ζητῶμεν.

15 μὲ ὡς] με ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματα, ὡς.

51 συσάζειν] συσκευάζειν.

p.130.v.4. ἢ δεῖ &c. δέξῃ] εἰ δεῖ τῷ πνεύματι, ὑποχωρῆσαι τὴν σάρκα καὶ τὰ γήϊνα τοῖς ἐπουρανίοις, δέξῃ.

20 θεῖος] θεῖον: ποιήσαντι] πονήσαντι.

32 μετενέγνω τῶν θεῶν τι προσεισενεγκάντων] μετέγνω τῶν θεῶν τι προσενεγκόντων.

49 προσάγωσι] προσάγω σοι.

54 τὴν τῇ] καὶ τῇ.

p.131.v.4. σὴ καὶ] τὲ καὶ.

ἡ τιμηθεῖν] ἡ σὴ τιμηθεῖν.

7 χρῖστῶν] χρηστῶν.

In oratione 19.

11 περὶ φιλοπτωχίας] περὶ πτωχοτροφίας.

20 ἄλλοτε ἄλλου] ἄλλοθεν ἄλλου.

40 καταφάγεταί με] κατέφαγέ με

p.132.v.9. καὶ τοῖς ἔργοις] καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις.

19 προσοιστέον] προσακτέον.

34 διὰ τῶν πράξεων] δι' ἀγαθῶν πράξεων.

p.133.v.4. καὶ βοηθεῖν &c.] καὶ βοηθεῖν ἑαυτοῖς εἰς τὰ ἀναγκαῖα

13 καὶ ἡμεῖς] καὶ ὑμεῖς.

22 ἡ νόσος] ἡ νόσος.

33 προθεῖσα] προσθεῖσα.

50 οὐδ' ἂν ὦσιν] ὅπου ἂν ὦσιν in pleriſq; tamen codicibus neque hæc, neq; illa verba leguntur.

p.134.v.19. καὶ συμπατούμενοι] καὶ οὐ συμπατούμενοι.

42 τὴν θεότητα] τὴν ἐκείνου θεότητα.

43 διανοησόμεθα] διανοηθησόμεθα

p.135.v.13. περιειργασμένοις πλεῖον, ἢ ὅσον συμφέρει] περιειργασμένοις, πλεῖον ἢ ὅσον λίχνοις ὀφθαλμοῖς συμφέρει.

14 ἔχοντας] ὀχοῦντας.

32 βοηθεῖαν] βοηθείαν.

41 ἐκ τῶν μαμωνᾶ &c.] ἐκ τοῦ μαμωνᾶ θησαυρίζων, καὶ μαμωνᾶ ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν μου ἀπαιτηθεῖσαν.

43 οὐ σωφρονήσομεν; ὀψὲ γ' οὖν] οὐ σωφρονήσομεν ὀψὲ γοῦν;

p.136.v.32. οὐ μηκέτι] οὐ μηκέτι

37 Ἀμῶς] Μιχαίας.

48 ἅρπασον τοῦ τυράννου] ἅρπασόν τι τοῦ τυράννου.

p.137.v.7. ὁμῶν.
26 Ἀμῶς] Μιχαίας.
27 ἐμπωλήσωμεν] ἐμπολήσομεν; κ᾽ &c. ἀνοίξομεν.
29 ἐπανατείνεσθε] ἐπανατείνετο. Μιχαίας] Ἀμῶς.
p. 138. v. 13. κἂν μὲν μείζω] κἂν ὁ μὲν μείζω.
20 εἰ μὲν ἢ τὰ μείζω] εἰ μὲν κ᾽ τὰ μείζω.
28 χεῖρόν τι] χείρων τε.
35 τ᾽ ἀπατηλότητα] τ᾽ ἀπαλότητα
47 ἔχῃς] ἔχεις.
54 ὀφειλὴ] ὀφείλεται.
p. 139. v. 3. τῷ κέρδει ὧ] τῷ κερδῴῳ.
29 ἀνιχνίαστοι] ἀνεξιχνίαστοι.
p.140.9. ἐῤῥίφθωσαν] ἐῤῥίφθων.
20 ἡμετέροις] τοῖς ἡμετέροις.
26 προκείμενοι] προσκείμενοι.
54 πλεῖον] πλείων.
p.141.v.17. ἔχῃς] ἔχεις.
19 ἀνιάτως ἔχῃς] ἀνιάτως ἔχεις.
32 λέγω, τοῦτο κ᾽] τοῦτο λέγω, κ᾽.
33 οἷον κ᾽ ὅσος] οἷος κ᾽ ὅσος.
37 τοῦ νέου] τοῦ νόμου.
48 ἡ εὐσπλαγχνία] τ᾽ εὐσπλαγχνίαν.
51 ἡ δόξα εἰς] ἡ δόξα κ᾽ τὸ κράτος εἰς.
vlt. αἰῶνας ἀμὴν] αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

In oratione 20.

p.142. v.21. καταπνίζόμενον] καπνίζόμενον.
23 ἁγνισαμένοις] εὖ μάλα ἁγνισαμένοις.
p.143.v.37. οὐδὲ] ἀλλά.
40 κ᾽ εἰς] κ᾽ εἰ ὅτι.
p.144.v.9. πράττεις] παράγεις.

In oratione 21.

p.145. v. 11. ἐπαινετοὶ] ἐπαινετέοι.
12 ἢ δόξαν λάβοιεν] καὶ δόξαν λάβωσιν.
28 ἐκεῖ] ἐκεῖνοι.
32 εἰδότες] ὁδεύσαντες.
36 φοβούμενοι] εὐλαβούμενοι.
45 τολμητέον, κ᾽ μείζων] τολμητέον καὶ μεῖζον.
53 οὐ θῆρες ζέοντες] abſunt.
p.146.v.1. οὐ δῆμος, οὐ δορυφόρος κατεπείγων] οὐ δήμιος κατεπείγων.
45 θεοῦ ἀῤῥήκτοις] θεοχαράκτοις.
54 ὦ δῆμοι] ὦ δήμιοι.
55 ποῦ δεσμά;] ποῦ τὰ δεσμά;

In oratione 22.

p.149.v.18. μὴ ἐνδεέστερον] οὐκ ἐνδεέστερον.
27 παρ᾽ ἡμῶν] παρ᾽ ὑμῶν.
28 ἡμᾶς] ὑμᾶς.
46 ἀσέβειαν] εὐσέβειαν.
47 γυναῖκαι] γυναίαι.
48 θράσος δὲ] θράσος γοῦν.

49 οὐδ᾽ ἐτέ-

49 οὐδ' ἑτέρωσε] καὶ οὐδ' ἑτέρωσε.
p. 150. v. 2. ἀλλήλους] ἀλλήλοις.
12 εἰσφέρειν] προσφέρειν.
19 κοινὸν] καινόν.
23 πνεῦμα] πατέρα.
28 ἀποτίθεσθαι] ἀποπέμπεσθαι.
45 ἢ καὶ] ἢ καὶ.
47 μηδὲ λαμπρότερος τοῦ φωτὸς] abſunt.
p. 153. v. 6. σημεῖον] σημείων.
25 προσήσεταί σε] προσίεταί σε.
45 οὐκ οἶδα] οὐκ οἶδε.
p. 154. v. 17. μηδ' ἀλλ' ὅτι] μηδ' ἄλλο τι.
34 τοῦτο περὶ] τοῦτο οὐ περὶ.
44 λιτοὶ] λίθοι.
50 ἀνάκλυσις] ἀνάβασις.
52 καινότερον] κοινότερον.
p. 155. v. 6. ἀναβάσεως] ἀνανεύσεως.
10 εἰστέφησαν] εἰσεφθάρησαν.
12 ἐκλύσῃς] ἑλκύσῃς.
20 ἔσωσεν] διασέσωκεν.
22 ἐν λόγῳ] ἐν λόγοις.
p. 156. v. 6. πέτραις] πέτραν.
10 εἴπερ μὴ κἀκείναις] εἴπερ κἀκείναις.
p. 157. v. 2. σφαλεώτερον] σφαλερώτερον.
4 καὶ τὸν] καὶ τοῦ.
5 τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον] τοῦτο δὴ τοῦ θρυλλουμένου τοῦ] τό.
13 τάξεσθε] τεύξεσθε.

In oratione 23.

20 φιλόσοφον] φιλοσοφίαν.
22 σπεύδοντες] παιδεύοντες.
25 πράγμασιν] θαύμασιν.
30 μαρτύρων] μάρτυς.
33 εἴπερ ἀγγελικὸν] εἴπερ ναζαραίων μὲν ἡ κόμη καὶ ἡ τῆς κεφαλῆς καθιέρωσις ὧν σίδηρον ἀπήγαγεν ὥσπερ καὶ θυσιαστήριον, ἀγγελικὸν δέ.
p. 158. v. 27. ὁρῶν γὰρ] ὁρῶν δέ.
28 ἔκφυγον] ἔκφυλον.
40 ὥστις ἐκείνων τὸν] ὥστις ἐκείνων φησὶ τόν.
p. 159. v. 3. τὸ πρῶτον καὶ] τὸ πρῶτον καλὸν καί.
p. 160. v. 3. τὸ καινὸν] τῷ καινῷ.
24 διαφιλέστερος] διαφιλέστατος.
37 κεχριμένος] κεχρισμένος.
p. 161. v. 15. σοὶ τὸ] σοὶ ἦν τό.
16 ἐπειδή τε] ἐπειδή γε.
19 τελευτὴν] τελετήν.
30 πολύθετον] πολύθεον.
34 τῆς ἐφηθείας] ὦ τῆς ἐφηθείας.
50 ἑλληνικὸν ἢ τὸ] ἑλληνικὸν ἦν τό.
p. 162. v. 13. ἄλληλα] ἀλλήλους.
20 ἀγνησίως] ἂν γνησίως.
28 ἀντιθέσεις τὸ] ἀντιθέσεις, καὶ τό.
29 μίας] μῦας.

In ora-

In oratione 24.

p.163.v.4. ὄεια] ὤεια.

10 ἀκαταλάβητον] ἀκατάλυτον.

42 τελειὰς] τελετάς.

p.164.v.32. οἷς γε] καὶ οἵ γε.

42 ἀλλήλων ἀπήρτηται] ἀλλήλων διήρηται ὡς εἰς τρία ἔκφυλα καὶ ἀλλότρια τέμνεσθαι μήτε οὕτως ἀλλήλων ἀπήρτηται.

vlt. προκατειλημμένων, εἰ]προκατειλημμένων καὶ ἠπλημένων. εἰ.

p.165.v.1. τιμηθεὶς] τμηθείς.

7 τῆς αἰτίας] τῆς ἀγεννησίας.

14 οὐχ ἡ θεολογία τὸ δὲ] οὐχὶ θεολογία τό.

28 τέλης] τέμνης.

29 καινὲ] κενέ.

30 ἀσώματον] ὁμότιμον.

37 μόνη τι] μόνη.

In oratione 25.

p.166.v.21. τοῦτό τι δεινόν, καὶ ὑπὲρ] τοῦτο οὔπω δεινὸν καὶ ὑπέρ.

36 ἐξωρχησάμενος] ἐξωρχησάμην.

p.167. v.4. τοὺς οἰκείους ἐζήτουν] οἰκέτας ἐζήτουν.

10 ὁ κάμνος] ὁ κόσμος.

26 καὶ ἀέειος] καὶ οὗτος ἀέειος.

40 τῶν λαιμῶν] τὸν λαιμόν.

52 ἡδὺς] ὡς ἡδύς.

p.168.v.17. ὂν] ὤν.

22 θεῶν] θεόν.

54 ἐλευθερησώσαιμι] ἐλευθερώσαιμι.

p.169.vlt. οὐ δέχεται πῦρ υἱὸν] οὐκ ἀνέχεται πατὴρ υἱόν.

p. 170. v. 9. βαπτισθῆναι τῷ] βαπτισθῆναι καὶ ἐνεχρωσθῆναι τῷ.

In oratione 26.

23 κρεμασθὲν] κρεμασθέντες.

29 τοῦ] τὸν τοῦ.

41 μετενηνεγμένην] μετενηνεγμένης.

42 τολμήσαντος] τολμήσαντα

p.171.v.3. ἡσυχίας οὐκ] ἡσυχίας τεκμαίρομαι. οὐκ.

15 πρεσβυτέρων. οἱ] πρεσβυτέρων ἐκ Βαβυλῶνος. οἱ.

32 βασκαίνεται] βασκήναντι.

39 ἐξῆς] ἐξ ἧς.

42 μεβίσας] μερίσας,

p.173.v.3. ὑπερέχω] ὑπερέξω

22 σοφοὶ κληθείης τε] πῶς ἂν σοφοὶ κληθείητε.

33 λόον] βίον.

In oratione 27.

50 φέρουσι] χαίρουσι.

p.174.v.5. ὄντος] ὄντως.

9 ὄντως] ὄντος..

44 ἡμετέρας] ἡμέρας.

p.175.v.7. ἑτοίμων] ἑτοίμως.

17 κατηγορουμένη] καταργουμένη.

50 τύ-

50 τούτοις τὰ] τοιούτοις κινήμασιν, τὰ.
p.176.v.39. λέγοντα] λέοντα.
p.177.v.1. πεινῇ] πεινᾷ.
15 πλέον θεὸν] πλέον ἔχειν θεὸν.
28 ἀπαλλαγεῖν] ἀπαλλαγεῖεν.
p.178.v.11. τούτῳ] τοῦτο.

In oratione 28.

p.179. v.19. ἀπολογήσασθαι ἢ] ἀπολογήσασθαι δικαίως, ἢ.
27 διακλέπτον τὸ] διακλέπτον ὡ-
vlt. ἐχύθη] ἐχέθη (γαμητικῶς
p. 180. v. 3. ὄνειδος οἷς] βάρος ὁμοῦ καὶ ὄνειδος, οἷς.
4 ὄνομα προσεῖναι] ὄνομα τοῦ πάσχειν προσεῖναι.
11 σώζοντος] σώσαντος θεοῦ.
18 θεωρηθῇ] θεωρηθῇ.
27 ζωογονῶν] ζωοποιῶν.
45 κατὰ μέρος] κατὰ μικρὸν.
46 καὶ προφητεύσω δὲ] προφητεύω γάρ.
p.181.v.15. ἄμμον] ψάμμον.
17 πολλῶν ἀρνουμένων] πολλῶν μυριάδων ἀρνουμένων.
19 λάψαντας τῶν] λάψαντας ἀνδρικῶς τῶν.
26 ἐκλογῆς] ἐκκλησίας.
35 μὲν] οὖν.
vlt. ποιμένες τούτοις] ποιμένες καὶ συμποιμένες τούτου.
p.182.v.3. πολλοὺς] πολλοὺς δέ.
λόγου] λόγου ἄξια.
7 δυνῶσαι] ἐνδυναμῶσαι. δυνουμένων] δονουμένων.
9 ἐπαινουμένων διότι] ἐπαινουμένων καὶ τιμωμένων. διότι.
25 ὅστις] ὥς τις.
28 πάντες. ἐπεὶ] πάντες ὑμεῖς. (ἐπεί.
54 τὸν λαὸν] τὸν λόγον.
p.183.v.5. τριῶν ἓν διαζεῦξαι] τριῶν διαζεῦξαι.
6 ὁμόζηλοι] ὁμόδοξοι.
13 θεὸς] θεότης.
27 ἂν] ἐν.
28 ἂν] ἐν.
29 μὴ τρεῖς] τρεῖς. λέγετε] τοῦτο λέγετε; βοήσεσθε] βοήσετε.
39 σώματα] ἀσώματα.
46 περίγεια] πυράγρα.
p.184.v.7. εἰμὶ] εἰμί.
13 οὐκοῦν] οὐ βοῦν.
39 αὐτοῖς] ἐν τοῖς.
p.185.v.6. μετὰ] μὲ τά.
17 πατριαρχῶν εἰπεῖν] εἰπεῖν πατριαρχῶν.
26 καὶ] κἂν.
30 κατατρυφῶσι] κατατρυφῶσιν
35 ἀρέσκοντα] ἀρέσοντα.
39 ἀστραπῆς τοὺς πρὸς] ἀστραπῆς καὶ φωτιζούσης εἰς.
40 θορυβήσομαι] θορυβηθήσομαι
49 τοῖς στρατιωτικαῖς] τοῖς στρατιωτικοῖς.
50 διοίσεται] διοίσομαι. ἤδη] ἴδη

52 ἂν]

52 ἂν] ἐν.
p.186.v.3. ἐρήμῳ σύτε] ἐρήμῳ καὶ πλανωμένῳ, σύτε.
15 σύνδρομαι] σύνδρομοι.
19 σιγήσεται] στιγήσεται παντάπασι.
26 τούτων] τούτων ἐστίν.
31 τοῦ ἡμῶν] τοῦ κυρίου ἡμῶν.

In oratione 30.

p.188.v.4. προσάπτῃ] προσάπτῃ
5 πάντες] πάντες ἄνδρες.
15 οἶδα] οἶδες.

In oratione 31.

22 δοκεῖ καὶ] δοκεῖ, ἵνα καὶ.
26 εἰπεῖν τοῦτο] εἰπεῖν. πλέον γὰρ τοῦτο.
26 ἐξαγοράζων] ὁ ἐξαγοράζων.
34 γαλιλαίας] τῇ γαλιλαίᾳ.
46 ὁ πολὺς] ὁ πολὺς ὁ.
47 σώματος καὶ] σώματος λόγοις, καὶ.
48 φέρεται] φερέτω.
p. 189.v.10. τυχὸν λιθαζόντων] ἔστι καὶ λιθαζόντων.
27 τῆς πρώτης αἰτίας] γῆς πρῶτον
44 γένηται ἐν ἐπαγγελίαις κειμένη καὶ] γένηται, καὶ.
46 καὶ οὔτε] καὶ ὁρᾶται.
p.190.v.6. παραιτεῖσθαι] αἰτεῖσθαι.
10 χοιρώδης οἶος] χοιρώδης βίος.
37 καὶ ἀλλήλων] καὶ ἐν ἐξ ἀλλήλων
p. 191.v.15. βλεπόμενον] κλεπτόμενον.
24 καλουμένοις] βουλομένοις.
40 νομοθετήσω μητέρας] μητέρας διδάξω καὶ νομοθετήσω.
53 πνεύματος] πατρός.
p.192.v.11. πάθω] ἀγαπῶ.]
28 ἀκόλουθος νοῦς σεαυτῷ] ἀκόλουθος σεαυτῷ.
29 μὲν εἶναι] μένειν.
30 καθὼς] κακῶς.
35 πορνείας] πόρνην.
p. 193.v.21. πολλῷ μᾶλλον] πολλῷ δὲ μᾶλλον.
24 λέγω δὲ οὐ &c.] λέγω δὲ φόνον οὐ τὸν σωματικὸν μόνον, ἀλλά.
26 λοιπὸν δὲ] τὸ λοιπὸν δέ.

In oratione 33.

p.195.v.8. ὑβρϊστρίαν εἰσὶ] ὑβεισίαν καὶ παίδευσιν, καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν. εἰσὶ
9 χεῖρας ταῖς] χεῖρας τοῖς ἡμετέροις λόγοις, καὶ χαίροντες ταῖς
p.196.v.30. φιλόνεικον] φιλότιμον.
32 ἀκροατὴς] ἐξεταστής.
38 πείσαιμεν] ποιήσαιμεν.
39 δεδογμένων] διδομένων.
p.197.v.30. ἐργαστήριον] ἐργαστήριον ἀσεβείας.
42 τεραπεύονται] τεραπεύονται.

In oratione 34.

p.198.v.2. καθαρὸν] καθαροῖς.

15. καὶ

15 καὶ] κἂν.

42 ὅσα] ὡς.

48 ἐκείνοις] ἐκεῖνον.

p.199.v.1. φάσαι] φράσαι.

4 κατεβλακευμένοις καὶ κάτω μένουσιν] κατὰ βεβλακευμένοις καὶ κάτω νεύουσιν.

50 ἢ ὥσπερ] ὥσπερ quæ lectio confirmatur etiam Damaſceni auctoritate, qui quidem de orth. fide l. 1. c.4. hæc ipſa Naz. verba ponens, illud ἢ prorſus omiſit.

p.208.v.22. οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ τέσσαρες] οὐδὲ τρία, οὐδὲ τέσσαρα.

27 ζητῆσαι] ζητήσῃ.

38 διῆλθον] διεξῆλθον.

40 γριφῶδες] τὸ γριφοειδές.

p.201.v.3. κατέναντι] καὶ κατέναντι.

10 θεσμίοις] δεσμίοις.

43 φύσεως] αἰτήσεως.

p.202.v.21. περὶ] παρά.

23 λέγομεν] λέγωμεν.

25 οὔτε μὴ] οὔτε μὴν.

40 εἶδος] οἶκος.

p.203.v.11. ἃ παρέχεν] ἃ παρέχετο.

p.205.v.53. τίνες] τίνες δὲ.

p.206.v.32. θέροντος;] θερμαίνοντος.

44 ἀληθείᾳ] ἀηθείᾳ.

p.207.v.4. προσέλθωμεν] προέλθωμεν.

In oratione 35.

vlt. νεανικῶς] νεανικώτερον.

p.209.v.3. εἰ μὴ] ἢ μή.

9 ἔν τι] ἔτι τι.

31 τὸ εἶναι] τοῦ εἶναι.

39 εἰ μὲν ἐν χρόνῳ τίνι τοῦτο;] εἰ μὲν οὖν ἐν χρόνῳ τίνι τούτῳ;

54 μὴ ἐκπιστμένον] μὴ ἐκλισμένον καὶ ἐκλισμένον.

p.210.v.1. φύσις γεννήματος] φύσις γεννήτορος καὶ γεννήματος.

2 φύσιν ἢ] φύσιν τὸ γέννημα, ἤ.

vlt. προχεῖται] προσκέχυται.

p.211.v.18. τὸ μεῖζον] τὸ μείζων.

23 μεῖζον οὐ] μεῖζον δὲ οὐ.

31 οὐ γὰρ] οὐ γάρ.

40 ἐνεργηκὼς] ἐνεργηκός.

p.212.v.18. φύσεως λόγος] φύσεως νόμος.

In oratione 36.

p.213.v.39. πάντως] πάντας.

p.214.v.vlt. παραφθειρέσθωσαν] παρεισφθειρέσθωσαν.

p.215.v.11. τοῦ ἐναντίου] τοῦ ἀναντίου.

33 εὔλογον οὐ] εὔλογον. ὡς τὸ οὐ.

47 ὃν] ὧν.

p.216.v.vlt. ὅτι μὲν οὐ] ὅτι μὲν γὰρ οὐ.
p.217.v.20. ἐν χρόνῳ] ἐν χρῷ.
38 ὀνομάτων] νοημάτων.
53 ὀνομάζομεν] ὀνομάσομεν.
p.218.v.2. κἂν] καὶ.
6 ἣ] ᾗ.
23 λόγος δὲ &c. omnia hæc verba vſque ad illud σώματα, eximenda.
p.219.v.1. δι' ὅσον] δι' ὅσων.

In oratione 37.

p.220.v.1. λέγοι] λέγειν.
τῆς] τίς.
17 σοφωτέρων] σοφώτερον.
48 μαρκίων ὁ θεὸς] μαρκίωνος καὶ οὐαλεντίνου θεός.
p.221.v.1. σοῦ] σοί.
11 λείπει πρὸς] λείπει τί πρὸς.
26 παρράσειν] παρήσειν.
51 ὑμῶν] ἡμῶν.
p.222.v.47. ὑπόνοια] καὶ ὑπόνοιαι.
52 ἐν οἷς] ἐφ' οἷς.
p.223.v.12. ἓν δὲ καὶ ἓν] ἓν δὲ καὶ ἓν καὶ ἕν.
p.224.v.24. ὀνομασὶ ἣ, καὶ ἣ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται, ἤ.
48 γράμματος] πράγματος.
p.225.v.54. τί δαὶ οὐ] τί δ' οὐ.
p.226.v.1. ἀκοσμίαν] εὐκοσμίαν.
12 φωτιστικὸν] φωτιστικὸν ζωτικόν.
37 καὶ] κἄν.

In oratione 38.

p.227.v.12. πρὸς ὑμῶν] πρὸ ἡμῶν.
40 μέζον &c. μέρος γενέσθαι τοῦ ἀνθρωπείου συγκράματος.
48 τοῦ συνάγειν] ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ συνάγειν.
vlt. ἐπιτρέπεται] ἐπιτρέπονται δόγμα.
p.228.v.1. παρ' αὐτῆς] παρ' αὐτοῖς.

In oratione 39.

24 ἡμῖν υἱὸς, καὶ ἐδόθη] ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη.
26 κἀγὼ] ἐγώ.
p.229.v.23. ἐπὶ τοὺς ὅροις] ἐπὶ τοῖς ὅροις.
25 σκιαγραφούμενος] σκιαγραφούμενον.
26 κατ' αὐτὸν] κατ' αὐτό.
περὶ αὐτὸν] περὶ αὐτό.
p.230.v.34. τοῦτο] τοῦτον.
48 ὁμοῦ τε] ὁμοῦ γε.
p.231.v.7. τῶν ἀρχετύπου] τῶν ἀρχετύπου κάλλοις.
19 καίτοι τῶν] καὶ τῶν.
p.232.v.12. ἀγειρόμενον] ἐγειρόμενον.

37 φλαγελλωθῇς] φραγελλωθῇς.

In oratione 40.

p.233. v. 49. ἄσταχυν] ἔυσταχυν.

54 γεννοδ] γεννοδν.

55 τιμῶντες ἢ] τιμῶντες δι' ἑαυτῶν τὰ σεβάσματα, ἤ.

p.234.v.4. εἰς ἑαυτὸν] εἰς ἑαυτούς.

p.237. v. 43. βούλοιντε] βούλονται.

In oratione 41.

p.239.v.14. φῶς παρὰ] φῶς τὸ τοῖς ἀποστόλοις μεριζόμενον πυρίγλωσσον. φῶς παρά.

20 διάπλασιν] διάστασιν.

46 ὄφλουσι, οὐκ ὄφλουσιν] ὀφείλουσιν οὐκ ὀφείλουσιν.

p.240.v.28. ἀποδοῦ] αἱμάτων νομικῶν καθαροτέραν ἀποδοῦ.

p.241. v.24. ἄνειον ταῖς] ἄνειον λανθάνεις ταῖς.

p.242.v.5. μέγα] μεγάλα.

9 ἀίστευ] ἀρίστευσον.

17 λωβέτω] λαβέτω.

18 σὺ διέδοικας] σὺ δ' ἔμοι δέδοικας.

p.244.v.54. ἐὰν μὲν παρῶσι, μὴ] ἐὰν μὲν παρῶσιν, ἀγάπησον, ἐὰν δὲ ἀπῶσιν, μή.

p.245.v.5. πειραθῶνται] παραθῶνται.

8 λαοῦ] λαβοῦ.

p.247.v.10. μόνον ἀλλὰ] μόνον ἔκπλυσις, ἀλλά.

11 ἔκπλυσις] λύσις.

26 ταπεινότητα] σύγκυψιν.

47 πρώτην] πρώην.

p.249.v.12. τιμῆς] ὀσμῆς.

p.250.v.3. εἰς] ὡς.

16 ἂν θεὸς] ἂν καὶ θεός.

17 ἤκουσας] ἤκουσα.

22 δοῦλα γὰρ] ὁμόδουλα γάρ.

35 ὁρᾷς τὴν] ὁρᾷς τοῦ πνεύματος τήν.

In oratione 42.

p.255.v.35. ἄθεον] ἄθυτον.

45 ὁρμωμένῳ] ὁρωμένῳ.

p.256.v.13. ἢ] ἡ.

p.258.v.4. εἰ ῥαχὴλ] οἱ ῥαχήλ.

p.261.v.16. τομώσωμεν] τιμώσωμεν.

In oratione 44.

p.263.v.10. λαὸς] ναός.

54 θεῷ] θῶ.

p.265.v.1. περὶ] παρά.

32 ἓν τὸ] ἐν τῷ.

33 ἐμὲ καὶ] ἐμὲ οὗ εἵνεκεν ἔχθιστου με, καί.

51 φιλανθρωπότατον, ἂν ποιμένα] φιλανθρωπότατον ἂν νέον ἐκ ποιμένων ἁρπάσῃ. αἰτία κατ' ἀλλοφύλων ἐργάζεται.

ἔχεις τὸ κατὰ τοῦ γολιὰδ νίκην τοῦ δαβὶδ μαρτυροῦσαν τῷ λόγῳ, ἂν πειμένα.

p.266.v.37. τοῦ σταυροῦ] τοῦ σωτῆρος.

44 περιέργως] παρέργως.

In oratione 45.

p.267.v.17. καὶ ναὸς] καὶ ἄνθρωπος, θεὸς ὑπέρχρονος ἄνθρωπος.

45 καὶ ᾧ] ὧ καὶ.

In oratione 48.

p.276.v.48. ὧν] ὄν.

54 λόγος τοσοῦτος] λόγος νῦν τοσοῦτος.

p.278.11.σοῦ διεβίβασας] ἐπεβίβασας.

13 τοὺς λογισμοὺς] τοῖς λογισμοῖς.

40 μαρτυρίας] μαρίας.

p. 279. v. 22. προδεδεμένη] προσδεδεμένη.

p.280.v.41. πέτρας] πέρας.

44 πρωτοτόκου τῆς] πρωτοτόκων τῖς.

p.282.v.31. καὶ ὅτι] ὅτι.

p.283.v.17. τί δὲ] τίς δὲ.

27 καίτι] καίτοι τί.

ἡττημένων] ἡττημένον.

30 κ'ακεῖνος ξυνέστερος] κ'ακεῖνος ἐξ ὧν ξυνέστερος.

31 ταῦτα ἀνελεῖν, οὐδ' ἐκ] τοῦτο ἀνελεῖν; ἐκ.

34 καὶ περὶ] καὶ οἱ περὶ.

38 πῶς δὲ θαυμάζειν] πῶς δὲ οὐ θαυμάζειν.

53 κακὸν καὶ] κακὸν τὸν πϊστευθέντα, καὶ.

55 θρησκῆς] θρησκείας.

26 προύλαβε] μὴ προύλαβε.

42 τὴν αὐτὴν] τὴν αὐτοῦ.

vlt. τοῖς ἐκεῖ δικαιωτηρίοις] τοῖς ἐκεῖθεν δικαστηρίοις.

p.185.v.29. ὑπὸ] ἀπὸ.

35 ὑπὲρ] ἐπὶ.

39 τοῦτο] τούτῳ.

52 τί εἶτ' οὖν ἀνδρὸς σοφοῦ] τί. ἀνδρὸς σοφϊστοῦ.

54 πρὸς τὸ] πρὸς τῷ.

vlt. θρασὺ] θρασύν τε.

p.286.v.24. ταύτης] ταύτην.

36 ἄλυτος] ἄληπτος.

43 καὶ πάσας μὲν ἀναλαμβάνειν] καὶ πρὸς πάσας μεταβάλλειν.

p.287.v.17. ἐμπετόμενα] ἐμπνεόμενα.

30 ἐπλήρωσεν, ἣν] ἐπλήρωσεν καὶ χριστὸς ἐνεκαίνισεν ἣν.

47 ῥανίδες αἵματος μόνον] ῥανίδες μόναι αἵματος.

49 τῶν αὐλῶν] τὸν αὐλὸν.

50 τὰς.] ἢ καὶ.

p.288.v.8. τὰς] τοὺς.

12 τὸ μὲν] τὸ δὲ.
23 τοῦ σοφοῦ γε] τοῦ σοφοῦ τε καὶ νομοθέτου.
54 τὰ μὲν] τά. οὓς] ὡς.
p.289.v.1. κρύπτει δὲ] οὐ κρύπτει δὲ.
8 ἕτερα] ἕτερον.
12 δῆμος] δρόμος.
13 κλοπῶν] κλεπτῶν.
20 συνεταιρεῖται] συνταρεῖται.
30 αἰχίστων ἐγκαλουμένοις] χειρίστων ἐγκαλουμένοις.
31 καὶ νομοθετήσας] καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας.
32 δηλονότι] δηλώσας ὅτι.
35 ἄλλο] ἄν.
36 μελαμπύγοις καὶ] μελαμπύγοις καὶ τοὺς ἀπύγοις καὶ.
38 ἀπιχεῖν] ἀτυχεῖν.
πολλα] πολλάς.
πολλῶν] πολλῶν ἕνεκα.
p.290.v.7. μετὰ τῆς κόρης] κατὰ τῆς κόρρης.
14 καὶ ἥκιστα] ἥκιστα.
16 εἰδῶσι] εἰδῶσιν οἱ.
21 ἵν' αὐτοὶ προσκυνῶνται] ἣν αὐτοὶ προσκυνοῦνται.
p.291.v.15. παθεῖν καὶ ἀναχωρήσαντες] ἔπαθον καὶ ἀνεχώρησαν.
p.292.v.28. ὀργὰς] ὁρμάς.
32 ὄντας μόνον χριστιανοὺς] μόνον χριστιανοὺς ὄντας.
35 ἠνέχετο] ἠνέσχετο.
46 ἀξίοις] ἀξίας.
p.293.v.15. κατὰ μέρος] κατὰ μικρόν.
20 ἀλλὰ τοῦ] ἀλλὰ περὶ τοῦ.
23 καὶ οὕτω] μηδὲν μετεῖναι φιλανθρωπίας καὶ οὕπω.
52 τὰ] τῷ.
p.294.v.23. ἀληθὲς] ἀσθενές.
31 ἄξιον] ἄξια.
p.295.v.1. πάνσοφος] πάνυ σοφός.
4 ἴδιον ἀλλὰ] ἰδιόν τι, ἀλλά.
5 μηδὲ] μηδενί.
7 προσυποδύνασθαι] προσυποδύεσθαι.
24 τί τοῦτο παρὰ χριστιανῶν] τί τοιοῦτον παρὰ χριστιανῶν πώποτε.
26 περὶ ψυχῆς] τῆς ψυχῆς.
τίνι τοιοῦτον] τίνι τι τοιοῦτον.
αὐτοὶ φαίητε] αὐτοὶ ταῦτα φαίητε.
38 ὅστις] οὐχ ὅστις.
42 συνηγορῆσαι] συνηγορεῖν.
53 ἀπειλουμένων] ἠπειλουμένων.
54 λόγος] λόγιος.
p.296.v.7. ὑμετέρας] ἡμετέρας.
11 σιωπᾷν] τῷ σιωπᾷν.
14 ἥκοντες] ἥκοντος.

19 ȣ̓ χρι] ȣ̓ μετὸν vel μετεκτέον χρι.

44 τȣ̃ χρι παίδευσιν διαφέροντος] τοῖς χρι παίδευσιν διαφέρȣσι.

47 ἡμᾶς ἔχει] ἡμᾶς καὶ ἁπλῶς πάσης ἑλλάδος φωνῆς, ὁποία ποτ' ἂν ᾖ, καὶ ὡς ἂν ἔχȣσα τύχοι; τοῦτο ἂν ἦν ὑμῶν φιλανθρωπότερον καὶ τελείωσις ἀμȣσίας τῆς ὑμετέρας. ἔχει.

49 ἐκπορεύεται] ἐκπορευόμεναι.

p.297.v.2. ἀρετὴν] εὑρετὴν.

5 νόμον πιςεύȣσι] νόμον παρὰ θεȣ̃ πιςεύȣσι.

9 ςρατεύμασι] ςρατεύσασι.

15 πνος ἀντιπαριόντος] πνος συντόνως ἀντιπαριόντος.

16 νεανίᾳ καὶ] νεανίᾳ λίαν. καὶ.

26 θεοβλακείας] θεοβλαβείας.

33 πρώτοις τε καὶ τȣ̀ς εὑρομένοις] πρώτοις εὑρομένοις.

ἡμέρον] ἡμέτερον.

41 ἐρῶν] ὁρῶν.

43 κινήμασι] νοήμασι.

p.298 v.20. κινȣμένην] ἐνεργȣ̃σαν vel ἐνεργȣμένην.

26 καὶ δὴ βάλλωμεν] καὶ δὴ καὶ εἰσβάλλωμεν.

27 αὐτῆ ἵν'] αὐτῆ ἐκκλησίαν, ἵν'

33 πλεκομένη] πλεονεκτȣμένη.

40 τῆ ἐκτὸς] τῆ ἐντὸς.

51 κόπρος] κόπρῳ.

p.299.v.8. συχεθῇ] συγχυθῇ.

16 ἑαυτῆ] ἑαυτȣ̃.

54 τȣ́τȣ] τȣ́των.

p.300.v.5. λέγω] τε.

10 διδάσκȣσιν] διδάξȣσι.

29 ἄνδραθε] ἄνδρα.

32 μειρακίσκοις] μειρακίοις.

44 φοινικὴ] φονικὴ.

p.301.v.1. προσαπεκδύεσθαι] προσαποδύεσθαι.

5 ἐν ταῦτα] ἐν ταυτῷ.

In oratione 49.

18 εὐσεβῶς] ἀσεβῶν.

35 τὰ πάντα] πάντα ταῦτα.

50 ἄλλα] ἄλλως.

p.302.v.40. ἱερῷ] θείῳ.

50 δȣλείας. ȣ̓ γὰρ πλείωνσι] δουλείας. τό δε ȣ̓ πλείων.

vlt. πύκτη τε κακῷ] πύκτῃ κακῷ.

p.303.v.6. ȣ̓άρον] κάρον.

9 εἰσεναγαγὼν] εἰς ἓν ἀγαγὼν.

11 μυςήειον] καθάρσιον.

16 κωλύσοντος] κωλύοντος.

19 σιτηγȣ́σαις] σπαγωγȣ́σαις.

27 διελεξάσαι] διεξελάσαι.

34 μετώπου] μέτωπον.

39 ἐπὶ] ἐν.

vlt. τύπον] τȣ́τȣ.

p.304.v.14. τόλμῃ] τομῇ καὶ τόλμη σφαγμὸς.

20 τῷ τρόπῳ] τὸ τρόπον.

21 συναλίσκεται] συναναλίσκεται.
41 τὸ συντομώτατον] τί συντομώτερον.
43 συνηθέντος] μὴ συνηθέντος.
p.305. v. 25. καταλυόμενος] καταυλούμενος.
36 ἑαυτοῦ] ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων.
37 τί δὲ εἰ] τί δ' ἄν.
40 ὁμολογείσθω] ὁμολογείτωσαν.
44 παρεῖεν] παρείεσαν.
51 περιτρέψαντας] περιτρέποντας.
54 προσιόντας οἱ] προσιόντας αὐτῷ οἱ.
p.307. v.13. διὰ τῶν] δι' αὐτοῦ.
τῷ θεῷ] θεῷ σου.
15 ὑψηλὸν] ὑψηλήν.
32 καὶ ἐξ] ἐξ.
34 καὶ πᾶσι] πᾶσι τε.
35 λελυμασμένην] λυμαινομένην.
41 καὶ τὸ] καὶ μεταπιθεῖεν. τὸ.
44 ὃ μηδὲ] μηδὲ, ὃ καί.
p.308. v.17. τούτοις] σοῦ τοὺς.
19 φθέγξονται] φθέγγονται.
20 ἀδέτω δὲ] ἀδέτω.
25 χριστοῦ] χριστόν.
30 ἂν κατεπράξαντο] κατέπραξαν ἄν.
48 δήμου] δείμου.
p.309. v. 23. ἐπαινούμενοι] ἐπαιρόμενοι.
53 πολυτρόφον] πολυστρόφου.
p.310. v.28. τοῦτον] τούτων.
51 ὑποδέξονται] ὑποδεξόμεθα.
54 ἐπὶ] ὑπό.
p.311. v.3. ὡς] ἤ.
14 φυσᾶς] φυσήσας.

In epiſt. ad Cledonium. 1.

24 θεοφιλεστάτῳ καὶ] θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ, καὶ.
35 ἐναποτίθενται ἀλλ'] ἐναποτίθενται λόγων ἀλλ'.
p.312. v.15. θεοκτόνων] χριστοκτόνων.
20 παρουσίας τοῦ] παρουσίας αὐτοῦ. ποδ.
47 εὐεργετ] εὐεργετήσης.
p.313. v.43. ἐσκήνωμεν] ἐσκήνωσεν.
p.314. v.13. ἀποπλήρωσις] ἀποκλήρωσις.
33 ἐὰν] ἄν.

In epiſt. ad Cledonium. 2.

39 προσελθόντες] προσιόντες.
44 σὺν θεῷ καὶ ἐσόμεθα] καὶ ἐσόμεθα σὺν θεῷ.
p.315. v.36. αὐταὶ] αἱ αὐταί.
40 ἀνατετραφέναι] γεγραφέναι.
44 αὐτῶν οὐκ ἐκεῖνο] αὐτοῦ ἐκεῖνο.
46 τοῦτο] τούτῳ.
51 θεοπνεύστῳ] θεογνώστῳ.
52 σήμερον καταγγέλλουσιν] σήμερον ἡμῖν καταγγέλλουσιν.
p. 316. v. 11. ἐγνώκεισαν]

ἐγνώ-

ἐγνώκασιν.

57 κἂν ἃ] ἅ.

In aliis epiſtolis.

in ep. 1. ἔφασαν αἱ] ἔφασαν εἰσὶν αἱ.

κῆδος] θρῆνος.

in ep. 5. αὐτῆς] τῆς.

αἰδεσθεὶς δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ϗ] αἰδεσθεὶς δ' ϗ.

παρ' ἡμῶν] παρ' ὑμῶν.

in ep. 6. προσόντων] παρόντων.

in ep. 13. φυτοκονίας] φυτείας.

ἐκαθέζετο] ἐκάθητο.

in ep. 14. ὀφθαλμὸς] φωστὴρ.

in ep. 15. γεγραφότες] περιγεγραμμένοι.

in ep. 17. σύλλογον] συλλόγοις.

ψέται] ἕψεται.

πολιᾶ] πολιτείᾳ.

in ep. 22. ὑφέξεις] ἐφέξει.

in ep. 23. οἱ πάντες] εἰ πάντες.

in ep. 33. τῶν φολεῶν] τῶν φωλεῶν.

ἐπιτρέπομεν] ἐπιτρέπωμεν.

in ep. 35. μελέτην τοῦτο] μελέτην τούτου.

χωρητὸν] ἄκουσον.

εὐταξίαν] εὐπραξίαν.

in ep. 36. ἀκόντων] ἀπόντων.

τίθημι] παρατίθημι.

εὐλάλιον, τὸν θεοφιλῆ] εὐλάλιον λέγω θεοφιλέστατον.

μηδὲν ταῦτα κρατεῖν] μηδὲ ἐνταῦθα κρατεῖν.

στασίμων δ'] ἀλλὰ στασίμων.

in ep. 37. σευτὸν] σεαυτοῦ.

ὦ ἄριστε, ἦν ὅτε μὴ ἐπὶ] μὴ ἄριστε, ἐπὶ.

in ep. 38. κοτέει λέγων ϗ] κοτέει ϗ.

τοσοῦτον] τοσούτῳ.

προδραμὼν] προσδραμών.

ἵν' ἴδῃς] ϗ ἵν' ἴδῃς.

πρὸς τοῦ] πρὸ τοῦ.

ἤδη ἀναφανέντων] ἤδη τε ἀναφυέντων.

in ep. 40. ἡμέραν] ἡμέρως ϗ.

ἀναλύοντος] ἀναλύσοντος.

μικρὰ] μακρά.

περὶ τοῦ] πρὸς τοῦ.

πολίτας τε ϗ πολιτευτὰς ϗ] πολίτας ϗ.

ἄλλως] ἄλλοις.

προεπεπτωκότων] προσεμπεπτωκότων.

ἄθλιοι] ἄθλιοι ϗ.

χαλεπαίνουμεν ϗ τῇ πρότερον] χαριούμεθα μόνον τῇ ποτε.

in ep. 42. κρείττονος] κρείττονες.

ἑτέραν] ἑτέροις.

εὐχῆς] ψυχῆς.

συγγινωσκέτω μὲν ἡ] συγγινωσκέτω μὲν ἡμῖν ἡ.

συγχωρήσας] συγχωρῆσαι.

ep. 45. ἀποσκευάζεις] ἀποσκευάζει.

συσαλεὶς] συσαλῆς.
ep.50. διαφϋγῶντι] διαφεύγοντι
πλεῖον] πλείων λέπεῖν] λυπεῖν.
νομίζειν] νομίζεις.
σωηθησομένοις] συνηθησομένοις.
ep.51. οἰκεῖτε] οἰκείων τε.
προτιμότερον] προθυμότερον
λίαν μὴ] μὴ λίαν.
ἀτιμωτάτων] ἀτιμωτάτην.
νομοθετήσειεν] νουθετήσειεν.
καὶ διὰ φιλίαν] καὶ διὰ.
epi.52. σεαυτὸν] σεαυτοῦ.
ἐπιτάφια] ἐπιταφίῳ.
δακρύσαις] δακρύσοις.
καὶ τοῦτο] καὶ τούτου.
τελευταίων] εὐτελῶν.
epi.55. ἐπὶ δὲ] ἐπειδὴ δὲ.
ἐπακούσαις] ἐπακούσοις.
βουλεύσασθε] βουλήσασθε.
πάντως] πάντων.
epi.64. ἔρως] ὄρος.

In carminibus.

p.1 col. 2.v.28. χεδίν] χεδίντε.
p.2.c.2.v.2. νόμῳ] νόμον.
p.2.c.2.v.7. ἔχοι] ἔοι.
p.4.c.1.v.41. δι' ἐρῆς] δι' ἱερῆς.
p.4.c.2.v.21. εὐσεβίη] ἀσεβίη.
p.4.c.2.v.29. αὐτὴν] ἄιτην.
p.7.c.2.v.8. οὐδὲ] ὐδὲ.
p.7.c.1.v.11. ὑὸν] ὑὸς.
p.7.c.1.v.23. πνεύματος] πνεύματα.
p.7.c.1.v.28. ταυτὸς] δ' αὐτός.
p.10.c.1.v.7. σιγᾷ] σιγ' ᾷ.
p.11.c.2.v.2. ἐξέδαξε] ἐδίδαξε.
p.12.c.2.v.28. λάχος] λέχος.
p.14.c.1.v.28. ἁμαρτὰς] ἁμαρτία.
c.2.v.23. δός μοι] δόμος.
p.21.c.2.v.36. ἐμοῦ] ὁμοῦ.
c.2.v.27. ἀσθενέες] εὐσθενέες.
p.24.c.2.v.39. πτθὸν] βαιὸν.
p.25.c.1.v.17. ἐλώειον] ἀναίδαισιν.
p.26.c.2.v.40. οὐ δι' ἐρὴν] οὐ δι' ἱερήν.
p.27.c.1.v.1. οὐχ ὅλον] οὐχόλον.
p.29.c.2.v.32. ὃς] ὃν.
p.32.c.1.v.33. αἰτοῦ] ἀερθῶ.
c.1.v.45. ὅς] ὅν.
p.33.c.1.v.13. σώφρονος.
c.1.v.34. ἦμεν] ἦμαρ.
v.35. νόμοι] νόμοις.
p.36.c.12.v.44. ἀνδροφόνον] ἀνδροφόνοιο.
p.57.c.1.v.2. βαιὰ φέρει, κακίης δ' ἔτε νῶτα διώκων] βαιὰ φέρει κακίης ἰνδάλματα πρὸ ἅπαντες.

σπεύδε

σπεύδει σὺν μεγάλοιο θεοῦ χέρει θερμὸν ἔρωτα. τῆς ἀρετῆς φορέων, κακίης δ᾽ ἔτε νῶτα διώκων.

p.57.c.2.v.39. ὕψος] ἔλπις.

p.58.c.2.v.25. πολλοῖς] πολλῆς.

v.9. ὑπερείδων] ὑπερείδον.

v.13. ὃν προπάροιθεν]ὧν τὸ πάροιτε.

v.14. σκοτόlω] σκοτίης.

v.16. οἴχεται ἀδρανέων] οἴχετ᾽ ἀπ᾽ ἀδρανέων.

v.42. ἥλματος] αἵματος.

p.59.c.1.v.13. οὐδὲ γὰρ ἂν] οὐ δεῖ γὰρ.

v.34. κάρτος] κῦδος.

v.37. ἀπάργματα]ἀγάλματα.

p.60.c.2.v.21. οἷον] οἵων.

v.45. ὑπὸ τίσιν] ὑποτίειν.

v.53. ἀμετροβίοις] ἀμετροβόαις.

c.2.v.8. ὅς] ὡς.

v.37. ἐπεὶ] ἐπὶ.

p.68.c.2.v.41. ἀρθῆς] ἐκστῆς.

p.69.c.1.v.5. φθορᾶς] φορᾶς.

v.15. ἐκμελῆ λϊγυσμάτων] εὐμελῆ λιγύσματα.

v.33. τῇ φρενῶν ἀκοσμίᾳ] τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν.

c.2.v.18. οὐκ ἔδωκεν] οὐ δέδωκε.

v.31. μάλιστα οἱ] μάλισθ᾽ ὅσοι.

v.32. ἐννοεῖν] εὐνοεῖν.

p.70.c.1.v.3. ὡς δ᾽ ἂν] ᾧ δ᾽ ἂν.

v.9. πιστουμένῳ] πιστούμενοι.

LOCA SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ PASSIM À S. GREG. NAZ. THEOLOGO

in his tribus orationibus inſeruntur, partim integra, partim immutata.

GEN. 3. Ipſa conteret caput tuum; & tu inſidiaberis calcaneo eius. pag. 106.
4 Enos cœpit inuocare nomen Domini. 87
49 Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens. 106
Exod. 3. Ego ſum qui ſum. 131
16 Ecce ego pluam vobis panes de cælo. 86
17 Cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſraël. 69
Leuit. 13 Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color, ſiue puſtula. &c. 124
Deut. 22 Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, ſed reduces fratri tuo. 115
1. Reg. 1. Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.
2 Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt &c. 84
10 Abſconditus eſt domi.
19 Num & Saul inter Prophetas? 23
Iob 3. Quare non in vulua mortuus ſum? quare egreſſus ex vtero, non ſtatim perij? 95
10 Pelle, & carnibus veſtiſti me; oſſibus, & neruis compegiſti me. 98
Iob 11. ἢ εἰς τὰ ἔσχατα ἀφίκου, ἃ ἐποίησεν ὁ παντοκράτωρ.

vbi

τωρ. vbi noſtra editio habet, vſque ad perfe-
ctum omnipotentem reperies?
15 Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iu-
ſtus appareat natus de muliere? 117
24 Non habentes velamen, amplexantur la-
pides. 95
27 Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut
turbo rapiet eum de loco ſuo. 103
31 Seram, & alius comedat. ibid.
31 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro
hordeo ſpina. ibid.
Pſal. 2. Fremuerunt gentes, & populi meditati
ſunt inania. 35
4 Filij hominum vſque quo graui corde, vt quid
diligitis vanitatē & quęritis mendaciū? 106
9 Non eſt oblitus clamorem pauperum. 123
9 Non in finem obliuio erit pauperis. ibid.
9 Sub lingua eius labor & dolor. 66
9 Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua,
ne obliuiſcaris pauperum. 122
9 Tibi derelictus eſt pauper. 114
10 Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ
eius interrogant filios hominum. 123
11 Saluum me fac Domine, quoniam defecit
ſanctus. 55
11 Propter miſeriam inopum, & gemitum pau-
perum nunc exurgam, dicit Dominus. 122
13 Venenum aſpidum ſub labiis eorum. 66
17 Poſuit tenebras latibulum ſuum. 64
21 In te proiectus ſum ex vtero. 65
23 Attollite portas principes veſtras, & eleuami-
ni portæ æternales. 142

25 Iudicia eius abyſſus multa. 64
26 Vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. 75
28 In templo eius omnes dicent gloriam. 85
34 Salus tua ego ſum. 124
36 Subditus es Domino,& ora eum. 17
36 Declina à malo & fac bonum. 26
36 Tota die miſeretur,& commodat. 125
37 Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. 124
40 Beatus qui intelligit ſuper egenum,& pauperem. ibid.
46 Omnes gentes plaudite manibus. 127
48 Relinquent alienis diuitias ſuas. 110
49 Sacrificium laudis honorificabit me. 73
54 Elongaui fugiens,& manſi in ſolitudine. 17
57 Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. 30
61 Diuitię ſi affluant,nolite cor apponere. 121
67 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. 84
68 Operuit confuſio faciem meam. 70
68 Zelus domus tuæ comedit me. 88
72 Iniquitatem in excelſo loquuntur. 43
73 Leua manus tuas in ſuperbias eorum. 115
77 Panem Angelorum manducauit homo. 86
77 Elegit Dauid ſeruum ſuū, & ſuſtulit eum de gregibus ouium. 84
80 Dilata os tuum,& implebo illud. 74
83 Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. 106
88 Miſericordia ac veritas pręcedēt faciē tuā. 90
95 Cantate Domino omnis terra. 127
95 Læten-

95 Lætentur cæli & exultet terra. ibid.
100 Miſericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine. 83. 90
103 Facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem. 133
103 Et vinum lætificat cor hominis. 46
105 Et fornicati ſunt in adinuẽtionibus ſuis. 66
106 Effuſa eſt contemptio ſuper Principes. 65
106 Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. 84
111 Iucundus homo qui miſeretur & commodat. 125
117 Aperite mihi portas iuſtitiæ. 66
118 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. 65
118 Conſilium meum iuſtificationes tuæ. 63
128 Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. 68
131 Hæc requies mea in ſeculum ſeculi. 84
138 Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. 91
138 Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum &c. 79
140 Ad excuſandas excuſationes in peccatis. 30
142 Memor fui dierum antiquorum. 78
Prou. 2. Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ. 65
3 Μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ. vbi editio noſtra habet, noli prohibere benigne facere. 113
3 Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi. 125
4 Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtrã. 38

14 Καρδία ἀνδρὸς αἰσθητικὴ λυπηρὰ ψυχὴ αὐτοῦ. vbi noſtra editio habet, cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ &c. 54

14 Σὴς δὲ ὀστέων καρδία αἰσθητική. vbi noſtra editio habet, Putredo oſſium inuidia. ibid.

15 Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. 123

17 Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius. ibid.

19 Qui miſeretur pauperis, Deo fœneratur. ibid.

22 Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus. ibid.

22 Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia. 74

25 Cælum ſurſum, & terra deorſum. 63

25 Inauris aurea & margarita fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem. 74

26 Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri. 49

27 Diligenter agnoſce vultum pectoris tui.

Eccl. 1. Qui addit ſcientiã, addit & laborẽ. 64

7 Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit à me, multo magis, quàm erat. 63

10 Væ tibi terra, cuius rex puer eſt. 62

11 Da partem ſeptem, nec non & octo. 107

Eccl. 1. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? 117

3 Benedictio patris firmat domos filiorum. 84

15 Deus ab initio cõſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. 136

25 Ὁ διηγούμενος εἰς ὦτα ἀκουόντων, vbi noſtra editio habet, Qui enarrat iuſtitiã auri audiẽti. 116

Eſa. 1.

Eſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. 142
1 Vulnus, & liuor, & plaga tumens. 124
1 Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabũtur; & ſi fuerint rubra, &c. ibid.
1 Vinum tuum mixtum eſt aqua. 46
6 Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum. 133
9 Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius. 127
9 Et erunt qui beatificant populum iſtum, ſeducentes, & qui beatificantur, præcipitati. 53
19 Stulti facti ſunt principes Taneos. ibid.
29 De terra loqueris, & de humo eloquium tuũ muſſitabit. 46. 116
40 Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? 63
40 Parate viam Domini. 128
40 *Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου*; vbi noſtra editio habet, Quis adiuuit ſpiritum Domini? 117
53 Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. 89. 99
54 Vniuerſos filios tuos doctos à Deo. 23
58 Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam. 86. 125
58 Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. 125
58 Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt.

62 Et

62 Et vocabitur tibi nomen nouum. 99
Hier. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith. 123
9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo &c. 60
9 Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua &c. 104
10 Quia ſtultè egerũt paſtores, & Dominum nõ quæſierunt, propterea &c. 60
12 Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt &c. ibid.
Ezech. 7. Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditum. 58
13 Ipſe ædificabat parietem. illi autem liniebant eum luto &c. 59
22 Fili hominis, dic ei, tu es terra immunda & non cõpluta in dies furoris. cõiuratio &c. 58
33 Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientẽ, & non inſonuerit &c. ibid.
33 Sanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. 46
34 Vę paſtoribus Iſraël, qui paſcebãt ſemetipſos, non ne greges &c. 59
34 Quod perierat, requiram, & quod abiectum erat, reducam, & quod confractum &c. ibid.
Dan. 4. Cũ beſtiis, & feris erit habitatio tua. 95
13 Egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenibus iudicibus. 58
Oſee 4. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos. 67
5 Vobis factum eſt iudicium, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi; & ſicut rete &c. 54

6 Miſe-

6 Miſericordiam volui,& nō ſacrificium. 126
8 Ipſi regnauerunt, & non ex me &c. 54
8 Quieſcet pauliſper ab onere regis. ibid.
14 Quis ſapiens,& intelliget iſta? 117
Ioël 1. Flete,& vlulate omnes &c. 55
2 Parce Domine,parce populo tuo,& ne des hęreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. 70
2 Sanctificate ieiunium,vocate cœtũ &c. ibid.
3 Ὁ πραῢς ἔστω μαχητής.vbi editio noſtra habet,Ibi occũbere faciet Dominus robuſtos tuos. 68
Amos. 5. Odio habuerunt corripientes in porta,& loquentes perfecte abominati ſunt. 31
6 Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. 110
8 Quando tranſibit menſis, & venundabimus merces,& ſabbatum &c. ibid.
Ion. 1. Et ſurrexit Ionas,vt fugeret &c. 78
2 Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. ibid.
Mich. 2. Surgite,& ite,quia non habetis hîc requiem. 107
3 Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate &c. 54
7 Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ &c. 54
Abac. 1. Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te &c. 55
2 Væ qui potum dat amico ſuo,mittens &c. 56
Aggæ. 2. Interroga ſacerdotes legem, dicens, ſi tulerit &c. 25
Zach. 3. Et oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem

dotem magnum, ſtantem coram Angelo Domini,& ſathan ſtabat à dextris eius. 57

3 Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat &c. ibid.

11 Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum, vox rugitus leonum, quoniam &c. ibid.

11 Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. 84

Mal. 1. O ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum,& dixiſtis,in quo &c. 56

2 Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei timorem &c. ibid.

Matt. 4. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. 127

5 Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. 124

5 Iotha vnũ,aut apex vn⁹ nõ prçteribit à lege. 78

5 Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos, & malos,& pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos. 110

7 Nolite ſanctum dare canibus. 66

7 Nec mittatis margaritas veſtras ante porcos,ne forte conculcent eas. ibid.

13 Alia autem ceciderunt in petroſa,vbi non habebant terram multam,& continuo &c. 61

18 Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis,nonne relinquet &c. 139

19 Si vis perfectus eſſe,vade,& vẽde omnia,quæ habes,& da pauperibus. 89

19 Ab initio autem non fuit ſic. 111

22 Amice quomodo huc intraſti,non habens veſtem nuptialem? at ille &c. 64

22 Diliges Dominum Deum tuum &c. hoc eſt maxi-

maximum,& primum mandatum. 90
23 Serpentes,genimina viperarum. 61
Luc.6. Omni autem petenti te tribue. 113
8 Fides tua te ſaluam fecit. 124
10 Nolite ergo portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta. 61
12 Deſtruam horrea mea &c. ſtulte hac nocte repetunt animam tuam à te. 130
12 Vt det illis in tempore tritici menſuram. 38
12 Seruus, qui cognouit &c. vapulabit multis: qui autem &c. vapulabit paucis. 42
13 Et ecce mulier,quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis decẽ & octo,& erat inclinata&c. 139
14 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nónne prius ſedens computat &c. 76
15 Quæ mulier habens drachmas decem,ſi perdiderit drachmam vnam,non ne accendit lucernam. 139
16 Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 103
Ioan.1. Qui tollit peccata mundi. 89.99.141
5 Ecce ſanus factus es. 124
5 Et procedent qui bona fecerunt in reſurrectione vitæ;qui vero mala egerunt,in reſurrectione iudicij. 118
8 Tulerunt ergo lapides, vt &c. tranſiens per medium illorum. 143
12 Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. 105
14 In domo patris mei mãſiones multę ſunt. 89
14 Surgite eamus hinc. 107

Rom.1. Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim &c. 120
2 Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes. 69
5 Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. 129
7 Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ. 75
8 Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. 99. 143.
9 Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. 53. 87
10 Æmulationem quidem Dei habent, ſed nõ ſecundum ſcientiam. 42
11 O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia &c. 117
12 Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabilẽ obſequium veſtrum. 73
12 Qui miſeretur in hilaritate. 125
12 Gaudere cũ gaudẽtibus, flere cũ flẽtibus. 90
15 Ita vt ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangeliũ Chriſti. 53
1. Cor. 2. Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos. 45
2 Loquimur Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt. 75
2 Spiritualibus ſpiritualia comparantes. 74
4 Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus. 51. 68
6 Eſca ventri, & venter eſcis. Deus autem & hunc,

hunc, & has deſtruet. 102
8 Non in omnibus eſt ſcientia. 119
9 Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerē ſaluos. 88
13 Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. 52. 108.
13 Fides, ſpes, charitas, tria hæc. 87
14 Eritis enim in aëra loquentes. 116
2. Cor. 2. Et ad hęc quis tā idoneus! nō enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbū Dei. 46
4 Mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. 52
5 Vetera trāſierūt; ecce facta ſūt omnia noua. 127
11 Vt minus ſapiens dico. 65
11 In laboribus plurimis, in carceribus &c. 51
12 Scio hominē in Chriſto &c. raptum vſq; ad tertiū cælū &c. raptus eſt in paradiſum &c. 53
Gal. 2. Vt nos in gētes, ipſi autē in circumciſionē, tantū vt pauperū memores eſſemus. 125
3 Factus pro nobis maledictum. 53
3 Non eſt Iudæus neq; Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt &c. 92
6 Dum tēpus habemus, operemur bonū. 102
6 Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. 53. 106.
Eph. 2. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. 87
2 Ipſe enim pax noſtra qui fecit vtraq; vnū. 84
4 Alios autem paſtores & doctores ad cōſummationem ſanctorum. 19
4 Fluctuātes & circūlati omni vēto doctrinæ 43
4 In virum perfectum in menſuram ætatis plenitudi-

nitudinis Chriſti. 46.75
5 Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam nõ habentem maculam, aut rugam. 85
Phil. 1. Permanere autem in carne neceſſarium propter vos. 52
3 Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, rationem vitæ obtinentes, quo loco vulgata editio habet verbum vitæ continentes. 19
2. Theſſ. 3. Vt ſermo Dei currat & latificetur. 61
1. Tim. 1. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro. 90
3 Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c. ſobrium, prudentem &c. 60
6 Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem. 20.64
2. Tim. 3. Quemadmodũ autẽ Iãnes & Mãbres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati. 43
4 Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. 52
Heb. 4. Viuens eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. 106
5 Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. 45.75
5 Qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni ac mali. 45
12 Et ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur. 72
12 Hieruſalem cæleſtem & multorum millium Angelorum frequentiã, & Eccleſiam primitiuorum qui conſcripti ſunt in cælis. 84
13 Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſæcula. 128
1. Pet. 2. Domus ſpiritualis. 84

2 Vos

2 Vos autem genus electum, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus acquiſitionis. 99
3 Qui abſconditus eſt cordis homo. 31
5 Humiliamini igitur ſub potẽti manu Dei. 83

LOCI NONNVLLI,

QVOS FORTE IN SCHOLIIS VEL EMENDASSE, VEL EXPLICASSE CONTIGIT.

liis vel emendaſſe, vel explicaſſe contigit.

PSal. 105. Locus explicatus in ſchol. 162. in Apolog. 238
106 Emendatus in ſchol. 157. in Apolog. 236
Prou. 14. Explicatus in ſchol. 155. de amore erga pauperes. 367
29 Emendatus in ſchol. 139. in Apolog. 229
Sap. 17. Emendatus in ſchol. 126. in Nat. 481
Hier. 3. Explicatus in ſch. 162. in Apolog. 239
Abac. 1. Loci duo emendati in ſchol. 120. in Apolog. 223
2 Emendatus in ſchol. 123. in Apolog. 224
2. Mac. 6. Emendatus in ſch. 107. in Apol. 216
Ioan. 1. Ex Naz. ſententia explicatus in ſchol. 56. in Nat. 424
2. Cor. 11. Emendatus in ſch. 167. in Apol. 215
1. Pet. 3. Emendatus & explicatus in ſchol. 194. in Apolog. 257
Cic. ep. 106. Explicatus in ſchol. 124. de amore erga pauperes. 353
Naz. 191. Emendatus in ſch. 149. in Apol. 233
Xenoph. In Apolog. Socratis explicatus in ſch. 84. in Apolog. 200

FINIS.

Verſioni huic trium orationum Sancti Gregorij Nazianzeni, & earundem ſcholiis, non ineſſe offenſionis periculum, ſed ea vtiliter excudi poſſe, ſubſcribendo atteſtor. LXXII. 8. *Kal. Iul.*

I. Molanus, Regiæ Catholicæ Maieſtatis librorum cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS *Catholici priuata lege ſancitum eſt, ne quis hũc librum, cui titulus eſt,* S. Gregorij Nazianzeni Theologi Orationes tres, à Gabriele Eugubino Latinè redditæ cum eiuſdem in eaſdem ſcholiis & emendationibus, &c. *in hiſce Maieſtatis ſuæ prouinciis, præter Chriſtophorum Plantinum Architypographum ante ſex annos imprimat, aut alibi impreſſum venum adferat; vt latiùs patet in diplomate dato Bruxellæ, 9. Martij* M. D. LXXI.

Signat.

I. de Langhe.

INDEX VERBORVM, RERVM'VE NOTABILIVM,

QVÆ TOTO HOC LIBELLO CON-*tinentur, locupletiſſimus, & recto ordine diſpoſitus.*

A.

AARON Deo poſt Moyſen nemo propinquior. pag. 72.
Abraam iuſtificatus ex fide. 87.
Actionis fructus. 89. & 474.
Actio aſcenſus eſt ad contemplationem. 474.
Actioni incumbere, extinctis affectibus, ſuperuacaneum eſt. 475.
Actiuæ vitæ inſtitutum quale eſſe debeat. 475.
Adæ imbecillitas noſtra fuit imbecillitas. 136. & 436.
Aduentus Chriſti duplex in carne. 39.
  Datur & tertius in ſpiritu. 188.
Ægyptus quibus modis myſticè accipiatur. 474.
Æqualitatem omnia apud Deum habere etiam ea, quæ nobis inæqualia apparent, aptiſſimis oſtenditur ſimilitudinibus. 118. & 359.
Æqualitatis lex vniuſcuiuſque dignitatis rationem habet. 18.
Æuum quid. 132.
Æuum à tempore quid differat, & quot modis dicatur. 411.
Affectionibus propriis aliena iudicant improbi homines. 20.
Allegoria plures, varioſque recipit ſenſus. 330. & 435.
  Non eſt vbique curioſiùs conquirenda. 210.
Αλλότριος ὁ, Diabolus cur dicatur. 350.
Amici præſentia ſemper iucũda. 351.
Ἄμπελος quid. 246.
Ἀνακόλουθον orationis vitium non prorſus abhorrendum. 280
Ἀναλύειν pro reuerti ſæpe ponitur. 190.
Ἀνάλυσις quid ſignificet, quidúe differat à διάλυσις & κατάλυσις. 188.
Ἀναρχία peſſima res eſt. 153.
Ἀνάπαφος quid. 228.
Angeli vtrum ante alia, an ſimul ſint creati. 418.
  Corporeíne ſint, an incorporei. 420.
  Deo aſſiſtunt, ac primum à Deo illuminantur. 133.
  Non omnino immobiles ſunt ad malum. 131.
  Vnà cum hominibus gaudio exiliunt in diebus feſtis celebrandis. 142. 384. & 473.
  Hominum amantiſſimi, Deique ſtudioſiſſimi ſunt. 141. & 473.
  Alij aliis magis diuinam eſſentiam percipiunt. 232.
  Nullus tamen planè eam comprehendit. 64. & 232.
  Eorum qui ceciderunt, locum ſupplebunt homines qui ſaluabuntur. 189.
  Eorum difficultas bene operandi vnde orta. 422.
Ἀνθοσμίας οἶνος qui & vnde ſic dicatur. 319.
Anima diuina diuinitùs ad nos delata eſt. 28. & 301.
  Cur fuerit corpori à Deo alligata. 28. 298. 431. & 169.
  Spiritus nonnunquam à ſacris ſcriptoribus dicitur. 151.

Animarum originis plures opiniones, & quæ nam earum vera ſit & catholica. 168. & 429.
Animarum curatio multo difficilior, quàm corporum. 28. & 30.
Varia & multiplex. 35. 36. & 50.
Non temerè ſuſcipienda. 61. & 71. & 156.
Tinea oſſium cordi intelligenti. 54. & 219.
Ἄνοια ab ἀπόνοια quid differat. 185.
Ἀναπτεξάγειν quid propriè ſignificet. 194.
Ἄντι modò renitentiam quandam & contrarietatem ſignificat, modò correſpondentiam & æqualitatem. 256.
Ἀντίθετον τὸ, figura, qua ſenſus ſenſui opponitur. 180.
Ἀντίτυπος quot habeat ſignificationes. 256. & 438.
Ἀντίτυπον ſiue τύπον altaris Sacramentum cur vocauerint antiqui Pátres. 256.
Ἀντίτυπα corporis & ſanguinis Chriſti panem & vinum etiam poſt conſecrationem vocarunt antiqui Patres Græci. 259.
Nec reſpectu futurorum, ſed potius præteritorum. 260.
Ἀπαργμα vnde & quid. 225.
Ἀπάρχεσθαι, 270.
Ἀπαρχὴ quid. 270.
Ἀπλότης αἴτιον τῆς δαψιλείας. 429.
Ἀπλοῦς αἴτιον τοῦ δαψιλῶς. 429.
Ἀπαθεια quid. 175.
Apolinarius negabat, Chriſtum mentem aſſumpſiſſe. 185. & 447.
Ἀπομιμεῖσθαι quid. 253.
Ἀπόνοια quid apud Nazianz. ſignificet. 183.
Ἀποσιώπησις figura, à Latinis reticentia.
Appetitiones diuerſæ diuerſorū. 36.
Arabica interpretatio ex Græco ſumpta. 241.
Ἄργυμα vnde. 225.
Ἀρεῖς vnde. 162.
Arguentes noſtra vitia amore, non odio proſequi debemus. 31. & 171.
Arguendi modus quidam tenendus eſt. 37.
Arguétes alios artis eſt, vt & nos ipſos vnà cum illis adnumeremus. 210.
Arij Alexandrini opinio de Deo, Iudaiſmo aſſimilatur. 40. & 412.
Arij natalis dies. 193.
Arius vnde dictus. 193.
Ariſtophanis interpretis præclara opinio de Naz. 156.
Ariſtoteles videtur vſque ad orbem lunæ tantum Dei prouidentiam deduxiſſe. 361.
Ἀρρυθμία καὶ ἀσυμμετρία per omnia vagatur, eſtque κακολογίας καὶ κακοηθείας germana. 316.
Ἄρτεμις Diana cur diceretur. 353.
Ἀσχημοσύνη per omnia vagatur, eſtque κακολογίας καὶ κακοηθείας germana. 315.
Aſinus in Gentilium typum accipitur. 471.
Ἀσσάριον quid. 293.
Athanaſius acerrimus Trinitatis propugnator. 415.
Nicænæ Synodo interfuit. 416.
Eius ſtudioſiſſimi fuerunt Naz. & Baſilius. 415.
Quo tempore mortem obierit. 416.
Atheia Sabellij opinio de Trinitate. 39. & 192.
Auaritia & cupiditas naturalem nobilitatem ac dignitatem concîdit. 123.
Αὐθημερινὴ σοφία. 209.
Αὐθημερόν. 230.
Ἀχάριστον χαρισθῆναι quid. 450.
Ἄψαυστα ἐπιβλήματα. 316.

B.

Baptiſmus Ioannis à Chriſti baptiſmo quid differret. 458.
Baptiſmatum quinque genera ponit Naz. 456.
Βασιλεύειν, pro regem creare aliquando accipitur. 222.

Baſi-

Baſilij Magni magna in pauperes ægros beneficentia. 306. & 308.
Bellum honeſtum pace, quæ à Deo ſeparet, melius eſt. 67. & 142.
Bellum, quod intus eſt in animi affectionibus, omnium grauiſſimum & periculoſiſſimum eſt. 69. & 244.
Quibus rebus extinguatur. 69. & 244.
Beneficentia propiùs ad Deum accedit homo, quàm vlla alia re. 90. & 352.
Beneficentia Chriſtiano homini in primis neceſſaria. 371.
Beneficentia cum ſumma animi lætitia, non cum triſtitia colenda eſt. 115.
Beneficium dare, quàm accipere, antiquius habent probi homines. 115. & 353.
Bethleem parua eadem & maxima. 470.
Blaſphemia in impiorum capita vertatur, in quos dici ſolitum. 65. & 177.
Bonus Deus ſolus propriè dicitur. 201.
Bona dicuntur alia præter Deum eatenus, quatenus diuinam participant bonitatem. 200.
Bona media quæ dicuntur, prout quiſque iis vtitur, ita ei in bonũ, vel in malum conuertuntur. 32.
Tum probis, tùm improbis communia ſunt. 356.
Cur incerta & caduca eſſe voluerit Deus. 326.
Bonis etiam huius vitæ cur ſoleat Deus ſæpe pios homines complecti. 325.
Bonitatis ſummæ eſt, pluribus ſe impertiri. 133. & 417.
Bos in Iudaici populi typum accipitur. 471.
Βραβεύειν pro διαιτᾶν. 292.
Breuiſſima ſimul & pleniſſima debet eſſe oratio. 130. & 405.

C.

Καδμεία victoria. 274.
Καὶ & huiuſmodi particulæ ſæpe vacant apud Atticos. 391.
Καινοτομία. 193
Καιρίως quid. 196.
Καιρία πληγή. 196.
Κακία vnde dicatur. 162.
Καλλιγέρατος quid. 200.
Candor ſiue ſplendor, Dei filius cur dicatur. 269.
Canicies cum prudentia imperita iuuentute melior. 62.
Canus ſermo vix cuiquam vel ad ſummam ſenectutem contingit. 46.
Καρηκομόωντες Achiui cur dicerentur. 207.
Κατοργεῖν 319.
Καταθυμίδιν. 225.
Καθ' ἡμᾶς τὸ, pro ἡμᾶς Atticè ponitur. 148.
Κατοικία. 327.
Κατοικίσαι. 172.
Κατοικίσια. 207.
Καύχησις quid. 247.
Κερδῷος Mercurius cur dicatur. 353.
Κεφάλαιον ἐπιθεῖναι, faſtigium imponere. 160.
Κήρυγμα quid. 318.
Chaldæi aſtrorum motibus res humanas connecti dictitabant. 361.
Charitas, qua re maximè excitetur. 2.
Nunquam ocioſa eſt. 373.
Primum mandatum & maximum eſt. 96.
Vel ad perpetuitatẽ fidelis eſt. 27.
Chriſtus noua quædam victima. 143. & 473.
Hoſtia ſimul & ſacerdos. 468.
Ex duplici conſtat natura. 140. & 173.
Miſſus fuiſſe dici poteſt non ſolùm vt homo, ſed etiam vt Deus. 140. & 462.
In Iordane baptizari cur voluerit. 141.

Chriſti appellationes tum altiores, tū humiliores. 75.
Appellationes, quemadmodum & naturæ miſtæ & viciſſim commeantes. 268. 382. & 450.
Nomen tribus modis dicitur. 382.
Nominis virtus maxima. 69.
Chriſtiani comœdia perſtringi ac notari ſoliti. 68.
Chriſtianorum mutuę inter ſe diſcordiæ, & contentiones multorū malorum cauſæ. 68.
Chriſtianorum quoque nimius quidam zelus reprehendendus. 243.
χειροτονία quid. 375.
χοῦς vnde. 182.
χρόνος quid apud Naz. 282.
Circulus quidam eſt rerum humanarum. 303.
Κισσύβιον quid. 161.
Κλέπτεσθαι quid, & vnde. 148.
Κλοπὴ quid. 234.
Κολάφισμα quid. 479.
Colophon ſumma cuiuſque rei pars cur dicatur. 160.
Κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, faſtigium imponere. 159.
Colorum fuci contra imaginem reperti. 129. & 399.
Comam nutrire cur mos eſſet Græcis. 207.
Comam Græci detonſam conſecrabant Apollini. 207.
Comeſſationibus & ebrietatibus cubilia atque impudicitiæ connexa ſunt. 400.
Compoſitio principium eſt pugnæ. 168.
Concentus de quibus propriè, de quibusúe metaphoricè dicatur. 333.
Confeſſio initium eſt ſanitatis. 170.
Conſilia omnia diuinis præceptis ſunt metienda. 283.
Conſtantius Imp. regno ſuo malum faſtigium impoſuit. 161
Contemplationis fructus. 89.
Contemplatiua vita iucundiſſima ac præſtantiſſima. 21. 293. & 157.
Continentiæ virtus pulcherrima. 88.
Contraria mediata vtraque fugienda tanquam exceſſus ac defectus. 191.
Contumaciæ proprium quid. 184.
Conuentus populares & ſacri animarum curandarum gratia inſtituti. 97. & 308.
Κορωνίδα ἐπενεγκεῖν, coronidem inferre. 160
Corporis imbecillitates ex peccato profectæ. 437
Corporis huiuſce noſtri increpatio. 91. & 298.
Corporis incommodis quilibet propinquus eſt, qui corpore circumdatur. 107.
Corpus conſeruus noſter eſt, ſimul & hoſtis, itemque vinculum quoddam ſimul & cohæres, inimicus beneuolus, & amicus fraudulentus. 91.
Corporis coniunctio cum anima admirabilis. 91. & 100.
Corpus amat anima vi conſuetudinis. 229.
Corriguntur alij alia ratione, non omnes eadem. 36. & 37.
Correctio ſicut & remiſſio nimia reprehendenda. 217.
Κουρότωμα quid. 207.
Κουροτρόφος Apollo. 207.
Κῶλα καὶ κόμματα, membra & inciſa. 301.
His ſolebant antiqui Oratorū quoque ſcripta perſcribere. 302.
Creaturas quomodo ſalutariter aſpiciamus. 263.
Crucis ſupplicium maximè apud antiquos ignominioſum. 177.
Curare qui alios profitentur, ipſi ſcatent vlceribus, prouerbiū. 16. & 166.

D.

Dædali atque Icari eius filij fabulæ. 179.
Dæmonibus quibuſdam quædam nationes

tiones homines immolant. 353.
Δαιτυμὼν quid. 424.
Dauid quorumnam typum geſſerit. 469.
Dauidis ſaltatio ante arcam quid myſterij continuerit. 470
Deliciæ in victu & cultu vituperandæ. 129.
Deliciis affluere, ceteris omnium rerum inopia laborantibus Chriſtiano homine indignum. 130.
Deliciæ ſtercus honoratum cur appellentur à Naz. 130. & 402.
Deliciæ Chriſtianorum quænam eſſe debeant. 130.
Deſcriptio Chriſti quid innuerit. 470.
Deus caritas vocatur. 87.
Sapientiæ nomine maxime lætatur. 49.
Eſſe debet omnis noſtri ſermonis, operisque principium & finis. 17. & 146.
Carni per animam mediam miſtus eſt. 32.
Summè bonus, idéoque nullà eum vllius rei tangit inuidia. 417.
Multis nominibus cur appelletur, cùm ſit vnus & ſimplex. 211.
Non ſtatim punit delinquentes, ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. 342.
Non ex his, quæ ſunt ſecundum ipſum, ſed ex his, quæ circa ipſum ſunt, adumbratur. 131. & 407.
Infinitus, & cognitu difficillimus eſt. 131. & 358. & 411.
Omnium rerum effector eſt & opifex, itemque rector. 120.
Vbique totus eſt, & res nulla eum totum capit. 278. & 451.
Semper eſt qui eſt. 131. & 407.
Spiritu ſolo intelligitur, explanatur, & auditur. 41.
Dei erga homines beneficia multa & præclara. 113. & 332.
Deo vel quouis modo appropinquare, magnum eſt cuicunque genitæ naturæ. 20.
Deo appropinquare eius tantum eſt, qui poſſit illius gloriã capere. 72.
Deo humana membra cur tribuat Scriptura. 279.
Deo iraſci præter naturam ineſt, ignoſcere ſecundum naturam. 66.
Deum effugere nemo poteſt. 80. & 278.
Deitatem ſolo eo, quòd eſt ingenitum eſſe, circumſcribere, impiũ eſt. 40.
Dij etiam homines dicti. 312. & 409.
Diuinam eſſentiam ne angeli quidem planè percipiunt. 64. & 232.
Dextera proſpera, ſiniſtra aduerſa appellabantur, præterquàm in auguriis. 344.
Diabolo nihil homini infenſius atque alienius. 350.
Diabolus ὁ κρατήσας καὶ ὁ νικήσας à Nazianz. cur vocetur. 344.
Mali auctor quo modo fuiſſe dicatur. 424.
Omnium huius mundi bonorum dominus quodammodo dicitur. 324.
Κοσμοκράτωρ cur dicatur. 324, & 327.
Diagoras Melius Atheos cur dictus. 192.
Διὰ cum genitiuo. 222.
Δίκη quid apud antiquos. 169.
Διδακτὸς quid. 158.
Dierum, noctiumq; ἀνισότητος ἰσότης. 334.
Dies nouiſſimus cur dicatur totum huius vitæ tempus.
Dilatio cum lucro tolerabilis ac laudabilis. 13.
Dilectio maximè diſtinguit veros Chriſtianos à falſis. 371.
Diligentia nimia faſtidiũ parit. 213.
Diſſenſiones inter ſe mutuæ maxime Chriſtianis hominibus vitandæ.
Diffidia inter homines vnde primum orta.
Diuitiæ ſæpe non ſolum alienis, ſed etiam, quod miſerrimum eſt, ini-

micis relinquuntur. 315.
Diuitiarum contemptio perfectionis eſt. 322.
Diuitiæ ſi non omnes Chriſto tribuẽdæ, ſaltem cum eo partiendæ ſunt. 322.
Diuitiæ veræ pietas & virtus. 123.
Diuitiis, tanquam rei fluxæ non inhærendum. 363.
Docendi ac diſcendi termini quidam eſſe debent. 47.
Docere magnum eſt, ſed diſcere tutius. 195.
Docere velle indoctus ipſe cùm ſis, vel ſtultum vel temerarium eſt. 47. & 476.
Docere eos, qui iam antea prauè edocti fuerint, duplex eſt labor. 44 & 199.
Doctrinam ipſam eorum, qui docent, cauſa vituperare, inſcitiæ eſt. 43. & 199.
Doctrina alia aliis conuenit, non omnibus eadem. 45. & 203.
Dolor cum amicis communicatus videtur minui. 309 & 351.
Δοξάζειν pro ὑμνεῖν. 383.
Δορύκνιον herba quæ, & vnde. 370.

E.

Ebrietatem ſequitur luxuria. 321.
Eccleſia conſtare debet ex his, qui regunt, & ex his, qui reguntur. 18.
Plenitudo ſiue complementum, πλήρωμα Chriſti cur dicatur. 272.
In ea ab inferiori gradu ad ſuperiorem aſcendendum eſſe, pulcherrimis comprobatur exẽplis. 20.
Eccleſiaſticæ hiſtoriæ vtilitas. 78.
Eccleſiaſticus ordo eſt virtutis exemplar, & miniſterium rationi reddendæ obnoxium. 22.
Ἐκδημεῖν quid. 395.
Ἐκεῖθεν pro ἐκεῖ. 295.
Ἐκμαγεῖον quid & vnde. 443.
Edem Hebraicè deliciæ. 174.
Editio Latina vulgata omnino tenenda. 480.
Εἰλαπίνη quid. 296.
Εἶναί τι, eſſe aliquid, quamnam vim habeat. 148.
Εἰσοικίσαι quid. 172.
Εἶτα quomodo vtantur Græci. 178.
Eleemoſyna nunquam intermittenda, & prompto, hilarique animo facienda. 125. & 373.
Non ſolum de ſuperfluis, ſed etiam de neceſſariis danda. 330.
Neceſſaria eſt, nec conſilij ſolũ, ſed etiam præcepti. 126. & 371.
Etiam non petenti danda eſt. 348. & 375.
Largè pro facultatibus tribuenda. 351.
Omnibus danda & indiſcretè. 330.
Pars ſacrilegij eſt, rem pauperum dare non pauperibus. 336.
Eleemoſynæ effectus quinam. 329. & 376.
Elementa mutuò inter ſe commiſta. 425.
Eloquentia multitudini & foro nata eſt. 157.
Elyſiis in campis quos poſuerint antiqui gentiles. 380.
Ἐμοὶ pro ἐμοὶ δοκεῖν vtitur Naz. 153.
Ἔμπροσθεν & τὰ ἔμπροσθεν quid. 224.
Enach progenies Iſrael olim affligens. 336.
Enos primus ſperauit inuocare Dominum. 87.
Ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα. 295.
Ἔνδειξις lectio aliquando apud Naz. ſignificat. 209.
Ἐντυγχάνειν τῷ, reconditiores quædam ſignificationes. 208.
Ἐπαφὴ χειρὸς quid. 200.
Ἐπανελθεῖν quid. 395.
Ἐπὶ cum datiuo. 345.
Ἐπιβαλικὰ ῥήματα quæ vocent Græci. 227.
Ἐπικαρπία quid. 369.
Epicuri de Diis ſententiam, atheiam

vocat Nazianz. 192.
Epicurei caſum & fortunam introducentes, Dei prouidentiam tollebant. 361.
Epiſcopatus nec appetendus, nec nimis reiiciendus 82. & 281.
Vtrumque antiquorum ſanctorum Patrum exemplo demonſtratur. 83. & 281.
Ἐπισκοπὴ quid. 220.
Epiſcopos & Presbyteros eoſdem vocare conſueuere veteres. 145.
Epiſcopus Presbytero vel ſacerdote tum dignitate, tum poteſtate ſuperior eſt. 145.
Epiſcopus conſecrari non poteſt qui non ſit ſacerdos. 146.
Diſpenſator eſſe debet fidelis & prudens. 183.
Virtute plus, quàm dignitate ceteris præſtare debet.
Tria omnino habeat oportet. 165.
Archetypus quidam & exemplar aliorum eſſe debet. 165.
Semper in virtute debet progreſſus facere. 16.
Spontaneè non coactè debet gregem regere. 17.
Amari potius, quàm timeri debet. 168.
Non ſolùm proprias animæ labes & noſſe & curare debet, ſed etiã eorũ, quibus eſt præpoſitus. 34.
Neutram in partem propendere eũ debere, funambuli exemplo demonſtratur. 38.
Verbi diſtribuendi munus eius præcipuum. 38. & 187.
Simplex ſimul & multiplex ſit oportet. 45. & 202.
Propriam vtilitatem debet quibuſcunque in rebus præ ceterorũ cõmodis deſpicere. 52.
Quæ quis cogitare & comparare debeat antequam ad ſacerdotiũ ſiue Epiſcopatum accedat. 61. & 71.
Ne extrema quidem ſenectus longum dici poteſt tempus Epiſcopatui ſiue ſacerdotio gerendo præfinitum. 62.
Ἐπιστασία. 215.
Ἐπίστασις. 216.
Ἐπισύστασις. 215.
Ἐπιστομίζειν. 366.
Ἐπιτήδευμα. 239.
Ἐπόπται quinam dicerentur. 403.
Ἔρανος & ἐρανίζειν quid. 296. & 297.
Eruditio timorem creat. 198.
Ἑστιάτωρ. 404.
Εὐαρμοστία quid. 426.
Euchariſtiam cur aliquando Sancti Patres vocarint τύπον, ἀντίτυπον, σύμβολον. 258.
Euchariſtiam cur modò myſterium, modò ſalutis noſtræ myſteriũ antiqui patres vocarint. 317.
Εὐδοκεῖν quomodo conſtruatur. 1
Εὐδοκία. 463. & 464.
Εὐλάβεια quid. 348.
Εὐπάθεια pro ἀπραγία. 359.
Εὐρυθμία καὶ εὐαρμοστία, itemque Εὐσχημοσύνη per omnia vagatur, eſtq; εὐλογίας καὶ ἀληθείας germana. 315.
Eunomij opinio de Dei cognitione. 410.
Eutychianorum opinio de Chriſto. 173.
Excuſatio peccati iram iuſti iudicis maximè prouocat. 170.
Ἐξεταστίας quid. 224.

F.

Facies Dei, ſiue faciei Dei viſio quid ſignificet. 531.
Factor à formatore quid differat. 363.
Fames & ſitis quidam dolores ſunt. 318.
Federicus Vrbini Dux, vir maximi animi, ac ſplendidi. 116.
Feſti dies veritatis Martyrum nomine acti. 97.
Feſti dies à Chriſtianis quo modo agendi. 119. & 397.
Fidei ſolida doctrina nihil lætius, nihil

nihil vberius. 204.
Figulinam in dolio addiſcere prouerbium. 46.
Figura Attica eſt cùm dicunt Græci, ἁρπάζειν ἁρπάγματα, & Latini, viuere vitam, & ſimilia. 227.
Figura, imago, typus &c. non ſemper veritatem excludunt. 258.
Filius eſt in poteſtate patris ſecundum omnes leges. 284.
Finis legis Chriſtus qua ratione dicatur. 171.
Fons cur dicatur Chriſtus. 441.
Fornicatio quid. 258.
Fortuna & caſus vnde introducta. 119.
Frater noſter dici voluit Chriſtus Ieſus. 87.
Fratres quattuor modis in ſacris litteris dicuntur. 310.
Fuci mulierum reprehendendi. 129.

G.

Γάμος conuiuium, quod nuptiarũ cauſa celebratur. 296.
Gaudium communicatũ creſcit, dolor minuitur. 309.
γενέθλια quid & vnde. 128. & 394.
γερουσία quid & vnde. 252.
γερούσιος οἶνος. 252.
Gigantum genus reliquis præcellens hominibus. 335.
Gigantes, de quibus in ſacra Scriptura diuerſi ab his, de quibus in fabulis. 335.
Gladium bis acutũ cur appellet Scriptura ſermonem Dei. 328.
Gloria pro gratia in ſacris litteris aliquando poni videtur. 288.
Gloriæ inanis ſtudium magno eſt impedimento ad virtutem conſequendam. 50.
Gloriæ contemptus in conſpectu Dei eſt. 156.
Gloriari quibus rebus debeat Chriſtianus vir. 105.
γλωσσαλγεῖν & γλωσσαλγία quid. 393.
Gratia eſt gloria inchoata, & gloria eſt gratia conſummata. 288.
Gratia eſt pignus, ſiue arrhabo gloriæ. 312.
Gratiæ diuinæ indigentes omnes planè ſumus. 86. & 218.
Grati erga Deum, his, quæ habent, ex ipſius voluntate vtuntur. 116. & 355.
Gregorius Cappadox in S. Athanaſij locum ſuffectus. 161.
Gregorius Nazianz. Eccleſiaſticorum Græcorum ſcriptorum præcipuus. 10.
Interpretatu difficilis, ita, vt intelligatur à pleriſque. 11.
Eius intelligendi difficultas vnde oriatur. 13.
Eius mos inſerendi Scripturæ loca. 13. & 14.
Scripturam contriuerat legendo. 13.
Doctrina ex eo percipitur iucunda ſimul & ſalutaris. 15.
Maximæ erat apud Chriſtianos auctoritatis. 18. & 148.
Quietis erat ac ſolitudinis amantiſſimus tum natura, tum etiam voto. 21. & 157.
Deo dicatus eſt à matre ex vtero, & ob tempeſtatem proprio voto confirmatus. 65. & 157.
Ad mortem erat pro Chriſto oppetendam paratiſſimus. 69.
Patrem ac matrem ſummo amore ac pietate proſecutus eſt. 77.
Saſimorum prius, quàm Nazianzi epiſcopus fuit. 145.
Rhetoricæ in Palæſtinæ gymnaſiis operam dedit. 157.
Baſilij amiciſſimus, atque omnibus in rebus ſimillimus fuit. 241. 365. & 472.
Bibliocentones confeciſſe videtur. 264.
Silentium ſibi aliquando per totũ Quadrageſimæ tempus ſeruandum propoſuit. 266.

Patrem

Patrem ſuum Gregorium Abrahæ, matrem Nonnam Sarræ comparat. 77. & 273.
Cum minimè videbatur, tum maximè philoſophabatur. 77. & 273.
Ad triginta millia verſuum compoſuiſſe dicitur. 302.
Sede humili, tenuiſſimoque victu & cultu vſus eſt, 318.
Creber eſt in Apoſtolicis tum ſententiis, tum verbis imitandis.
Eadem iterum ac ſæpius dicit, & verbis eiſdem. 425.
Eius concionantis verba multi & clam, & palã excipiebant. 340.
Grauiſſima quædam & præclara de eo teſtimonia S. Thomæ S. Auguſtini & Theodoreti. 418. & 449.
Cognominis fuit S. Ioannis, ſiquidem & ipſe Theologus dictus eſt. 443.
Gregorius Thaumaturgus vir apoſtolicorum ſignorum. 414.
Ex reuelatione quædam de Trinitate percepiſſe traditur. 415.
Origenis diſcipulus fuit. 416.

H.

Hæreſes multæ ex eo ortæ, quòd nullus cuiquã liber ſignatus fuerit. 206.
Hæreticorum mos. 465.
Hæretici Catholicorum vel patientiam exerceant, vel ſapientiam. 477.
Harmonia quædam etiam in membris ineſt. 152.
Hebræi duo habẽt nominã excelſum ſignificantia, Elion, & Marom. 197.
Hebræi participio pro verbo præſentis temporis vtuntur. 368.
Hebræorum lege non quælibet ætas ad quoſlibet ſacræ Scripturæ libros admittebatur. 47. & 205.
Hebraicè cum Nicodemo locutum eſſe Chriſtum Ieſum, credendum eſt. 171.
Heli ſacerdos graues iniqui facinoris filiorum ſuorum pœnas perſoluit. 72.
Helias Cretenſis Nazianzeni interpres. 4.
Herodes quid interpretetur. 474. & 478.
Hieronymus S. germanus fuit Nazianzeni diſcipulus. 321. & 326.
Hippocrates, Doricus cùm eſſet, Ionica lingua cur vſus fuerit. 179.
Hippocratis iuſiurandum. 181.
Hiſtoria ſtricta eſt, & euagandi non habet facultatem. 330.
Homo ex inuiſibili ſimul & viſibili natura fabricatus. 135. & 428.
Dominus & rex eſt omnium quæ ſunt ſuper terram. 335. & 430.
Paruus quidam mundus dicitur, itemque magnus alia atque alia ratione. 135. & 430.
Adorator eſt miſtus. 135. & 430.
Primus qualis creatus. 136. & 469.
Interior & exterior qui dicatur 311. & 171.
Eius finis qui. 135. & 432.
Honores cõtemnere, magna quædam virtus eſt. 156.
Hoſtes capitales hominum tres. 147.
Humanas res mutabiles eſſe ac fluxas, pulcherrimis oſtenditur ſimilitudinibus. 324. & 326
Rectè id diuina ſapientiã excogitatum & comparatum eſt. 324. & 326.
Humilitas in homine maximè gignitur ex cogitatione proprij ortus atque interitus. 431.
Humilitas animi præclariſſima virtus eſt. 89. & 283.
Humilitas optima ad altitudinem via. 139. 322. & 458.
Humilitatis corpus cur appelletur hoc noſtrum. 148. & 298.

‡ 5 L. Ian-

I.

Iannes & Iambres Magorum nomina. 43. & 198.
Idololatria omnium malorum postremum & primum. 137.& 441.
Ieiunium tum curatio, tum ſanctificatio dicitur. 223.
Ieſus duo, filius Naue vnus, Ioſedech alter. 226.
Ignis pro tribulatione, & vri pro tribulari in ſacra Scriptura ponitur. 217.
Ignis inferorum luce caret. 303.
nonnihil tamen, quo magis torqueat, lucet. 316.
Illotis manibus in ſanctiſſimas res ſeſe intrudere, prouerbium.
Imago aliter in diuinis, quàm in naturalibus, artificialibuſve rebus dicitur.
Imago Dei omnia trahit ad ſe ipſam. 326.
Imago Dei etiam homo dicitur, quãuis minus propriè. 444.
Imago Dei veriſſima eſt vnigenitus ipſius filius, nos imaginis imagines ſumus. 326. & 444.
Immolandorum hominum mos fuit apud multos populos. 354.
Imperitiam confidentia conſequitur. 43. & 158.
Imperare & imperata facere, à pueris aſſueſcendum. 154.
Imperare ars artium eſt, & ſcientia ſcientiarum. 27.
Imperium in homines tenere multo difficilius eſt, quàm in cæteros animantes. 23. & 161.
Imperium omnes appetere atque neminem velle ſuſcipere, æquè eſt incommodum & inordinatum. 19. & 153.
Incarnationis myſteria credenda potius, quàm curioſè indaganda.
Incarnationis myſterij conſciæ factæ ſunt cæleſtes virtutes. 139.& 456.
Incarnationis verbi cauſa fuit noſtra culpa. 137. & 427.
Incarnationis tempore humana omnia ſuſcepit Dei filius præter peccatum. 138. & 448.
Incomprehenſibilitate metiendum eſt id, quod eſt ſupra menſuram. 117.
Inferi quoque luminis aliquantum habent. 316.
Infinitum dupliciter conſideratur. 132.
Iniuſtè, quàm iuſtè pati, optabilius. 201.
Innocentium infantium cædes veneranda, quaſi coætanea Chriſti hoſtia. 473.
Inobedientiæ crimen maximum. 81.
Inſtantia quid. 215.
Intellectuales naturæ Deo cognatæ. 134.
Interpretationem lxx. ſecutus eſt Nazianz. 155.
Interpretationes poſteriores aſpernantur plerique, cùm prior vires acquiſierit. 7.
Interpretationum varietas non reprehendenda. 7.
Inuidia diaboli propria. 244.& 436.
Ioannes Baptiſta cur dictus ſit præcurſor, lucerna, vox, & ſponſi ductor. 457.
Ioannes Baptiſta quorumnam typus fuerit. 469.
Ionæ fugæ explicatio. 79.
Ioppe quid ſonet apud Hebræos. 80. & 279.
Ioſedech iuſtus Domini interpretatur. 227.
Ioſeph pro genere ex ipſo Ioſeph ortum ducente. 441.
Iouiniani hæretici nuptias virginitati æquabant. 292.
Iſraeliticum regnum poſt Salomonis mortem in duas partes diuiſum eſt. 245.
Itabyrium mons idem qui Thabor. 220.
Iudæi increduli rege, principe, ſacerdote,

dote,& ſacrificio pro maximis ipſorum delictis multati ſunt. 20.
Iudicia antiquitùs apud Iudæos in porta fiebant. 171.
Iudicia Dei admiranda potius, quàm inueſtiganda ſunt. 357.
Iugũ Chriſti ſuaue cur dicatur. 479.
Iulianus Apoſtata Eccleſiæ infeſtiſſimus, & omnium immaniſſimus. 243.
Iuliani Apoſtatæ mors.

L.

Labore acquiſita excipiũtur hilarius, & diligentius cuſtodiuntur. 15. & 121.
Lamentatio videtur leuare dolorem. 98. & 309.
Laudare ſeipſum, inſipientis eſt, niſi id tempus, & ratio maximè poſtulet. 136.
Λειτουργία graue munus erat apud Athenienſes. 155.
Lex vetus timoris, noſtrá amoris.
Lex cur dicatur, carnalis concupiſcentia.
Lege naturali præuaricatores ſunt omnes etiam qui legem per Moyſen latam non acceperunt. 346.
Legem interpretari non cuiuſuis eſt. 163.
Legis ſenſus duplex. 252. & 352.
Lepræ plures ſpecies. 371.
Libero arbitrio cur donatus fuerit homo. 28. 136. & 433.
Liberalis eſt non ſolum rectè, ſed etiã cum voluptate aut ſine dolore dare. 373.
Libertas & diuitiæ quænam eſſent in primo hominis ſtatu.
Libertas animæ eſt pro virtute pugnare. 300.
Λίχνος quid. 317.
Lignum ſcientiæ nec malitia ſatum, nec inuidia prohibitum. 136. & 178.
Lignum ſcientiæ quid ſecundum allegoriam ſignificaret. 136. & 435.
Lingua aliquando liganda, aliquando ſoluenda eſt. 74. & 165.
Linguam frenare, difficillimum quidem eſt, ſed vtiliſſimum. 235.
Litteræ vetuſtas vitanda eſt. 75.
Loculos Chriſtus cur haberet. 125. & 377.
Λογικὴ λατρεία quid. 255.
Λόγοι, ſeculares doctrinæ ac præcipuè rhetorices. 157.
Λόγος pro definitione. 444.
Λόγος pro ſacra Scriptura. 429.
Λόγος, id eſt verbum cur dicatur Dei filius. 363.
Longanimitas in Chriſto Ieſu ſingularis. 87.
Loqui temere de alienis rebus, eſt hominibus iucundiſſimum. 17.
Lot iuſtus hoſpitalitatis amator. 87.
Lot vxor in ſtatuam ſalis cur verſa. 166.
Lucerna cur dictus fuerit S. Ioannes Baptiſta. 457.
Lucifer propter inſitum ſplendorem dictus. 133.
Lucubrationes non temere proferendæ. 12.
Lumen magnum magnam debet illuminare domum. 76.
Lupinis alebatur Petrus Apoſtolus. 89. & 293.

M.

Magiſter interior interioris hominis Deus eſt. 196.
Μαλακία à νόσος quid differat. 468.
Mali nulla eſt natura. 424.
Mamonæ non eſt theſaurizandum, nec ex mamona. 323.
Mamona quid. 323.
Mamona pro diabolo aliquando ponitur. 323.
Manna, Angelorum panis cur dicatur. 289.
Manſiones illæ diuerſæ, de quibus Io. 14. quid

[...] quid ſignificent. 89.
Manſuetudo in Moyſe, & in Dauide eximia. 87.
Maria virgo tum anima, tum corpore Spiritu ſancto præpurgata. 138. & 448.
Maria vna ne fuerit an plures, quæ Chriſtum Ieſum vnguento vnxit. 329.
Maris admirabilis natura. 334.
Martyribus dies feſti cur celebrentur. 97.
Materia ſua natura varios ſine vllo ordine motus affert. 117. & 355.
Materiæ legibus ea, quæ materia conſtant, obnoxia ſunt. 355.
Μαθητεύειν quid. 459.
Matre nihil indulgentius. 95.
Matutina lux noſtra Deus cur dicatur. 376.
Mediator quot locis in ſacra Scriptura reperiatur, & quid ſignificet. 248.
Medicus quænam conſiderare debeat. 29.
Medicus corporis circa exteriora vt plurimum, animæ verò circa interiora verſatur. 31.
Medici vtriuſque finis quinā ſit. 32.
Medicinæ ars laborioſiſſima quidem, ſed opportuniſſima. 179.
Medicinæ artem mercede qui tractant, reddunt eam fermè ſeruilem. 181.
Medici probi eſt; cum infirmis quodammodo infirmari. 460.
Melchiſedec Chriſti typus. 388.
Menſuræ duplices abominabiles apud Deum. 337.
Mercedem æternorum bonorū ſpectare Chriſtiani rectè poſſunt. 376.
Mercurius quæſtuum præſes. 353.
Μεσίτης quid. 250.
Μεσιτεία quid. 250.
Metaphoris cur vtatur Scriptura. 331.
Metiri ſe quiſque debet Dei mandato, non propinquorum factis. 17. & 288.
Μετοικίσαι quid. 172.
Metus malus diuturnitatis cuſtos. 27. & 68.
Μήτις τίς, quis dicendi modus. 365.
Μικρολογία quid. 374.
Miſerabiles maximè ſunt calamitates quæ oculis cernuntur. 104.
Miſeremur maximè noſtri ſimilium. 305.
Miſereri calamitoſorum hominum, eſt nobis à natura inſitum. 306.
Miſeratio magnum eſt miſero ſolatium. 115. & 351.
Miſeratio Deo potior eſt multis millibus agnorum pinguium. 126.
Miſericors eſt maximè, indigens.
Miſericordia & amor erga pauperes præſtantiſſima caritatis pars eſt. 90.
Miſericordia & odium diuerſa inter ſe atque contraria ſunt. 305.
Miſericordiæ definitio ex Cicerone. 257.
Miſericordia plus, quàm vllo alio obſequio delectatur Deus. 90.
Miſericordia qui potiſſimum digni ſint. 90. & 297.
Miſericordià iudicio præmittenda eſt. 282.
Miſtio à temperatione quid differat. 449.
Μνημονικὸν ἁμάρτημα grauiſſimi etiā viri admiſerunt. 339. & 207.
Moabitæ & Ammonitæ Iſraelitis ſemper infenſi. 66.
Modus quidam omnibus rebus adhibendus. 243.
Μοιχεία quid. 239.
Μοιχεύειν quid. 239.
Morbus animarum corporum morbo grauior ac difficilior. 100. & 372.
Morbus innocens honorandus. 121. & 299.
Mors quare à Deo fuerit permiſſa. 137. & 459.
Mors quatenus eſt ſeparatio animæ à corpore, etiam à Sanctis viris refugitur. 189.

Moyſes vir mitiſſimus. 291.
Mucius Calinus Archiepiſcopus pietate erga Deum, & caritate in omnes longè præſtitit. 6.
Vir fuit egregiæ eruditionis, ſinceríque ac ſubtilis iudicij. 6.
Eius interitus vniuerſæ Eccleſiæ calamitoſus fuit. 5.
Mulier ad virum alliciendum occultam quandam vim habet. 436.
Mulieres molliores & fragiliores, & ad perſuadendum faciliores, quàm viri. 436.
Mundus duplex, vnus intelligibilis, alter ſenſibilis. 134. & 187.
Mundi huius ſenſibilis deſcriptio. 425.
Mundi huius caducis rebus non adhærendum. 363.
Mundi creationis cauſa fuit Dei bonitas. 417.
Mundus eſt libri inſtar Dei gloriam enarrantis. 428.
Muſica cur Dei largitate conceſſa ſit hominibus. 333.
Μυρ(ιὰς quid. 290.
Μυσταγωγὸς. 403.
Μύστης quid. 403.
Myſteria altiora non ſunt cuilibet patefacienda, ſed tantum ablactatis. 203.
Myſteria diuina ſine principe aut ſacerdote celebrari non poſſunt. 19.
Myſteriorum Chriſti omnium vna fuit ſumma, hominis ſcilicet inſtauratio. 32.
Myſterium nouæ ſalutis quodnam appellet Nazianzenus. 347.

N.

Nadam & Abiud ſupplicium. 72.
Naturæ vis maxima. 306. & 307.
Naturalis lex rerum agendarum indagatrix. 345.
Naturalis lex ſuggerit, ne mali aliquid faciat quiſquã alteri, quod pati ipſe non vult. 346.
Naturali præcepto nullum eſt arctius. 149.
Nebrod Iſrael olim affligens. 336.
Nemeſis quid apud antiquos. 170.
Neſtorianorum opinio de Chriſto. 173.
Nicodemus ἐξ ἡμισείας φιλόχριστος cur dicatur. 380.
Nobilitas vera in quo poſita ſit. 107.
Nominum loco ipſas actiones ſolet Sacra ſcriptura ſæpe accipere. 392.
Nonna S. Gregorij Nazianzeni mater. 273.
Νόσος à μαλακία quid differat. 468.
Nudo capite ruere ad omne genus iniquitatis. prouerbium. 303
Nuptiæ nequaquã damnandæ, quamuis virginitati ſint poſtponendæ. 292. & 448.
Nutritionis cauſam cur Apollini & fluminibus acceptam referrent antiqui. 207.
Νυμφαγωγὸς τῶν ψυχῶν καὶ προμνήστωρ cur dicatur ſacerdos. 250.

O.

Obedientiæ meritum maximum. 82.
Obedientia maximum bonum. 178.
Obſcuritas aut ambiguitas in dicendo maximè cauenda. 277.
Octo cur futuram vitam ſignificet. 329.
Oculus Dei magnus. 169.
Oculorum ſenſus omnium acerrimus atque acutiſſimus. 316
Ὀδίνη quid. 307.
Οἰκονομία quid. 412.
Οἶκος pro templo. 223.
Oleum vnctionis non à quocunque effingebatur. 73.
Ὁμοίως non ſemper æqualitatem vſquequaque infert. 194
Ὁμότεχνοι, ἀντίτεχνοι. 180.
Ὀνομαστήρια quid. 207.
Oppoſiti membri conſideratio optima eſt

ma eſt veri ſenſus eliciendi regula. 297.
O προσφυλάκιον quid. 222.
Oracula è terrâ fundi, crediderunt antiqui Gentiles. 205.
Origenes quo tempore fuerit. 276.
Ornatus nimius intemperãtibus perniciosus eſt. 317.
Orthodoxi nimis damnantur. 40.
Οὐδὲν χαίρειν, ἢ οὐ χαίρειν quid. 276.
Ὠδὶς quid & vnde. 307.
Oza ob tactam arcam morte multatus. 72. & 253.

P.

Pædagogus lex cur dicatur. 173.
Παῖδες ἰατρῶν pro ipſis medicis. 349.
Palæſtinæ gymnaſia rhetorices ſtudiis florentia. 157.
Πανήγυρις quid. 185.
Πάνυ. ὁ αἰὼν quid, & quomodo conſtruatur. 226.
Panis Angelorum anagogicè qui intelligatur. 289.
Paradiſus in Edem cõtinebatur. 174.
Paradiſus duplex, ſenſibilis, & intelligibilis. 432.
Parentes debent filios delinquentes grauiter punire. 152.
Parentum cura omnibus rebus anteponenda. 77.
Παροικία quid. 327.
Parſimonia S. Ioan. Baptiſtæ & Petri teſtimonio laudatur. 89.
Paſcere alios & docere, alios verò paſci & doceri in Eccleſia, æquiſſima Dei lege, ſummaque prouidentia ſtatutum eſt. 18.
Paſſiones Chriſti ſingulas meditari ſuauiſſimum. 177.
Paſſionibus, quæ iam vim obtinuerunt, non nimis obſiſtendum. 180.
Paſtoriciæ deliciæ. 23. & 24.
Paſtoris animarum officium multò difficilius, quàm paſtoris gregum. 23.
Paſtores & doctores Eccleſiæ quantum ceteris præſtare debeant. 19. & 27.
Paſtor bonus oues proprias penitus noſſe debet. 186.
Paſtores pecorum magis, quàm reges hominum cur fuerint conſtituti primi illi iuſti. 342.
Patre nil germanius. 95.
Paulus Apoſtolus prædicator gentiũ, Iudæorum patronus. 53.
Primus poſt Chriſtum pati vt impius non grauatur. 53.
Eius encomium ex ipſius epiſtolarũ verbis contextum. 51.
Eius actiones quid nos doceant atque inſtruant. 52.
Pauperes potiores aliis videntur eſſe Deo. 367.
Pauperibus omnibus aperienda ſunt viſcera miſericordiæ. 90.
Pauperes diuitum paſcua ſunt. 337.
Pauperes omnes ſimiliter miſerabiles. 90.
Pauperum alij aliis miſerabiliores. 91.
Pauper nemo eſſet, ſi Dei æqualitatẽ imitarentur homines. 325.
Paupertas & diuitiæ, quas vocamus, malitiæ commenta. 107.
Paupertas vera fuit diuini mandati tranſgreſſio. 108.
Paupertas gratias agens ac patiẽs probanda. 122. & 366.
Peccatum eſt præter naturam. 386. & 448.
Peccatum mors eſt animæ. 437.
Peccantibus hominibus non ſolum prima, ſed etiam ſecunda naufragij tabula parata eſt. 423.
Peccare Deus nullo modo poteſt, Angelus difficulter, homo faciliter. 422.
Peccati qui expers ſit, hominum eſt planè nemo. 166. & 356.
Peccati lex repugnat legi ſpiritus.
Peculiaris populus cur diceretur Iſrael. 214.
Peculium quid. 214.
Pelliceæ primorum parentum tunicæ quid

quid allegoricè ſignificent. 438.
Πεζόντων pro πεζεύουσαν. 275.
Πενταπλήθεος πλοιάρχοι qui diceretur ab antiquis. 207.
Perductores qui. 211.
Περικοπασμός. 214.
Περιούσιος. 213. & 457.
Περιποίησις quid. 214.
Petrus Apoſtolus lupinis alebatur pretij vnius aſſis. 89.
Philoſophatur optimè animus, cùm quàm minimum cum corpore cõmunicat. 138.
Philoſophari vſque ad zonam. 48.
Philoſophari quibus & quatenus liceat.
Philoſophari in cruciatibus quid, & quibus contigerit. 311.
Philoſophiam nonnulli κενοδοξίαν vocant. 22.
Phinees Zelotes vnde dictus. 88. & 291.
Φθόνος ὁ, pro diabolo. 244. & 416.
Φυγαδεύειν. 147.
Φύραμα quid. 313.
Pio v. Pont. Max. ad Eccleſiæ gubernacula ſedente, temperantiores pleriqụe & religioſiores facti ſunt. 63.
Plantæ paradiſi quid ſecundum allegoriam ſignificarent. 136.
Plauſus manuum gaudij indiciũ. 390.
Πλήρωμα τό, quid. 243. & 272.
Pœna futuræ vitæ, quemadmodum & præmium æterna erit. 35.
Pœna futuri ſæculi non omnium eadem, & eorum, qui malitia peccauerint, grauior. 42.
Pomarium quid & quale eſſe debeat. 222.
Πονηρὸς ὁ, quid. 176. & 200.
Πορνεία quid. 239.
Prædicatio verbi diuini multiplex & periculoſa. 38.
In tribus enim periculum vertitur, in mente, in oratione & in auditu. 41. & 159.
Præmium etiam difficilia facilia reddit. 376. & 479.
Præſens tantum propriè de Deo dicitur, præteritum & futurum non item. 131. & 406.
Prima quæque maximè diligimus. 7.
Principe atque ordine carere, cùm ceteris pernicioſum ſit, tum ipſis hominibus multo pernicioſius. 19.
Principum vitiis tota ciuitas facilè inficitur, non item virtutibus. 24. & 163.
In vtramque tamen partem multũ valet eorum exemplum. 163.
Progreſſus in via vitæ maximè neceſſarius. 26. & 166. & 295.
Properatio nimia valde pericuſa tũ in loquendo, tum etiam multo magis in agendo. 62.
Prophetæ nomen latius interdum accipitur. 355.
Prophetæ nomẽ etiam de Poëta protulit S. Paulus. 355.
Prophetarum nomine non ſolum minores, ſed etiam maiores prophetas comprehendunt Euangeliſtæ. 159.
Προσαγωγεῖ qui. 211.
Προστάτης quis. 208.
Prouerbiorum liber ἡ παιδαγωγικὴ σοφία cur vocetur à Naz. 265.
Prouerbiorum in libro quid propoſitum fuerit Salomoni. 265.
Prouidentia Dei mundi eſt conſeruatrix & moderatrix. 120.
Prouidentia Dei omnia gubernantur cum ordine, quamuis ratio ſit nobis incognita. 118. & 359.
Prouidentia Dei credenda potius, quã exquirenda. 360. & 188.
Prouidentia Dei quæ ſupra nos ſunt, gubernari, quidam Gentiles conceſſerũt, cetera nõ itẽ. 120. & 361.
Prouidentia Dei nullius curam non gerit, quamuis quibuſdam maiora, quibuſdam minora dona largiatur. 195.
Πτερῶσαι quid. 172.
Πτωχεύειν τὴν σάρκα. 313.
Pudor optimum eſt ad perſuadẽdum remedium. 37.

Pulchri-

Pulchritudo in toto multo laudabilior, quam in parte. 426.

Purum puro duntaxat attingendum. 41. & 409.

Q.

Quietis bonum maximè appetendum. 21.

Quis interrogatiuè poſitum, plerunque difficultatem vel raritatem, nónunquam etiam impoſſibilitatem inferre videtur. 357.

R.

Raab meretrix ob hoſpitalitatem cómendata & ſeruata. 87.

Regendum ſe peritioribus committere, ſatius eſt, quàm alios imperitè regere. 46.

Regere eius eſt, cui abunde omnia ſuppetant. 61.

Regnum breue diuturna tyrannide melius. 62.

Reſurrectio quædam etiam hic fit in nouitate ſpiritus. 312.

Reuerentia in res ſacras maxima adhibenda eſt. 253.

Reuerſio noſtra ad Deum multis nominibus à Nazianz. vocatur. 191.

Riſui minus honeſto fletus aliquando præponendus. 309.

Ruminatio quid myſticè indicet. 471.

S.

Sabellij Libyci opinio de Deo, atheia cur dicatur. 192.

Cur Iudaiſmo aſſimiletur. 412.

Sacerdos quilibet mediator Dei & hominum quodammodo dici poteſt. 71. & 250.

Sacerdos, animarum eſt quaſi ſponſæ conciliator & pronubus. 64. & 250.

Sacerdotis probi officium.

Sacerdotis munus gradatim ſuſcipiendum eſt. 22. & 81.

Sacerdotalis muneris dignitas, & eius adminiſtrandi difficultas. 63.

Sacerdotium duplex ſicut & ſacrificium. 256.

Sacerdotium eſt fundamentum epiſcopalis conſecrationis. 146.

Sacerdotum maculæ in corpore cur notarentur. 72. & 253.

Sacerdotum eſt, Dei legem & noſſe, & aliis explicare. 163.

Sacramentorum omnium perfector & conſummator Chriſtus Ieſus.

Sacrificiũ laudis Deo gratiſſimũ. 73.

Sacrificium cruentum incruento repræſentatur. 263.

Sacrificabant antiqui idolis in montibus & collibus. 455.

Sacrificia non à quouis, nec quocunque tempore, nec quocunque in loco offerebantur. 73.

Sacro morbo, ſeu elephantiaſi laborantes omnium maximè miſericordia digni. 91. & 95.

Samaria in hæreſibus, Hieruſalem in Eccleſia myſticè accipitur. 245.

Samuel ſacer iam inde ab incunabulis. prouerbium. 48. & 209.

Sancta ſanctorum vnus ſolus & omnino ſemel tantum in anno ingrediebatur. 73. & 253.

Sancta ſanctorum vocat Theologus Trinitatem. 413.

Sanctorum memoriæ rectè, vtiliterq; à Chriſtianis celebrantur. 308.

Sanguinum appellatione quid intelligant ſacri ſcriptores. 222.

Sanitatis inſipientis fructus eſt peccatum. 121.

Sapientia humana pulchræ quidem, ſed captiuæ mulieri cóparatur. 9.

Reſecanda eſt, & cogenda, vt ſeruiat diuinæ. 9.

Sapientia diuinarum, humanarumq; rerum ſcientia eſt. 49.

Acquiſitu difficillima eſt 49.

Omnia in ſe bona comprehenſa habet. 49.

Sapientiæ propriæ opinio de ipſa ſapientia plurimum detrahit. 50. 212. & 361.

Sapientia vera quid. 361. & 212.

Sapientiæ diuinæ profunditas incom-

prehenſibilis. 117. & 358.
Sapientiæ liber Philonis eſſe putauit S.Hieronymus. 355.
Σαρκοφόρος ἢ ἀνθρωποφόρος qua ratione rectè dicatur Dei verbum. 445.
Satietas petulantiam procreat. 340.
Saul etiam inter Prophetas. Prou. 23.
Scandali præbendi occaſio maximè vitanda. 18. & 149.
Scandalum præbenti certiſſima & grauiſſima pœna à Deo conſtituta eſt. 18.
Scandali vitandi cauſa multa licet facere, quæ aliâs vitaremus. 149.
Scandalum quo tempore cauendum, quoúe negligendum ſit. 149.
Scientiæ additio quomodo dolorem pariat, pulchris oſtéditur ſimilitudinibus. 64.
Σκοπὴ. 220.
Σκοπιὰ. 220.
Σκοτομήνη quid. 241.
Scriptura ſacra nihil inane aut vanū in ſe continet. 78.
Quædam aperta profert, quædam in myſteriis occultat. 352.
Eius ſenſus tres. 266.
Secunda nauigatio. Prouerb. 322.
Seminare ſupra petras. Prouerbiū. 49.
Senatus vnde dictus. 252.
Senſus noſtri corporis procliues quædam ſunt ad vitium viæ & aditus peccati. 398.
Septem cur præſentem vitam ſignificet. 329.
Seraphim quos aliquando vocat Naz. aliâs Cherubim dicit. 413.
Sermo vel interior, vel exterior prægnantem mentem percutiens, ferro pyritem lapidem percutienti aptè, belleque comparatur. 42.
Sermo canus cui vel ad ſummam ſenectutem acceſſerit, cum eo præclarè agitur. 205.
Serpentis ænei myſterium ſecus, atque alij, interpretatur Naz. 256.
Seruire debet inferius pręſtantiori, nō è contra. 29.
Seruitus & libertas quam vocamus, malitiæ ſunt commenta.
Seruitus vera fuit diuini mandati trāſgreſſio. 343.
Seruitus & libertas immoderata quidem peſſimum, moderata verò optimum. 154.
Seruitutis nomen culpa meruit, non natura. 342.
Serui nomē vbi primum in ſacra ſcriptura legatur. 343.
Sideribus noſtrarum actionum cauſas nonnulli attribuerunt. 119. & 361.
Sigillum tum immotum, tum motu præditū Dei filius cur dicatur. 443.
Sion mons, in quo auguſtiſſimū erat Hebræorum templum. 223.
Sion ſpecula interpretatur. 223.
Σμῆγμα quid. 370.
Socrates cur ſapientiſſimus haberetur. 212.
Socrates aliquam etiam apud pios & Chriſtianos homines ſpem ſalutis ſuæ reliquiſſe videtur. 212.
Solitudinem & quietem laudandam eſſe, oſtenditur exēplo Heliæ, Ioannis, & Chriſti Ieſu. 88.
Somniorū oblectamentū inane. 325.
Sonus in corporibus tum cæleſtibus, tum terreſtribus metaphoricè intelligi poteſt. 333.
Σοφίαν τὴν vocare videtur aliquando Naz. ipſum Salomonem. 265.
Spes omnis in Deo collocanda. 82.
Spes vnica ſolet eſſe afflictis medicina. 93.
Spiritualia ſpiritualibus comparare quid ſit. 267.
Spiritus contribulatus ſacrificium eſt Deo omnium acceptiſſimum. 73.
Spiritus nouitati ſeruiendum. 75.
Spiritus ſanctus Chriſto filio cognatus, συγγενής. 141. & 468.
Splendor, ſiue candor cur dicatur Dei filius. 269.
Στάσις quid. 146.
Σαββάτῳ uid. 401.

Superflua

Superflua omnia dedecori potius ſunt quàm decori. 315.
Superfluum quicquid eſt, intemperantia dici poteſt. 130.
Supplicia in beneficia vertit Deus. 137. & 440.
Suſpectum quod non eſt, pernicioſius eſſe ſolet. 196.
Συγγενὲς τὸ duobus modis dicitur. 468.
Συμπάθεια. 359.
Συμφωνία. 334. & 416.
Σύναγμα. 378. & 388.
Σύνδεσμος quid. 37.
Σωτὴρ Dei filius cur dicatur. 443.
Σωφροσύνη pro pudicitia. 340.

T.

Tabernaculum Dei vnuſquiſque quod poteſt, offerendo, exornare debet. 6.
Tabulæ legis Moſaicæ tum perfectioribus, tum imperfectioribus erant accommodatæ.
Et ob eam cauſam vtrinque erant conſcriptæ. 251.
Tarda gratia non eſt gratia. 373.
Tarditas meditata, inconſiderata celeritate melior. 62.
Tatiani hæretici nuptias damnarunt. 292.
Tauri populi homines immolabant Artemidi. 353.
Temeritatis crimen maximum. 81.
Temperatio à miſtione quid differat. 449.
Templum ingredi non licebat niſi puris & mundis. 66.
Templum viuum Dei viui fieri quid ſit. 268.
Templorum ſacri cantus. 197.
Tempus omnia habent. 207.
Tempus omnia conſumit.
Tenebrarum & rem & nomen inuenit Lucifer propter nimiam animi elationem. 133.
Tenebrarum nomen Deo etiam quodammodo conuenire poteſt, res nequaquam. 423.
Thabor mons, qui & Itabyrium. 220.
Thabor quid apud Hebræos ſonet. 220.
Tharſis quid ſonet, & quo modo à S. Hieronymo, quoue à Græcis ſcriptoribus accipiatur. 279.
Θεανδρικὴ ἐνέργεια quænam vocetur à S. Dionyſ. Areop. 465.
Θέμις quid apud antiquos. 170.
Theodorus Cyrenaicus Atheos cur dictus fuerit. 192.
Θεολογία quid. 170. & 412.
Θεοτόκον potius, quàm χριστοτόκον dicendam eſſe beatam Virginem, cur decreuerint Sancti Patres. 447.
Θεοφάνια quid & vnde. 128. & 394.
Θεοφόρος ἄνθρωπος ἡ σάρξ Chriſtus qua ratione rectè dici poſſit. 446.
Θρεπτήριος πλόκαμος qui diceretur ab antiquis. 207.
Thymiama compoſitionis non à quocunque effingebatur. 73.
Tibias cur abieciſſe dicatur Pallas. 398.
Timotheus tibicen nobiliſſimus. 200.
Tonderi ſolebant antiqui non ſolù luctus tẽpore, ſed etiã cùm ad integrã iam ætatem perueniſſent. 207.
Tranſlationes ex alia lingua eundem decorem ſeruare non poſſunt. 374. & 385.
Τρέποιτο εἰς κεφαλὴν quando dicerent Attici. 277.
Trinitatis tractatio atque doctrina ardua & periculoſa. 39.
Deũ in vnã hypoſtaſim cõtrahere, & in tres diuerſas diſtrahere, æquè impium eſſe, plantæ in alterutrã partẽ contortæ ſimilitudine demonſtratur. 39.
Trinitatem primã omnium ſpẽ ſolet Naz. vocare. 195.
Trinitas tota creandis rebus interfuit ac præfuit. 419.
Tritici menſura quid allegoricè ſignificet. 187.
Tropologia libera eſt, legibus tamen quibuſdam circumſcripta. 330.

V.

Valetudo corporis, ſicut & imbecillitas non nimis optanda. 299.
Vapor virtutis Dei & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſincera Chriſtus dicitur. 269.
Vaſa nomen generale eſt omnium vtenſilium, ſicut τὰ σκεύη apud Græcos. 281.
Vaticanæ Bibliothecæ Bibliorum codex vetuſtiſſimus. 21. & 241.
Velum diuidens ſanctum & ſancta ſanctorum. 254.
Ventriloqui & vaniloqui quinam dicerentur. 204.
Venter libidinis eſt mater perniciosa. 340. & 400.
Ventris vitium exagitatur vt perniciosum. 318.
Veritas amore & odio ſupprimitur. 18. & 147.
Veritatis cognitio quibus viis indaganda. 360.
Veritas medium quoddam eſt inter oſtentationem & diſſimulationem. 191.
Vertigine laborantibus comparantur hi, qui cùm diuinarũ actionum cauſas reperire ipſi nõ poſſint, eas nullas omnino eſſe affirmant. 119.
Veſtium pulcherrimæ quæque ſunt maximè inutiles. 129.
Via regia gradiendum eſt. 38. & 186.
Viæ virtutis & vitij quales. 102.
Victimas perfectas offerri, cur iuberetur.
Victoria non ſemper optanda. 77.
Victoria καδμεία. 274.
Victoria ἀπαιδευσίαν φέρει. 274.
Victoria natura inſolens eſt & ſuperba.
Violentũ nec iuſtũ, nec diuturnũ. 27.
Vir apud Latinos, ſicut ἀνὴρ apud Græcos nõ tam ſexum diſtinguit, quàm virilitatem ac fortitudinem indicat. 271.
Virginitas præſtantiſſima quædã virtus eſt. 83.
Nuptiis præferenda eſt. 292.
Ex virgine cur naſci voluerit Chriſtus Ieſus. 88. 293. & 448.
Virginũ dignitas à Maria cœpit. 448.
Viribus propriis confidere pernicioſiſſimum.
Virtus quid, & de quibus propriè, de quibusúe impropriè dicatur. 152.
In medio conſiſtit: exceſſu enim atq; defectu æquè corrũpitur. 191.
Semper omnibuſque optima è contrà vitium. 191.
Quò maior eſt, eo pluribus impertienda. 79.
Virtutes omnes, quæ ſunt in mente noſtra diſiunctæ, in Deo ſunt vna virtus. 211.
Vtrum vnus homo omnes habere poſſit 294.
Vtrum inter ſe connexæ ſint & pares in vnoquoque. 294.
Virtutum quænam excellat, non facile eſt reperire. 86.
Viſcera pro vehementi quodam pietatis affectu. 296.
Viſus cur omnium ſenſuum ſit maximè optabilis, curúe aliquando odioſus videatur. 316.
Vita humana contemnenda, & ab ea quanto citius expediri, optimũ eſt ac tutiſſimum. 35.
Vita humilis ac tenuis tuta eſt & trãquilla.
Vitam appellare ſolet ſacra Scriptura animam rationalem & Dei imaginem. 115. & 429.
Vita quæ ſecundum Deum agitur, aſpera eſt. 141.
Vitæ puritas ad acquirendam ſapientiam plurimum confert. 160.
Vitium multò plures habere imitatores quã virtutem, & auctoritate, & exemplis comprobatur. 25. & 163.
Quænam ſit huius rei cauſa. 163. & 164.

Vitia

Vitia animi non ſunt occultāda.
Voluntarium iuſtiſſimum ſimul & tutiſſimum. 27.
Voluptati dolor, hilaritati triſtitia aliquando præferenda. 98. & 309.
Vrbinas Bibliotheca locuples. 216.
Vulgus ad peiorem partem ſemper eſt procliuius.

Ξ.

ξύλον τῆς ἀτιμίας crux à Naz. cur appelletur. 175.

Y.

Ὕβρις & ὑβρίζειν quid. 340.
Ὑπήκοος opponitur τῷ αὐτεξουσίῳ. 284.

Z.

Zacchæus diuitias ob Chriſtum contempſit. 89.
Zonam vſque philoſophari. 48.

FINIS.

ERRATA.

Pagina 34. verſu 22. lege Suſcipiunt. 23. percipiunt. 37. 3. habent. 57. 30. Taneos. 78. 2. dierum antiquorum &c. 83. 18. capeſſere. 28. Prætermiſſus eſt numerus ſchol. 222. qui erat apponendus illi voci, humilior. 84. 7. Prætermiſſus eſt numerus ſchol. 224. qui erat apponendus illi voci, Paſtorum. 134. 2. & nobis. 141. 18. cognatis. 155. 30 capeſſere. 170. 26. ſanitatis. 202. 6 fraudulentum. 208. 19. contra alium. 209. 22. eaque incite, atque inſcite. 219. 30. Nazianzeno. 258. 17. videat & Patrē. 265. 9. φωνή 272. 8. Caput ſe quidem conſtituit. 277. 6. ininueſtigabilitatem. 305. 27. intelliges. 314. 31. vorabit. 319. penult. Qua. 328. 28. vitaque. 339. 26. ligariana erratum. 352. 2. Ingentes. 354. 22. Cùm in aera. 356. 3. Ob probitatem. 390. 29. παιδίον. 426. 29. Quaque. 464. 21. Ne verò. 468. 21. Cognati.

Digitized by Google

Digitized by Google